JO: ALBERTI FABRICII

BIBLIOTHECA LATINA,

SIVE

NOTITIA AUCTORUM VETERUM LATINORUM,

Quorumcumque ſcripta ad nos pervenerunt, diſtributa in Libros IV. Supplementis, quæ antea ſejunctim excuſa maximo Lectorum incommodo legebantur, ſuis quibuſque locis nunc primum inſertis.

TOMUS SECUNDUS,

Ad cujus calcem accedunt ſuppleta ingens lacuna aliquot paginarum in ſcholiis Euſtathii ad Dionyſium Periegetem, & Aur. Cornelii Celſi Rhetorica ex unica Sixti Popmæ editione.



VENETIIS, MDCCXXVIII.

Apud Sebaſtianum Coleti.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO.

BIBLIOTHECÆ LATINÆ,

SIVE

NOTITIÆ AUCTORUM VETERUM LATINORUM,

LIBER III.

De Scriptoribus aneæ, & ferreæ ætatis à temporibus Antoninorum ad corruptum penitus nitorem sermonis latini.

CAPUT I.

DE AULO GELLIO.

Gellii ætas. 1. *Noctes Atticæ.* 2. *Earum editiones.* 3. * *Index Scriptorum à Gellio laudatorum.* 4.

I. AULUS (a) GELLIUS, Romanus, Romæ in Rhetorica disciplina Cornelii Frontonis, deinde Athenis Philosophorum Phavorini, Tauri, T. Eustachii, Peregrini & aliorum auditor, *vir elegantissimi eloquii & multæ ac facundæ scientiæ* dicitur Augustino IX. 4. de Civ. DEI. Sane litterarum & antiquitatis peritissimus fuit, floruitque sub Antonino Pio (b), mortuus primis annis Marci Antonini Philosophi. * A. Gellium vocant etiam Servii & S. Augustini Codices, nec non Prisciani, Joannis Sarisberiensis item ac Papiæ, & Vincentii Bellovacensis in speculo doctrinali: licet in hoc Agellius etiam quandoque per errorem legitur, quod præfert cum Lipsio Obertus Gifanius Epistola ad Muretum, in qua etiam affert vetus hemistichion nescio cujus poetæ *ut doctus Agel-*

(a) Ita potius auctore Lupo Ferrariensi Epist. 1. & 5. videtur nomen ejus efferendum, quam *Agellius*, etsi non ignoro auctoritate MS. Cod. Prisciani aliter sensisse Justum Lipsium VII. 8. quæst. Epistol. Obertum Gifanium, Jac. Schegkium, Lud. Carrionem, Gerh. Jo. Vossium aliosque, Salmasium etiam in commentario inchoato MS. ad Arnobium. At pro sententia eorum qui Aulum Gellium vocant, vide Lambecium in Prodromo lucubrationum ad hunc scriptorem. In Theodori Gazæ libello de mensibus, ubi Αὖλος Κωμῳδιῶν λόγιος laudatur, innuitur Aulus Gellius. Gelliis variis in Glandorpii Onomastico p. 382. memoratis adde Cajum Gellium de quo Diodorus Sic. XX. T. 2. p. 817.

(b) Confer H. Dodwelli diss. de ætate peripli maris Euxini §. 10. p. 117. seq T. 1. Geographor. Græcorum minorum V. C. Jo. Hudsoni.

lius inquit. Atque Agellium reperit etiam eruditiss. Pfaffius in Codice epitomes Lactantii antiquissimo Taurinensi, quinti si fas est credere saeculi, Gaufridus sive Galfridus Anglicus circa A. 1200. clarus in poetria nova v. 1836.

- - *In simili forma retractat Agellius istud*.

Et v. 1863. *& testis Agellius auctor*. Sed assentior Petro Servio, Medico Romano, qui capite 2. Miscellaneorum: (a) *Apud plerosque*, inquit, *viros doctos invaluit opinio, apud Transalpinos omnes* (nimis dictum hoc liberaliter) *usus obtinuit, ut veteri AULI GELLII nomine repudiato AGELLIUS appelletur. Ego vero antiquum retinendum esse nullus dubito. Id ut credam faciunt sex Vaticani Codices, impressi libri omnes, & Romanus usus. Etenim ut hinc exordiar, Agelliam* (b) *familiam vix, imo ne vix quidem apud Romanos reperies; Gelliam vero apud Ciceronem, Livium, Dionysium, Valerium, Plutarchum, Asconium, Fastos Capitolinos. Accedit quod si Agellii nomine gentilitio appellandus est, nam quae in* jus *desinunt gentilitia sunt, praenomen ei necessario imponendum: neque enim fieri potest ut quispiam praenomine, hoc est, proprio nomine careat. At Agelli praenomen* (c) *apud neminem videre est, aut veterem aut recentiorem auctorem: Ergo necessario sequitur ut Aulus sit praenomen, Gellius nomen gentilitium. - - In uno eodemque libro Vaticano, qui solus habet* Agellius, modo *Agellius scriptus est per g minusculum, modo per majusculum, ita*, AGellii liber quartus. *Unde constat plane oscitantes fuisse librarios, nec de majusculis aut minusculis literis, multo minus de punctis laborasse. Nemo enim non videt* AGellii *interpretandum esse* Auli Gellii, *& puncto intermedio sejungendum, assentientibus omnibus aliis Vaticanis libris, quorum plerique habent* Auli Gellii Noctes Atticae, *praenomine scilicet omnibus litteris scripto: alii* A. Gellii, *praenomine ex antiquo more exarato per unicam litteram A. puncto terminatam. Omnino igitur retinenda est vetus nomenclatura, & Aulus Gellius appellandus*.

De Gellii aetate consulendus etiam illustriss. Norisius in Cenotaphiis Pisanis pag. 464. Salmasius libro de Hellenistica pag. 37. *Antoninorum aevo Agellius politissime & elegantissime scripsit, & prorsus* ἀρχαϊκὸν *dicendi modum imitatus est*. Idem pag. 85. *Agellius infinitis vocibus locum dedit in Atticis noctibus, quae noctem potius quam diem ea in aetate saperent, adeo obscura erant ac tenebrosa, & vix illius temporis hominibus intellecta. Apud omnes tamen hodie literatos pro elegantissimo Latinae linguae auctore habetur, & olim habitus est, passimque*

(a) Tom. 2. Miscellan. Italic. erudit. Gaudentii Roberti pag 21.

(b) Ἀγέλλιος cujusdam mentionem reperi apud Socratem V. 10. Hist. Eccles. & sicut à servo Servilium, à virgula Virgilium, sic ab agello fieri Agellium Priscianus annotat libro IV. pag. 634.

(c) Dicere possis similiter Arnobii nullum praenomen exstare.

ſimque à Grammaticis tanquam ſcriptor idoneus citatus, à quibuſdam etiam multis in locis ad verbum pæne tranſcriptus.

II. Exſtant *Noctium* (*a*) *Atticarum* ad liberos ſuos *libri XX.* (*b*) varia & facunda ſcientia referti, quos ita inſcripſit, quod longinquis per hyemem noctibus in agro terræ Atticæ commentationes illas ludere ac facere exorſus eſſet, ut ipſe ait in (*c*) præfatione, quæ in antiquioribus editionibus perperam locum extremum libri vigeſimi occupat. Liber *ſextus* ἀκέφαλος eſt. Libri *octavi* qui in quindecim capita diſtinctus periit ſola *argumenta* ad nos pervenerunt, qualia libris ſuis Gellius id præfixiſſe ipſe in præf. teſtatur, etſi, quæ hodie habemus an Gellii ſint vel potius *Avieni* (*d*) qui in MS. quodam Gellium recenſuiſſe dicitur, ambigunt aliqui eruditorum. Vide H. Stephani noctes Pariſinas num. 4. 5. à cujus tamen ſententia merito recedit V. C. Jacobus Gronovius p. 12. ad Gellium & 743. * Argumenta capitum, quæ habemus, an ab ipſo Gellio an ab Avieno ſint, dubitant poſt H. Stephanum Olaus Borrichius in Cogitationibus de Latina lingua pag. 79. & Fridericus Rappoltus Obſervationibus ad Gellii II. 28. p. 3. ſeq. Sed dubitant ſine magna cauſa, ut jam notatum Jac. Gronovio, & nuper oſtendit Chriſtianus Falſterus in vigilia prima Gellianis noctibus apud Ripenſes impenſa, editaque Hafniæ 1721. 8. in qua libri octavi argumenta (quæ libro ipſo amiſſo ſola hodie ſuperſunt) ſingulari ſtudio illuſtravit, notavitque illa primum lucem vidiſſe ex Codice, ut ait editor, vetuſtiſſimo, in editione Veneta Philippi Picii Mantuani A. 1500. Libri octavi caput quintum ex ingenio reſtituit Durantius Caſellius l. 2. cap. 4. Var. Lectionum.

III. Primus (*e*) Gellium edidere Conradus Svveinheim & Ar-

(a) Sic. Gellii imitatione *Noctes Pariſinas* ſcripſit H. Stephanus, *Brixianas* Felicianus Betera, *Romanas* Curtius Lancilottus, *Tuſculanas* & *Ravennatenſes* Jo. Matthæus Cariophyllus, *Africanas* Sigiſmundus Pauluzius, *Solitarias* Jo. Baptiſta Perſona, *geniales* Jo. Nardius: *Nocturnas exercitationes* Franciſcus Rubæus, *Noctes Chriſtianas D. Jo. Fechtius* Roſtochienſis Academiæ lumen, Antonius Borremanſius *Veſperas Gorinchemenſes*, Jacobus Guſſetus *Groningenſes*, alius denique *Noctes Theologicas*, quibus propter obſcuritatem fuerunt, qui titulum impoſuere *tenebrarum Theologicarum*; * Noctes *Auguſtas* ſive *Peruſinas* M. Antonius Bonciarius, *Mormantinas* Joannes Bachotius, *Medicas* Jo. Freitagius Profeſſor Groningenſis.

(b) In Catalogo MSS. Iſ. Voſſii cod. latino V. memoratur Aulus Gellius deſinens in libro vigeſimo tertio. Sed theſaurus, quod ajunt, carbones.

(c) Præfationem loco ſuo motam poſtliminio reſtituendam monuit Salmaſius Prolegomenis ad Solin. & Langbænius in limine notarum ad libellum Aureolum Longini περὶ ὕψους. Quod factum etiam in editionibus Gellii Oiſeliana & Gronovianis.

(d) Vide Jac. Schegkii præmeſſ. Epiſt. 6.

(e) Notitiam aliquot antiquiorum Gellii editionum fateor me debere V. C. Jacobo Gronovio, qui in nova ſua Gellii editione illas annotavit: aliquot etiam petet Lector ex Thomæ Crenii par. 16. animad. Hiſt. Phil. p. 31. ſeq.

noldus Panartz (*a*) Romæ 1469. fol. Commentarios *Joannis Andreæ*, eodem anno Romæ editos, memorat Catalogus Gudianus p. 327. Editio Veneta prima ex ædibus Petri de Maximis A. 1472. fol. lucem vidit, & cum MSS. collata à Francisco Junio Francisci filio exstat inter libros Is. Vossii, Lugduni Batavor. * Vir Clariss. Eusebius Renaudotus mihi significavit apud se esse editionem Gellii Venetam per Nicolaum Jenson Gallicum A. 1472. fol. excusam Nicolao Truno, Duce Venetiarum inclyto. Eadem fol. Neapoli in Bibl. Josephi Valletæ, atque in Bibl Mazariniana eam Lambecius evolvit. Video & memorari alteram Romanam Anno 1474. fol. Veneta altera An. 1477. fol. per Andream Jacobi Catharensem. Brixiensis per Boninum de Boninis de Ragusa, An. 1485. correctore Marco Scaramucino de Palatiolo. * Hanc celeberrimus Perizonius legavit Bibl. Leidensi. In ea legitur hocce octastichon:

Si quem Cecropia clarum Latiaque Camœna
Esse juvat, Geli scripta probanda legat.
Attica nox luci nunquam cessura diurnæ
Ad varias artes quam bene monstrat iter.
En tibi, docta cohors, Marcus (b) *correxit ad unguem,*
Quem tulit Adriaco Brixia Marte potens.
Si quid erit falsi, veniam dabis, inscia turba
Forsitan huic nocuit, dum celerabat opus.

Joannis Claimundi commentarium in Gellium, quem adolescens concinnavit, laudat Robertus Viduus hoc Epigrammate, apud Joh. Lelandum pag. 486. de scriptoribus Britannicis.

Qua te laude canam felix Claimundia proles,
Qui tantum, imberbis undique, ludis opus.

Vincentinam Gellii editionem commemorat Barthius pag. 1597. Adversar.

Veneta tertia A. 1486. quarta 1491. fol. quinta A. 1500. Philippi Picii Mantuani, & sexta 1509. 4. apud Joannem de Tridino cum præfat. Philippi Beroaldi ad Sigism. Hoenlohum Scholasticum Germanum, præmissis versibus Jo. Petri Feretrii Ravennatis, Caroli Capelli P. V. Francisci equitis F. & Victoris Falchonii, in qua *libri octavi argumenta* primum edita fuerunt. Basileensis A. 1506. Parisiensis 1511. 4. in ædibus Ascensianis ad exemplar recognitionis Beroaldinæ: & 1515. 4. ex recensione Joannis Connelli cum præfat. ejusdem Philippi Beroaldi. Florentina Philippi Juntæ A. 1513. 8. Aldi-

(a) * Fallitur Lambecius, qui primam Gellii editionem Romanam in domo Petri de Maximis à Conrado Svveinheim, & Arnoldo Pannartz 1469. fol. curatam Aldo tribuit. In illa nomen Aulus Gelius, per simplicem liquidam effertur, ut testatur Mich. Maittaire pag. 65. annal. typograph.

(b) Marcus Scuramucinus de Palatiolo.

Aldina A. 1515. 8. Lugdunensis, forma minore A. 1515. 8. Argentoratensis A. 1517. fol. & altera 1521. 8. Basileensis 1519. fol. Parisiensis cum scholiis *Badii Ascensii*, Paris. A. 1519. 1524. fol. Coloniensis apud Eucharium Cervicornum 1526. fol. & eodem anno apud Soterem, 8. & *Petri Mosellani* Protognensis in Gellium annotationes Basil. 1526. 8. quæ exstant etiam in edit. Gellii Paris. 1532. & Colon. 1533. 1537. & 1549. 1566. 8. apud Gymnicum. Basil. 1549. 1561. Lugdunensis apud Seb. Gryphium, 1534; & altera Gryphiana 1539. & tertia 1546. quarta 1550. quinta 1555. sexta 1559. 12. septima 1561. & octava 1566. 8: apud Anton. Gryphium. Parisiensis altera tertiaque cum scholiis Badii Ascensii ex annotatis *Ægidii Maserii* Parisiensis 1524. & 1536. fol. in qua posteriore editione additæ notæ Petri Mosellani. Veneta 1544. & 1573. 8. Parisiensis quarta 1564. 12. & quinta 1584. apud Hieron. de Marnef &c. forma minore. Lugdunensis apud Barthol. Vincentium 1571. & altera 1585. 12. tertia 1592. 12. Tornæsiana. Genevensis 1621. forma minore.

Sed inprimis utilem operam huic scriptori castigando præstitit *Lud. Carrio*, & qui cum notis, emendationibus & noctibus Parisinis (*a*) edidit *H. Stephanus* Paris. 1585. 8. etsi commentarios eorum integros in Gellium desideremus non minus quam promissas editiones ab Ob. Giphanio, Justo Lipsio (*b*), Jos. Scaligero & Jo. Wovverio, Jo. Pricæo, Claudio Salmasio, & Petro Menardo Turonensi, & Claudio Salmasio. *Petri* quoque *Lambecii* prodromus lucubrationum in Gellium, quem cum MS. Regio Parisiensi contulerat, typis expressus Paris. 1647. 8. epidromo hactenus destituitur, nec prodromi editio secunda, quam priore quadruplo auctiorem in prodromo historiæ librariæ idem Lambecius promisit, unquam lucem adspexit. *Philippi Caroli* animadversiones in Agellium cum ejusdem in Curtium observatis, præmissa de Criticis dissertatione post ejus obitum à Christoph. Arnoldo editæ Norimbergæ 1663. 8. non ultra librum 14. (*c*) procedunt. * Editionem Gellii Genevensem sive Aurel. Allobrog. A. 1609. ex H. Stephani recusam recensione & ob contextum scriptoris emendatiorem, & ob notas breves quidem sed optimæ

(a) In prima statim Gellium Stephanus tuetur adversus acrem Ludovici Vivis censuram, qui lib. 3. de disciplinis Gellium vocat *hominem rhapsodum plane, congestorem potius quam digestorem, & ostentatorem quam peritum, loquaculum sine eruditione, in verbis ac sententiis putidulum* &c.

(b) Vide Lipsium II. 3. elect.

(c) Christophorus Adamus Rupertus nota marginali ad Caroli animadversiones p. 280. ad illa verba: Agite igitur ò mei, perseverate animum). *Utinam & auctor perseverasset, nec imperfectas has nobis lucubrationes reliquisset.*

frugis, utpote è Carrione, Jureto, Cujacio, Turnebo, Casaubono, Lipsio, Manutio, Adr. Junio, Meursio, Fruterio, Dionys. Gothofredo selectas, commendat Christianus Tychonius Epistola ad Christianum Falsterum specimini hujus Gelliano inserta p. 69.

Jani Passeratii notarum in Gellium MStarum, quæ fuerint apud Jacobum Mentelium Paris. Medicum, mentio in Lucæ Langermanni ad Lambecium Epistolis MSS. Editionem Gellii affectam pridem à Lipsio liquet ex Epistola ejus ad Theodor. Canterum A. 1580. *Agellius meus paratus est; differo tamen propter commentarium Cornelianum*, (in Tacitum) *quem priorem extrudere volo*. Merico Casaubono etiam (præf. ad Polybium) Casp. Scioppio, & Henrico Ernstio Gellium edere in animo fuit. Scaligerana p. 160. *Lucas Fruterius avoit un Agellius tout prest d'estre imprimè, qui luy a estè derobè*. Gellii noctes illustriores à se factas proximis nundinis emissurum se scripsit Carolus Hannibal Fabrottus Commentario ad XVI. 10. Cod. Theodos. de paganis pag. 9. Paris. 1618. 4. sed nescio quibus causis impeditus id neutiquam præstitit.

Emendatissimam vero Gellii editionem (a) A. 1651. 12. Amstelodami in lucem emisit *Jo. Frid. Gronovius*, atque iterum 1665. 12. quam ut plurimum sequitur Lugdunensis, quæ *Antonii Thysii*, & cum ille labori huic immortuus esset, *Jacobi Oiselii* cura in Belgio prodiit, selectaque ex variis doctissimorum hominum scriptis commentaria adjuncta habet, subjecto indice scriptorum à Gellio allegatorum Anno 1666. 8. In usum Delphini Gellium illustravit *Jacobus Proust*, Paris. 1681 4. Ab eo tempore Gellius cum notis & emendationibus *Jo. Frid. Gronovii* ad priores novem libros excusus est Lugd. Bat. 1687. 8. Denique ibidem 1706. 4. luculentam Gellii editionem adornavit *Jacobus Gronovius* dicatam illustrissimo, & doctissimo Abbati Dominico Passioneo, in qua locis quamplurimis emendatior est contextus è collatione MSS. Codicum, tum notis utriusque Gronovii parentis & filii, atque castigationibus accesserunt *P. Lambecii* Prodromus lucubrationum Gellianarum, *Casp. Scioppii* integr. collatio duorum Codicum MSS. & ex *Lud. Carrionis* Castigationibus excerpta. Notæ Variorum ex editione Thysiana non integræ adjunctæ sunt, sed loco earum frequentes passim in Thysium & Oiselium & alios viros eruditos Jac. Gronovii invectivæ.

Glossarium vocum haud vulgarium in Gellio edere voluit Barthius,

(a) Hanc editionem Jac. Perizonius habuit collatam cum Codice Petavii, Senatoris Paris. scripto A. C. 1170.

thius, cujus specimen vulgavit VIII. 16. Adversar. Julii Cæsaris Scaligeri *problemata Gelliana* edita sunt Amst. 1651. 12. D. Frid. Rappolti *Logica* Gelliana, in qua loca Gellii ad Dialecticam spectantia illustrantur, prodiit separatim Lipsiæ 1654. 4. * Verborum Gellianorum rariorum Catalogum dat Jacobus Mosantus Briosius in Epistolis editis Cadomi 1670. 8. p. 224. seq. Sed usibus studiosorum longe accomodatius est futurum, pleniusque satisfaciet lexicon Gellianum, quod pulchris locupletatum observationibus daturus est, & cujus nuper specimen vulgavit Clarissimus vir Christianus Falsterus. D. Gatti Agellius vindicatus est dissertatio referta conviciis in P. Mazzuchellum super loco Gellii XVI. 13. de municipiis in jus Coloniarum mutari gestientibus: Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia Tom. XIV. pag. 140. seqq.

Prætereo editiones Gellii promissas vel affectas à Lipsio, Gifanio, Wovverio, Cornelio van Dalen, Jo. Pricæo & Petro Menardo Turonensi. Jacobi Crucii & Pontani animadversiones in Gellium ab Allatio & Thysio laudatas notavit Jac. Gronovius.

IV. Index Scriptorum à Gellio laudatorum

ex editione Jacobi Gronovii.

80

No-

(a) Male alii *poenis*, adde Virdungum ad Taciti Agricolam cap. 39.

(a) φιλοκτήτης.

Index Legum, & aliorum Monumentorum,

Itemque incertorum scriptorum à GELLIO citatorum.

Decre-

CAPUT

CAPUT II.

DE L. APULEJO.

*Apuleji ætas. 1. Libri Metamorphoseon. 2. Apologia. 3. De mundo. 4. De Deo Socratis. 5. De Philosophia libri tres. 6. Florida. 7. Editiones. 8. Supposita vel dubia scripta. 9. Deperdita. 10. De Apuleji dictione: 11. * Index Scriptorum in Apulejo memoratorum. 12.*

I. L. (a) APULEJUS ex Madaura Africæ Civitate semiNumida & semiGætulus, Carthagine in pueritia disciplinas adeptus, orator JCtus & Philosophus Platonicus nobilis doctusque utraque lingua Græca & Latina, nondum sub Trajano floruit, ut Petavio visum, neque Theodosii demum ætate, ut doctissimus quidam Jurisconsultus contendit. Sed temporibus Antonini Pii ac fratrum M. Antonini Philosophi & Veri, uti ex Apologia Apuleji constat, qua ut alia jam omittam affirmat se Lolliano Avito præsente differere, eique se purgare conatur. Floruit autem Lollianus sub divis fratribus Bithyniæ præses, qui attigit etiam Helvii Pertinacis adultam ætatem, etsi Pertinace ad imperium evecto Lollianum superfuisse ex Capitolino probari non possit.

(a) Hoc prænomen Lucii ut spurium respuit Elmenhorstius ad Apulej: Erycius Puteanus promulsi de Epist. cent. 1. ep. 38. & Salmasius commentario inchoato ad Arnob. ubi suspicatur Apulejum & Agellium more Græcorum prænomine abstinuisse. Ibidem notat in Vett. inscriptionibus memorari C. Apulejum P. F. Filonem, D. Apulejum Jonicum, M: Apulejum Proculum, Sex Apulejum, Sex. L. Apollonium & Sex. Apulejum Themistoclem; & cum duplici pp. Sex. Appulejum Fumosum, P. Appulejum Urbicum, P. Appulejum P. F. Volpaternum, A. Appulejum A. L. Thyasum. Etiam Apulejus L. L. Libanus faber lignarius apud Sponium p. 60. Misc. L. Apulejus Camilli accusator. Plutarch. Camillo p. 134. Sex. Apulejus Nepos, M. Apulejus & Sextus Apulejus qui consules fuere Romæ A. U. C. 725. 734. 764. Apulejus Celsus Medicus, de quo infra. Cæcilius Apulejus Minutianus Grammaticus cujus libri 2. de Orthographia MSS. feruntur, è quibus nonnihil profert Gyraldus IV. de poetis pag. 204. Alius Lucius Apulejus Grammaticus quem temporibus Ptolemæi Lathyri ab Eficio Calvino Equite Rom. prædivite 400. HS. annuis conductum multos docuisse refert Svetonius c. 3. de illustribus Grammaticis. Cæterum de Apuleji Platonici ætate adi præter editores P. Pithœum lib. 2. c. 10. Adversar. subcisiv. Jac. Rævardum lib. 1. varior. cap. 20. Jo. Jonsium lib. 3. cap. 11 de scriptoribus Historiæ Philosophicæ & Petrum Bælium in Lexico. Apuleji & Lucii Apuleji effigiem ære descriptam vide si placet T. 3. thesauri antiquitatum Græcarum Gronoviani. * Apuleji militis meminit Plinius X. 16. Epist. Apuleji Rufini Cos. mentio in Spartiani Severo cap. 4. is suffectus fuit cum aliis viginti A. C. 185. De aliis Apulejis Jo. Glandorpius p. 110. Onomastici. Cæcilii Apuleji Minutiani Grammatici fragmenta evolvisse se innuit Cœlius Rhodiginus VII. 4. antiquar. lect. & XXII. 13.

* De ætate Apuleji falluntur haud dubie qui ad quinti sæculi initia rejiciunt, ut Diarii Veneti auctores (Giornale de'letterati d'Italia) T.27.p.80. nã post secundi sæculi initia floruisse, non inficiandis argumentis constat: meminitque ejus Lactatius V.3.& ante Lactantium Septimius Severus Imp. in Epistola (*a*) ad Senatum scribens Clodium Albinum inter Milesias Punicas Apuleji sui consenescere. Apuleji effigies cum ramo lauri exstat in numo apud Andream Morellum in specimine rei numariæ antiquæ Tabula 2.p.45. ubi nomen sine prænomine *Apulejus* scribitur, non *Appulejus* sicut in aliis antiquis monumentis, ut in inscriptionibus Dalmaticis Jo. Lucidi p.548. D.M.S. APPULEJO P.F. FRONTONI AE. II. VIR. QQ. PONT. SAE. MAXIMA MARITO D.S.B.M. Apuleji Theologiam exponit Christianus Falsterus in cogitationibus variis Philologicis editis Flensburgi A.1719. 8. pag. 37 - 43.

II. Exstant Apuleji *Metamorphoseos* sive fabularum Milesiarum (*b*) *de asino libri XI.* seorsim editi à *Philippo Beroaldo*, qui auctoris vitam, argumenta & interpretationem verborum difficilium addidit Venet. 1504. fol. Paris. 1510.4. 1512. fol. & 1536. 8. apud Simonem Colineum &c. Nostro seculo eosdem libros cum doctissimis notis & observationibus Phrasin Apuleji potissimum illustrantibus vulgavit *J. Pricæus* Goudæ 1650.8. Loca quædam è MS. Ja-

(a) Apud Jul. Capitolin. in Albjno c. 12.

(b) Vulgo sed perperam inscribuntur *de asino aureo*, quem errorem genuit non intellectum illorum elogium, qui asinum Apuleji hoc est lusum Apuleji de asino ob suavem ingeniosam & eruditam elegantiam sermonis, aureum appellarunt, uti Fulgentius in libello de prisco sermone & alii. Sic aurea Pythagoræ carmina, & aurei atque aureoli homines pro præstantibus, ut notavit Salmasius ad Solin. p. 17. & ad Claudium Trebellii Pollionis p. 361. aurea ætas, genus aureum &c. & in postremis sæculis legenda aurea Jacobi de Voragine, Historia aurea Joannis Tinmuthensis, ac similia. Porro notum est, quod Apulejus fabulam, quam his libris persequitur, quamque ipse Græcanicam appellat, mutuatus sit è libris Metamorphoseos *Lucii Patrensis* ex Patris, Achajæ urbe, quorum Photius meminit, & quos *Lucianus* in obscœno suo asino expressit. Ex hac fabula Lucii etiam prænomen Apulejo tributum videtur à librariis. At in pandectis Brandenburgicis p. 234. perperam legas Lucium Apulejum Madaurensem à Photio Cod. 129. Patrensem vocari. Nam Lucius ille Patrensis longe diversus est & antiquior Apulejo, Græceque scripsit *μεταμορφώσεων λόγους*. Hos imitatus est latino stylo Apulejus, cujus Photius ne verbulo quidem meminit. Meminit tamen Severus Imp. in litteris ad Senatum, de Clodio Albino: *major fuit dolor quod illum pro litterato laudandum plerique duxistis, cum ille naniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apuleji sui & ludicra litteraria consenesceret*. Julius Capitolin. T. 1. p. 703. *Μιλησιακὰ* turpibus jocis plena scripserat Aristides, quæ interpretatus fuit Sisena, cujus Milesiarum libri à Charisio allegantur, Milesias item Clodii Albini Capitolinus memorat. Vide & Politiani Miscellanea cap. 16. Perinde ut aureus Apuleji asinus, ita etiam dicitur aureum קוף sive *aurea simia* Judæorum Levit. XXVI. 44. de qua exstat erudita D. Jo. Benedicti Carpzovii dissertatio, edita Lipsiæ 1681. & in ejus dispp. Academicis p. 442. recusa: Italis *argentea Epistola* M. Claudii Ptolemæi, excusæ Venetiis 1547. 4.

MS. Jacobi Zabarellæ emendat Octavius Ferrarius lib. 1. elector. cap. 14. seq. & 19. seq. *Gallice* pridem verterunt Guilelmus Michaelis A. 1522. 4. Inde Georgius de la Bouthiere Lugd. 1553. & 1556. forma minore: atque Joannes Louveau Lugd. 1559. 1584. 8. Joannes de Montlyard, qui etiam prioris interpretis hallucinationes perstringit Paris. 1612. & 1623. 8. cum tabulis æneis notisque. Novissime Paris. 1692. 12. prodiere *les Amours de Psiche & de Cupidon traduits d'Apulée, avec des remarques*, auctore Fontano. * His adde denique novam Colturii (*a*) versionem, quæ prodiit Paris. 1707. 12. *Anglice* per W. Adlingtonum Lond. 1639. 4. *Hispanice*, *Madrit.* 1605. 8. *Italicè* Angelus Fiorenzuola, Venet. 1549. 8. & Hieron. Parabosco Venet. 1601. 4. atque Pomponius Vizanius, Bononiæ 1607. 8. Prodiit & Venet. 1662. 12. *Germanica* versio lucem vidit Francof. 1605. 8. *Belgica* Harlem. 1636. Antu. 1669. 12. &c. *Svecice*, then underskione Psyche, utaf Apulejo Madaurense utdragen och forsvvenskat igenom matteligher nyckterhetennes Stalbroder. Upsala 1666. 8. pagg. 80. *Germanice* Milesias Apuleji vertit Jo. Siederus, Francof. 1605. 8.

* Milesiarum Apuleji habeo editionem Parisiensem in 4. sine anni nota, cum Philippi Beroaldi argumentis, *venundatur è regione collegii Italorum, in intersignio divæ Agnetis:* Tota porro hæc metamorphosis Apulejana & stilo & sententia satyricon est perpetuum, ut recte observavit Casp. Barthius Adversar. lib. 51. cap. 11. in quo Magica deliria, sacrificulorum scelera, adulterorum crimina, furum & latronum impunitæ factiones palam differuntur. Ne autem, puto, frustra esset aurei nomen Asino huic inditum, ventrem ipsius ruspari non dedignantur fumivenduli chrysopoeæ sectatores, aurum se ex ejus stercore, ut olim ex Ennii Virgilius, colligere posse sperantes, mirum quam inaniter! *Hæc Julianus Floridus in limine notarum ad Apulej.* Asinum aureum vocant præter Fulgentium de prisco sermone, S. Augustinus XVIII. 18. de Civ. DEI. & Commentator vetus ad Horatii Epod. 15. Metamorphoseon libros idem Fulgentius. Apuleji etiam insistere se vestigiis profitetur liber bis jam excusus *Anglice* & tabulis æneis ornatus hoc titulo: the nevv metamorphosis, or the pleasant transformation, being the golden ass of Lucius Apulejus of Medaura, alter'd and improv'd to the modern times and manners, exposing the secret folies and vices of maids, vvives and vvidovvs, nuns, fryars, Jesuits, Statesmen and Courtiers, vvritten in Italian by Carto Monte Secio,

(a) Baronis des Coutures.

fellovv of the Academie of Humorifti in Rome, and translated from the Vatican Manufcript. Lond. 1714.

III. *Oratio de Magia*, (*a*) five *Apologia* copiofiffima ut ait Auguftinus & difertiffima, qua crimen artium Magicarum à fe alienum effe defendit ad Claudium Maximum Procos. Quoniam vero Apulejus teftatur, fibi ad defendendum vix tres vel quinque dies integros fuiffe, hinc Scipio Gentilis fufpicatur aliam fuiffe orationem quam Apulejus dixit, aliam hanc Apologiam & magis elaboratam quam edidit. Idem Gentilis, & ante eum Colvius atque inprimis ὁ πάνυ Cafaubonus docent falli eos, qui hanc Apologiam quafi duæ effent infcribunt, alteramque volunt inchoare à verbis pag. 318. edit. Scipionis Gentilis: *Nunc tempus eft ad Epiftolas Pudentillæ* &c. Separatim lucem adfpexit cum notis *Ifaaci Cafauboni*, ex Commelini officina A. 1594. 4. cum caftigatiobus *Jo. Meurfii* Lugd. Bat. 1607 8. & cum commentario infigni *Scipionis Gentilis*, cui Meurfii itidem caftigationes fubjectæ funt Hanov. eodem anno 8. Denique cum animadverfionibus præftantiffimis *Jo. Pricæi*, in quibus & varia antiqua monumenta, Arundeliana, aliaque æri incifa exhibentur & illuftrantur Parif. 1635. 4. * In *Apologiam* Apuleji nonnullas Godofredi Jungermanni emẽdationes exhibet Thomas Crenius parte V. animadverf. p. 15. feq. De Juliani Theurgi Apollonii Tyanei & Apuleji Magia vide fi placet quæ Anaftafius Sinaita quæft. XX.

IV. *Liber de mundo* ex libro ejufdem argumenti, qui fub *Ariftotelis* nomine ambulat, pæne ad verbum expreffus. Hujus præftantiffimam editionem debemus *Bonav. Vulcanio*, qui Græcis Ariftotetelis verbis per fingulas paragraphos interpretationem Apuleji aliamque magis adftrictam *Guil. Budæi*, & fua Scholia adjecit Lugd. Bat. 1591. 8. Quafdam Apuleji interpretando hallucinationes præter Budæum obfervavit & *Petrus Alcyonius* (*b*), qui eundem Ariftotelis librum latine vertit. Vide & A. Bootii animadverfiones facras p. 166. * Libri *de Mundo* meminit S. Auguftinus IV. 2. de Civ. DEI.

V. *Liber* five Oratio extemporalis *de Deo Socratis*, quem de Dæmo-

(a) Chriftodorus Thebanus lib. V. Anthologiæ pag. 531. εἰς Ἀπυλήϊον τὸν μάγον, cujus Imago erat CPoli in Gymnafio publico, quod à Zeuxippo nomen habuit:

Καὶ νοερῆς ἄφθεγκτα Λατινίδος ὄργια Μούσης
Ἄζετο παπταίνων Ἀπυλήϊος ὄντινα μύστην
Αὐσονὶς ἀῤῥήτα σοφίης ἀνεθρέψατο σειρήν.

Crimen Magiæ ab Apulejo removent Gabr. Naudæus, & in Apologia Apuleji, Bacchi, Epicuri & Phalaridis Andreas Arnaldus Forcalquerienfis.

(b) *Alcyonii* nomen pro *Avionii* reponendum in Claud. Verderii cenfura auctorum p. 73. & in Henrici à Sypeftein Epiftola de plagiariis ad Clariff. Almelooveenium p. 56. ut notavit Bælius in Lex.

Dæmone Socratis potius inscribendum fuisse monet Augustinus lib. 8. c. 12. de civitate Dei. Quamvis genium (*a*), Deum naturæ cujusque hominis veteribus appellatum fuisse constat: & Dæmonibus atque animis tributum passim nomen Deorum, perinde ut Dæmonum (*b*) Diis. Seorsim prodiit ex *Bonav. Vulcanii* recensione Lugd. Bat. 1588. 8. apud Raphalengium, & cum notis viri elegantissimi & eruditissimi Josiæ Merceri Paris. 1624. 12. Subjectus etiam est priori editioni Heinsianæ dissertationum Maximi Tyrii Lugd. Batav. 1607. 8. * Liber *de Deo Socratis* laudatur Prisciano lib. X. Joanne Sarisberiensi VI. 27. Policratici & Epist. 172. Vincentio Bellovac. IV. 7. speculi Hist. Cum *Gallica* versione nova Baronis des Coutures notisque haud spernendis recusus est præfixa Apuleji vita, Paris. 1698. 12. atque iterum ad calcem versionis librorum de Asino ibid. 1707. 12.

VI. *De habitudine doctrinarum, & nativitate Platonis Philosophi lib. III.* quorum primus est *de Philosophia naturali*, qui in antiquis editionibus inscribitur *de dogmate Platonis*, alter *de Philosophia morali*, cujus pleraque è Platonis libris de Legibus & Rep. petita esse notavit Colvius. In aliis editionibus inscribitur *de Philosophia*, tertiusque denique (*c*) περὶ ἑρμηνείας sive *de Syllogismo categorico*, qui in quibusdam editionibus *de Philosophia rationali* inscribitur, & primum ex Francisci Nansii Codice in lucem protractus est à Petro Colvio A. 1588. cum partem ejus duntaxat A. 1508. vulgasset Joannes Sichardus in opere cui index: *Disciplinarum liberalium orbis*. * Librum περὶ ἑρμηνείας præter Isidorum II. 28. Origg. laudat Carolus Magnus de non adorandis imaginibus libro IV. Partem ejus vulgavit Jo. Sichardus Basileæ 1528. in libro cui titulus: *Disciplinarum liberalium orbis ex P. Consentio & Cassiodoro: addito libello Censorini*. Loca quædam & verba Græca Platonis in Apulejo de dogmate Platonis, & Philosophia morali illustrat Jacobus Hasæus Vir Cl. in dissertatione, quæ inserta est Tomo XIV. Historiæ Criticæ Reip. literar. editæ Gallice a celeberrimo Massono p. 145. seq. Libri duo, unus *de dogmate Platonis*, & alter *de Philosophia morali* cum libris quatuor Floridorum viderunt lucem Argentorati 1516. 4.

VII. *Florida* sive Chrestomathiæ quædam è declamationibus (*d*) Apuleji Carthagine, Oeæ, & forte alibi habitis, quibus non pauca lectu jucundissima continentur. In antiquis editionibus divisa sunt in libellos quatuor, primo in duos discerpto. Ita prodiere sepa-

(a) Brockhusius ad Tibull. p. 230.

(b) Confer si placet, quæ de libro Plutarchi περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου dixi lib. IV. Bibl. Græcæ, c. 11. num. 93.

(c) Laudat Isidorus lib. 2. Originum c. 28.

(d) Vide Vincentii Contareni Varias Lect. cap. 4. seq.

ſeparatim Argentorati 1516. 4. & ex caſtigatione *Jo. Pyrrhi Englæbermei* Pariſ. 1518. 4. ex Jo. Badii Aſcenſii officina. * In MSto codice Apuleji Vaticano legitur hæc annotatio teſte Sirmondo ad Sidon. IV. Epiſt. 8. T. 1. Opp. p. 940. *Ego Salluſtius legi, & emendavi Romæ feliciter Olybrio & Probino COSS: (A. C.* 395. *) in foro Martis controverſiam declamans Oratori Endelechio. Rurſus Conſtantinopoli recognovi, Cæſario & Attico COSS. (A. C.* 397. *)* Eandem ſubſcriptionem refert etiam in ſua Apuleji editione Elmenhorſtius. Endelechius ille fuiſſe videtur idem, qui S. Paullino auctor fuit ut panegyricum in Theodoſium Magnum Imp. A. 395. ſcriberet, quem interiiſſe dolemus. Vide Paulini Epiſt. IX. ad Severum Sulpicium.

VIII. Primam Apuleji editionem Romanam A. 1469. fol. curante Cardinali Beſſarione editam correctorumque manus minime expertam, ac proinde minus corruptam laudat Caſaubonus. Alii primam editionem (*a*) memorant Romanam Anni 1472. Veneta Anni 1483. fol. erat in Bibl. Gudiana. Vicentina A. 1488. fol. uſus Jo. Pricæus, quam & Romanam A. 1472. principes vocat, p. 488: ad Apuleji Mileſias. Video etiam referri editionem (*b*) Venetam 1493. & Vicentinam A. 1498. fol. * Parmenſem quoque memorat *Dan. Georg. Mollerus* in diſſ. de Apulejo pag. 31. Adde & Venetam 1501. fol. cum Phil. Beroaldi commentariis: & Juntinam Florent. 1512. 8.

Aldina A. 1521. 8. una cum Alcinoi introductione in Platonem. Florentina 1522. 8. per Bernhardum Philomathem Piſanum, qui Græca non pauca ex codicibus ſuis deſcripſit & edidit. Baſileæ 1533. 8. apud Henricum Petri, & áltera 1560. 8. cum Marci Hopperi præfatione, & Beroaldi in Metamorphoſin Commentario. Editionem Rob. Stephani A. 1524. & alteram H. Stephani 1585. 8. Guil. Dan. Mollero in diſſ. de Apulejo ſ. 37. memoratas non vidi.

Cum notis uberioribus *Petri Colvii* Brugenſis (*c*) Lugd. Bat. 1588. 8. * apud Rapheleng. De Colvio hæc in ſuo Codice annotavit Marquardus Freherus: *Hic doctus juvenis, qui etiam militiam experiri volens cum Principe Anhaltino Bernhardo ut interpres caſtra Gallica A.* 1591. *ſecutus eſt, cum incaute aliis adequitavit, crus ipſi à calcitrante equo vicino fractum eſt. Ipſe delatus in oppidum Norman-*

(a) Tho. Crenius parte XI. Animadverſ. p. 3. è Jo. Pricæo:

(b) Beughem. incunab. typpograph. p. 15. * Etiam Venetam Anni 1473. per Philippum Pincium Mantuanum memorat Jo. de la Caille de origine typographiæ Pariſ. p. 22. & ex eo Mich. Maittaire p. 103. Annal. typograph. & p. 174. Venetam A. 1473. ex Catalogo Bibl. Gudianæ. Sed Veneta per Phil. Pincium Mantuanum excuſa, quæ exſtat Cantabrigiæ in Bibl. Jo. Mori Epiſcopi Elienſis, traditur eſſe Anni 1493.

(c) Colvio Lipſium pro Ariſtarcho fuiſſe notat Caſaubonus ad Apologiam p. 149.

mandiæ Granville, ibidem extinctus & 26. Dec. sepultus est. Janus Dousa in Epigramm.

Auctor mulæ necis juvenem quæ calce peremit,
Heu scelus, heu dira bestia cæde nocens.
I nunc Luci asino nativum redde nitorem,
Nata asino rumpat quo tibi mula caput.

Possideo Colvianam Apuleji editionem cum adscriptis ad libros Milesiarum Variis lectionibus Codicis insignis MS. Palatini ex collatione jam laudati Freheri. Eadem editio in Bibl. Leidensi exstat cum MS. collata à Jano Grutero. Ex *Bonv. Vulcanii* recensione 1594. 12. prodiit Apulejus apud Raphelengium; & Paris. 1601. editio à Gerh. Vossio collata cum MS. exstat in Bibl. Leidensi.

Cum Beroaldi in Metamorphosin Commentariis, & Godeschalci Stevvechii in Apuleji opera integra quæstionibus & conjecturis, nec non emendationibus è Lipsii, Modii, aliorumque scriptis &c. Basil. 1597. 8. tribus voluminibus, ex officina Sebastiani Henr. Petri. In hac editione, quæ ibidem An. 1620. 8. recusa est, occurrit etiam Asclepius & liber de medicaminibus herbarum. Cum notis *Jo. Wovverii* Hamburg. apud Froben. 1606. 12.

Cum Phil. Beroaldi notis in Metamorphosin, Stevvechii castigatt. (cujus quæstiones & conjecturæ in universa Apuleji scripta lucem adspexerant Antuerp. 1586. 8. ap. Plantin.) Is. Casauboni Scholiis in Apologiam, *Jo. Pyrrhi* variis Lect. *F. Roaldi* & *Jani Gruteri* suspicionibus, & *Casparis Sciopii* Symbolis Criticis (quæ Augustæ Vindel. A. 1605. 12. seorsim editæ, & Lugd. Bat. 1644. Amst. 1664. 8. postea recusæ Wovverium hinc inde acerbius perstringunt.) Lugduni 1614. duobus voluminibus 8. *. Ex editione Seb. Henrici Petri Basileensi recusus Apulejus Lugd. 1614. 8.

Ab eo tempore *Geverhardus Elmenhorstius* eximiam Apuleji editionem dedit Francofurti 1621. 8. cui vita auctoris veterumque de eo testimonia præfiguntur, & præter Elmenhorstii emendationes ac notas accedunt spicilegia *Jani Rutgersii*, *Erycii Puteani* & *Jo. Brantii*, *Cornelii* quoque *Martini* Professoris Helmstadiensis in librum περὶ ἑρμηνείας, & Phil. Cluverii in lib. de Mundo animadversiones. Denique elenchus auctorum ab Apulejo allegatorum, phrasiumque & (*a*) verborum index. * Huic editioni cum Elmenhorstius immortuus esset, ad umbilicum perduxit Joannes Loccenius.

Ex recensione *Petri Scriverii* Apulejus prodiit Lugd. Bat. 1624. 12. * Scriverio notulas suas quoque transmiserat Jo. Isaacius Pon-

(a) Locupletissimum indicem in Apulejum adornasse se innuit Barthius lib. 3. c. 10. adversar. & alibi. Incendio periisse conqueritur T. 1. ad Statium p. 9.

tanus. Vide Antonii Matthæi Syllogen Epistolar. p. 269. seq. Ex *Bonov. Vulcanii* castigatione iterum Amstelod. minore forma A. 1628. Novissime in usum Delphini hunc scriptorem illustravit, omniumque indice verborum auxit *Julianus Floridus* Parif. 1688. 4. 2. Vol. in qua editione præter alia liber περὶ ἑρμηνείας habetur emendatus ex 2. MSS. Bibl. capituli Carnotensis. * Apuleji loca quædam illustrat & emendat Mich. Piccartus in periculis Criticis, laudans capite IV. etiam Wilhelmum Schickerardum inter eos, quorum opera hic scriptor castigatior prodiit.

IX. 1. *Dubia vel supposita* Apulejo sunt Hermetis (*a*) Trismegisti τέλειος *sive* ἱερὸς λόγος, sive ut S. Augustinus transfert, *verbum perfectum*, *h. e. de natura Deorum ad Asclepium allocuta*, quæ Apulejum transtulisse volunt, sed Wovverio & Colvio atque Elmenhorstio judice obstat oratio sicca atque exsanguis nihilque simile habens cum Apulejana ubertate & lætitia. Horum sententiæ subscribit Lambecius pag. 141. prodromi Historiæ litterariæ, sed ista ratio parvi momenti videtur Radulpho Cudvvortho in genuino systemate intelligibili Universi, pag. 324. Loca ex hoc scripto producit Lactantius & Augustinus, sed Apulejo versionem neuter horum tribuit. Constat autem ex eorum testimoniis interpretem antiquiorem esse, quisquis demum fuerit, quam Colvius, Wovverius, aliique crediderunt. Occurrit in editione Apuleji operum Aldina A. 1521. 8. Basileensibus Anno 1597. & 1620 & Francofurtensi Elmenhorstii, qui varias lectiones addidit, etsi nec ipse crederet esse Apuleji. Sæpissime aliàs prodiit cum Hermetis Pœmandro & aliis reliquiis, Græca vero hujus dialogi interciderunt, exceptis paucis fragmentis apud Lactantium ac Stobæum. Confer si placet, quæ dixi lib. I. Bibl. Græcæ cap. VIII. * Hermetis ad Asclepium prodiit etiam latine veluti Apulejo interprete Hamb. 1593. 12. &c.

2. In Bibliotheca Marqu. Gudii exstat MS. sub Apuleji nomine *libellus de notis adspirationis & de diphthongis*. Incipit: Omnis adspirationis nota aut principalis est syllabarum, aut terminalis, aut media. Auctor non Apulejus Madaurensis est, sed recentior quidam: Cæcilius Apulejus fortassis Minutianus Grammaticus Gyraldo laudatus, cujus libri duo de Orthographia dicuntur manu exarati extare in Bibl. Vaticana & aliis quibusdam. Inter alia laudat *Hieronymum linguæ Hebrææ*, ut ille quidem loqui amat, *indubitanter peritum*.

3. Ex-

(a) De hoc aliisque scriptis, qui sub Hermetis nomine feruntur pluribus disserui libro I. Bibliothecæ Græcæ. Videntur autem illa Hermeti supposita esse à docto quodam & ingenioso ex Judæo semi Platonico, ætate eadem, nescio an eodem autore, quo Hermæ Pastor in hominum manus venit.

3. Exſtat præterea ſub Lucii Apuleji Madaurenſis Afri nomine *de ponderibus & menſuris ac ſignis cujuſque ponderis liber*, è Græco latinus factus per Jo. Baptiſtam Nicolaum, cum libello de notis ſive ſignis vel characteribus ponderum & menſurarum incerti auctoris. Vide ſupplementum operum Joannis Meſuæ Damaſceni, Venet. apud Juntas 1558. fol. p. 304. & 309. apud Valgriſium A. 1575. fol. & ibidem apud Juntas 1589. & 1623. fol. Gaſpar Wolfius Apulienum ſive Apulium quendam vocat, nec videtur tribuere Madaurenſi, ut notavit Labbeus in parte ſecunda Bibliothecæ numariæ.

4. Jambi laſcivi è *Menandro* expreſſi, qui inſcribuntur Apuleji ἀνεχόμενος. De his dictum eſt infra libro IV. ubi Baudii amores retuli. * Hos Apulejo tributos illluſtrat Janus Douſa III. 7. præcidan. ad Petronium.

5. *Liber de herbis ſive de nominibus ac virtutibus herbarum* ad cives ſuos, inter Apuleji opera Baſileæ editus, & ſub Apuleji Platonici nomine cum *Antonii* (a) *Muſæ libello de Betonica ad* Marcum Agrippam vulgatus Baſileæ 1528. fol. ad calcem Plinii Valeriani ex recenſione Albani Torini, & Anno 1537. 4. Tiguri cum commentario *Gabr. Hummelbergii*, ut alias editiones jam omittam. Malunt etiam quidam *Apulejo Celſo Medico* (b) adſcribere, qui Auguſti tempore vixit, & Scribonio Largo ac Marcello Empirico memoratur. Sed utique junioris ſcriptoris eſt, qui Dioſcoridem Pliniumque præ manibus habuit. Forte ex Apuleji Platonici Medicinæ libris quorum Priſcianus lib. 6. meminit, & aliis autoribus collectus contractuſque eſt, etſi Hummelbergius ab Apulejo ipſo ita ſcriptum eſſe non ambigit, niſi quod fatetur, multa nunc quidem nomenclaturas, nunc circa Herbarum deſcriptiones & hiſtoriam illi deeſſe, codiceſque maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos perveniſſe. Plura de hoc libro ſcripſi in centu-

ria

(a) Hummelbergius non dubitat libellum hunc à *Muſa* Imp. Auguſti medico ſcriptum eſſe. Sed Barthius lib. 38. cap. 1. habet pro parte herbarii Apulejani. Extat ſub ejuſdem Muſæ nomine *libellus de tuenda valetudine* ad Mecænatem Norimb. 1538. qui apud Marcellum Empiricum abſurde Hippocrati inſcribitur. Meminit hujus *Muſæ* Horatius, Svetonius, Dio, Plinius, Galenus, &c. *Artorius*, non *Antonius*, dicitur à Tertulliano c. 46. de anima, Lactantio lib. 2. c. 7. &c. Fuit & Antonius Muſa Braſavolus Medicus celebris ſæculo XVI. quem inter eos, qui relegata barbarie, omnia ad priſtinum nitorem revocarunt, numerat Jo. Maria Gorettus in præf. ad librum XVII. Antiquarum lectionum Cœlii Rhodigini. Confer de eodem icones Jo. Sambuci, & Acta eruditor. A. 1706. p. 70. ſeq.

(b) Hunc Apulejum Celſum Centuripenſem Siculum præceptorem ſuum vocat Scribonius Largus c. 171. & c. 94. Valentis, non Imperatoris hoc nomine, ſed Medici, qui imperante Tiberio claruit.

ria Plagiariorum num. 58. In Bibliotheca Isaaci Vossii fuit Apuleji Codex de herbis ante annos mille ducentos scriptus litteris uncialibus, cum figuris elegantissimis. Ex hoc codice vir ille doctus p. 151. & 254. ad Melam pollicitus est Apulejum se de herbis ita emendatum & auctum daturum, ut pœne alius videri possit. In pandectis Brandenburgicis ita hujus libri fit mentio: *Apuleji seu hujus seu Apuliensis liber de medicamentis vel viribus herbarum, quem à Chirone Centauro præceptore Achillis, & Æsculapio accepit auctor.* Nomina barbara plantarum, quæ apud Apulejum occurrunt, ex Arabica, & Coptica lingua illustrare conatur Kircherus T. 3. Oedipi Ægyptiaci p. 69. seq. Vide & T. 2. part. 2. p. 177. seq. atque Salmasium de homonymis hyles Jatricæ.

Indiculus in APULEJUM de virtutibus herbarum.

Ni-

Nicander c. 122.
Osthanes c. 4, 15, 17, 41, 49, 90, 92.
Phryges c. 4.
Prophetæ c. 1, 2, 3, 4, 10, 14, 17, 18, 25, 26, 34, 35, 41, 42, 45, 49, 53, 55, 56, 69, 70, 79, 82, 86, 87, 90, 92. 93. 94. 103. 108. 113. 118. Etiam in libello de herba Betonica, qui fertur sub Antonii Musæ nomine, legas à Prophetis illam ἱερὰν βοτάνην appellari, à Syris pheriponion à Tuscis indicem. Per Prophetas videntur intelligi qui arcanas vires herbarum carmine tradidere.
Punici c. 1. 4. 7. 9. 46. 60. 65. 113. 127.
Pythagoras c. 4. 10. 49.
Romani. c. 13. 14. 31. 37. 41. 51. 61. 89. 100. 108. 110. 118.
Serotinus vir centenarius. c. 100.
Soranus c. 79. 109.
Syri c. 17. 66. 89.
Tusci c. 4. 23. 79.
Zoroaster c. 4. 14. 17. 79.

Jo. Rhodius ad Scribonium laudat editionem Apuleji *de herbis* Parisiensem Aldina locupletiorem Anni 1529. quam Jo. Philippus de Lignamine dedit. Habet tamen & quædam additamenta in Aldino codice recte prætermissa. De *Antonio Musa* Augusti Imp. Medico vide Jo. Rhodium ad Scribonium pag. 181. Alius *Musa* apud Reinesium p. 841. inscript.

Salmasius præf. ad librum de Homonymis hyles Jatricæ p. 56. *Grande fragmentum Apuleji de remediis salutaribus penes me est in antiquissimis membranis, descriptum literis majusculis, quod nobis magno usui fuit ad veram emendandam lectionem in aliquot Plinianis pene desperatis, & quæ nec ipse sanasset Æsculapius absque hujus fragmenti ope: ita sinceriorem ubique scripturam conservavit codex ille quam Pliniana exemplaria, quia vetustior est omnibus Plinianis exemplaribus.* Idem Salmasius p. 261. ad Solinum, Apuleji herbarium totum ex Plinianis rebus ac verbis concinnatum esse scribit. In Biblia Bodlejana exstat Apuleji liber *de herbis* (cujus cap. 1. est de Betonica (a) Anglo-Saxonice versus, latinoque amplior & capitibus 184. constans. Vide catalogum MSS. in thesauro Hickesiano fol. 72. seq. & 92. Subjicitur *Idparti* Ægypti Regis medicina ex animalibus, quæ videnda num conveniat cum Sexto Placito Papyriensi, cujus libelli duo de remediis animalium & avium editi Viennæ 1538. Isnæ 1538. 4. & Lipsiæ 1654. 8. Vide etiam memorari ejus *herbarium Platonis quod acceperit ab Æsculapio* &c.

6. *Ratio sphæræ Pythagoricæ*, quam ex MS. codice vulgavit Barthius lib. XXX. adversar. c. 7. Similis est figura Organi Astrologici, per quod de vita & morte ægrotantium possit judicari, quæ occurrit in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, adjuncta Epistolæ Peto-

(a) Hoc Musæ vulgo, & perperam, ut opinor, tribuitur.

Petosiridis ad Necepsum Regem, & apud Bedam T. 2. Opp. p. 233. Ceterum fallitur Vignolius Marvillus, quem si placet vide parte 1. Misc. Historic. & litterar. p. 207. & quæ de rota Pythagorica Georgius Paschius in inventis novantiquis pag. 600. & Kircherus T. 2. Oedipi parte 2. p. 491. seq. Merito quidem Josephus Scaliger Epistola 181. hæc nugis adscribit canoris, quas negat assis se facere.

X. *Deperdita (a)* Apuleji sunt Epistolæ, Gryphi, libri ludicrorum & de proverbiis, de arboribus, de piscibus, de numeris, de Musica, de Republica, convivales, Medicinales & naturales quæstiones. Hermagoras prior & posterior. Disputatio de Æsculapio, hymnus in eundem & Dialogi. Epitome (*b*) historiarum & oratio pro statua Oeæ sibi locanda. Sæpe etiam Apulejus citatur in Græcis Geoponicis, & lib. 1. c. 16. dicitur Ῥωμαϊκὸς hoc est latinus scriptor. Latine præterea converterat Phædonem Platonis teste Sidonio lib. 2. Epist. 9. & Prisciano lib. 10. & varia carmina atque poëmatia luserat, quorum pauca quædam supersunt fortassis in catalectis veterum Poetarum à Jos. Scaligero & P. Pithœo collectis, & in appendice Petronii. Utrum carmen in Orpheum ediderit Apulejus, nescio an probari possit ex loco Floridorum p. 358. edit. Elmenhorstianæ. In Apologia pollicetur se de partibus animalium, de situ, causa & remediis earundem scripturum, ex quo opere forte deflorati sunt, qui exstant sub nomine *Sexti Placiti* sive Platonici Jatrosophistæ Afri *libelli duo de remediis animalium & avium* editi à Francisco Emerico Oppuriano, Gabriele Hummelbergio, & Andrea Rivino. * Antiquior est Græcus scriptor Sextius, *diligentissimus Medicinæ*; è quo de Castoribus nonulla affert Plinius XXXII. 3. Nimirum Sextium hic Nigrum denotat, sæpius alibi laudatum.

XI. Dictio Apuleji ingeniosa se audacique elegantia commendat, sed quandoque licentior est & durior in detorquendis vocabulis, adverbiis præcipuè & diminutivis. Multos passim in Metamorphoseon libris versus latere, qui neglecti & pro libera oratione habiti durum aliquid præferunt & amœnum, observat Lipsius II. 11. elector. Sic statim initio libri I. Milesiar. versus jambicos observant Beroaldus & Rutgersius, & auctoritate Florentini Codicis ac veteris glossæ interlinearis in sua editione reponi curavit Elmenhorstius, etsi hoc minus probatur Pricæo, in cujus tamen editione itidem versus, sed invito Pricæo expressit typographus.

XII. In-

(a) Confer Dan. Guil. Molleri diss. de Apulejo, §. 28. Altdorf. 1691.
(b) Priscianus lib. 6. quædam refert ex Epitome Apuleji. Epitomen historiarum suspicatur Colvius.

XII. Index Scriptorum in APULEJO memoratorum, Elmenhorstiano plenior.

do p.747. *de Deo Socr.* p.667. ex ejus ἡδυφαγικοῖς versus. *apologia* p. 467. seq.

Epicharmi modi. *florid.* p. 821.

Epicurus *apologia* pag. 426. *supra* Anaxagoras.

Epimenides, Orpheus, Pythagoras, Osthanes magiæ suspecti apud imperitos. *apologia* p. 449. Cretensem inclutum fatiloquum & poetam disciplinæ gratia sectatus Pythagoras *florid.* p. 795.

Evathlus. infra in Protagora.

Eubulides dialecticus quem audivit Demosthenes. *apologia* p. 425.

Eudemus, Lycon, cæterique Platonis minores. *apologia* p. 463.

Eurytus Tarentinus Pythagoricus, Platonis magister. 1. *doctr. Plat.* p. 569.

Favorinus non ignobilis sapiens hæc de ventis refert. *de mundo* p. 724. seq.

Faustino librum de Mundo inscribit Apulejus, & *initio* 2. *doctr. Plat.* Faustinum filium appellat.

C. Furius. *vide supra*, Antonius.

Geometræ, *de Deo Socr.* p. 678.

Gracchi impetus in dicendo, *apologia* p. 551.

Granii adversus quos causam pro uxore sua Pudentilla agit Apulejus. apologia p. 400.

Hadriani Imp. multa amatoria carmina legisse se ait Apulejus *apologia* p. 419. *vide & infra* Voconius.

Heraclitus sententiarum suarum nebulis *de mundo* p. 732, 752. ejus sectam in physicis secutus Plato 1. *de doctr. Plat.* p. 568. 570.

Hipparche, Cratetis Thebani uxor. *florid.* p. 789.

Hippias Eleus Sophista artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. *florid.* p. 676. seq.

Hippocrates, *supra in Asclepiade.*

Homerus poeta multiscius vel potius cunctarum rerum apprime peritus, *apologia* p. 457. præcipuus *apologia* p. 410. poeta egregius *florid.* p. 159. citatur *de mundo* p. 724. ejus versus, id. p. 747. nulli secundus, *florid.* p. 676. seq. *apologia* p. 405, 440, 455. *de Deo Socr.* pag. 682, 692, 697, 703. Paupertas in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta, *apologia* 434.

Hortensius distributione inter oratores valuit, *apologia* p. 551.

Hosthanes Magus, *apologia* p. 544. *vide* Epimenides.

Hyagnis musicus, Marsyæ pater, florid. p. 761.

Jannes Magus, *apologia* p. 544.

Ismenias tibicen, de Deo Socr. p. 698. ubi Apellis etiam & Lysippi mentio, ut Apellis iterum *florid.* p. 770. cum Polycleto, & Pyrgotele.

Lælii versus, *apologia* p. 455. *seq.*

Lælii in dicendo lenitas, *apologia* p. 551.

Leodamas Creophyli discipulus, magister Pythagoræ, *florid.* p. 795.

Lesbia poetria, *infra*, Tejus.

Leucippus, *supra* Anaxagoras.

Legis

(a) Casaub. legit *Lucilius Satyricus*.

(a) Vide Gellium XIX. 9.

CAPUT III.

DE JUSTINO, Trogi Epitomatore:

Justini ætas. 1. *Historiarum Trogi Epitome.* 2. *Editiones:* 3.

I. JUSTINUS (*a*) quis fuerit & quando vixerit, non satis compertum est, etsi Romæ ante Imperatores Christianos scripsisse non dubitem, ipsum à Christi sacris alienum. Itaque non assentior iis, qui ad Theodosii Imp. tempora rejiciunt, nescio quibus argumentis moti. Ut vero hoc loco à me commemoretur, facit, quod in editionibus quibusdam libros suos dicitur inscripsisse Imp. Antonino Pio, sed προσφώνησιν hanc in nullo MSto codice reperisse se testatur Jac. Bongarsius, qui putat additum nomen Antonini ab illis, qui Justinum falso eundem putarunt cum celebri ejus nominis Philosopho Christiano & Martyre. Neque verisimile videtur Justinum emendandi causa opus suum ad Imperatorem mittere voluisse, quod in præfatione innuit, si eam non potius ad virum aliquem doctum illius ætatis, sibique amicum, quam ad Cæsarem direxit. Non magis certum est quod Martinus Polonus & auctor libri de vitis Philosophorum c. 114. affirmant Trogi discipulum Justinum fuisse. * Justinum libenter sequitur Orosius, imitatur Saxo Grammaticus, ut in notis ad eum Stephanius passim observat. Parum credibile est quod in Codice Magliabequiano, teste Abr. Gronovio, traditur, Justinum Philosophum celeberrimum & Trogi fuisse discipulum, nedum ut Gualterius Burleus scripsit, filium. Neque certum

 haben-

(a) In antiquissimo codice Bibl. Mediceæ *M. Junianus Justinus*, sed in codice qui fuit apud Ant. Arnoldum *Justinus Frontinus* dicitur teste Jac. Bongarsio & Gerh. Jo. Vossio. Longe autem diversus est à *Justino Martyre* Græco scriptore, cum quo Martinus Polonus eum in chronico perperam confundit. Justinus Trogi breviatorem memorant Hieronymus proœmio in Danielem, Augustinus IV. 6. de C. D. Orosius (qui passim Justinum sequitur) lib. I. c. 8. & 10. * Isidorus lib. de natura rerum, Jornandes, Jo. Sarisberiensis, Martinus Polonus & alii juniores, ut Vincentius Bellovacensis, qui idemne hic Justinus sit cum Justino Martyre, an alius, ignorare se fatetur X. 94. speculi Hist. Engelbertus Abbas qui tempore Rudolfi I. Habspurgici scripsit librum de ortu & fine Romani Imperii (T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 363.) Justinum Historiographum laudat *qui Trogum Pompejum secutus in principio sua Chronica*. Freculfus qui ex Pompejo historico ejusque abbreviatore Justino repetit lib. 2. c. 1. & 8. quæ libro XXXVI. apud Justinum leguntur de Judæis. Justini cujusdam mentio apud Martialem XI. 66. Fuit & Justinus Manichæus, quem confutavit Fabius Marius Victorinus editus à Sirmondo Paris. 1630. 8. & recusus T. 1. Sirmondi Opp. p. 409. De aliis hujus nominis vide sis Reinesii Epistolas ad Hofmannum p. 410. & Dan. Guil. Molleri diss. de Justino, Altdorf. 1684. §. 5.

habendum quod libros ſuos Juſtinus dedicaverit Antonino Pio Imp. licet illud legas in editione principe Romana, atque in quibuſdam aliis, quod optimi Codices manu exarati ignorant. Libros *Trogi* de animalibus laudat Chariſius lib. 1. pag. 79. reſpicit Plinius lib. VII. Hiſt. Trogum laudans cap. 3. & lib. XI. c. 52. ubi *auctorem ſeveriſſimum vocat*. Hiſtorias Trogi allegant Priſcianus, idem Plinius & in Virgilium Servius, aliique.

II. Exſtant *Hiſtoriarum Philippicarum & totius mundi Originum & terræ ſitus ex Trogo Pompejo excerptarum libri XLIV*. à Nino uſque ad Cæſarem Auguſtum, ſub quo (*a*) Trogus Pompejus Patria Gallus, Philoſophus ac hiſtoricus diſertiſſimus floruit, totiuſque orbis, ſed Græcas potiſſimum hiſtorias latino ſermone 44. voluminibus compoſuit, & à præcipuo argumento, regni nempe Macedonici hiſtoria, quam à libro ſeptimo ad quadrageſimum primum exſequitur, *Hiſtorias Philippicas*, Theopompi exemplo inſcripſit. Harum ſe ait Juſtinus, per otium cum in urbe verſaretur, cognitione quæque digniſſima excerpſiſſe, & omiſſis his, quæ nec cognoſcendi voluptate jucunda, nec exemplo neceſſaria judicaret, breve veluti florum corpuſculum feciſſe. Subjiciuntur in Juſtino in Bongarſii editione atque inde in aliis *prologi* (*b*) *ſive periochæ hiſtoriarum Philippicarum Trogi Pompeji*, ejuſmodi fere qualia hiſtoriarum Livii argumenta ſub Flori nomine habemus. Illa ab ipſo forte profecta Trogo, certe non à Juſtino elaborata oſtendunt Juſtinum in Epitome ſua omiſiſſe non pauca in his ea, quæ de terrarum ſitu Trogus ſcripſerat. Sunt qui integram Trogi hiſtoriam dicunt fuiſſe in Bibliotheca Marquardi Gudii, ſed non ego credulus illis. Ita quoque Aldus Manutius magna ſpe ſe lactabat, Trogi hiſtorias exſtare apud amicum quendam doctum ac ſpectatæ fidei, futurumque ut propediem in lucem ederentur. Sed & illa ſpes vana fuit, neque Trogus hactenus lucem adſpexit. Quæ libro XXXVI. traduntur de Ju-

(a) Sub Julio Cæſare militaſſe Trogum ſcribit Iſaacus Jaquelotus V. C. in præclaris diſſertationibus adverſus Atheos pag. 25. ſed de patre ſuo hoc affirmat Trogus apud Juſtinum XLIII. 5. *In poſtremo libro Trogus majores ſuos à Vocontiis originem ducere, avum ſuum Trogum Pompejum Sertoriano bello civitatem à Cn. Pompejo percepiſſe dicit, patruum Mithridatico bello turmas equitum duxiſſe, patrem quoque ſub Cajo Caſare militaſſe, Epiſtolarumque & legationum ſimul & annuli curam habuiſſe*. Patet ex hoc ipſo loco injuriam fieri Juſtino apud Bonifacium pag. 438. Hiſtoriæ ludicræ, cum arguitur Trogi memoriam voluiſſe abolere. Alios Trogos refert Reineſius Epiſtolis ad Hofmannum p. 660. Juſtinos alios p. 410.

(b) In hoſce prologos notas & caſtigationes eruditas ſcripſit D. Abbas de Longuerue, editas in calce Diarii Italici V. C. Bernhardi de Montfaucon, Pariſ. 1702. 4. Quædam emendanda in edit. Montfauconiana notant Ephemerides Pariſienſes A. 1703. p. 91. ſeq. edit. Amſt.

de Judæis, ea illustrantur partim, partim castigantur à Jo. Jacobo Schudt in compendio Historiæ Judaicæ è Gentilium scriptis collecto Francof. 1700. 8. * Videtur Justinus in pluribus usus Trogi dictione, unde vix Justini ulla ab Trogo aliena in sermone vestigia apparere ait Jo. Frid. Gronovius IV. 10. observatt. p. 154. Solenne est MStis Justini codicibus præfigi speciosum Trogi nomen, ante multa jam sæcula deperditi. Ita Lupus Ferrariensis Epist. 20. Petrus Blesensis Epist. 85. 94. Alveredus Beverlacensis in Annalibus Regum Britanniæ p. 24. & alii ejusmodi juniores, quando Pompejum Trogum citant, Justini epitomen intelligunt. Narratque eruditiss. Wagenseilius in Sota p. 576. exiliisse se præ gaudio cum in Bibl. Scorialensi Codici præcipuæ magnitudinis Trogum Pompejum inscriptum vidisset. *Quam*, dixisse apud se, *ego læto nuncio exhilarabo viros doctos, quot & quanta mihi dabunt Evangelia*! At vix aperuisse librum, & statim illi ob mendacem titulum, sibi quoque pæne ob nimis facilem credulitatem indignatum, nam pro Trogo nil nisi Justinum reperisse. V. C. Bernardus Montfauconus in Diario Italico p. 76. notat *prologos* rarius occurrere in codicibus Justini MSS. Notæ ad prologos pereruditæ Abbatis de Longerue extant in editione Justini Parisiensi, quæ A. 1709. minore forma prodiit, nec non in novissima, variorum notis illustrata, curante Abr. Gronovio. Nonnulla Justini illustrant *Casp. Sagittarius* variis dissertationibus XI. ad librum primum editis Helmstad. 1665. 1666. & Jen. 1676 4. & ad lib. 2. c. 1. & de historia bellorum Scythicorum ad lib. 2. c. 3. & 5. Jen. 1685. 4. & *Jacobus Schallerus* in laudabilibus politicis è Justino collectis. Argent. 1649. 4. Libro XXXVIII. 3. ait Justinus Trogum in Livio & in Sallustio reprehendere, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiæ modum excesserint. Licet autem merito reprehendat aliquis cum Diodoro Siculo in limine libri XX. ὑπερμήκεις δημηγορίας & πυκνὰς ῥητορείας, crebras & prolixas declamationes insertas historiæ & intempestiva eloquentiæ affectatione narrationis seriem interrumpentes, scriptoresque, qui totam historiam προσθήκην τῆς δημηγορίας appendicem concionum faciunt: tamen Conciones in Sallustio ac præsertim Livio raræ, opportunæ, rebusque aptæ leguntur: itaque si nævi sunt, pulcherrimi sunt, atque ejuscemodi propemodum, de quibus usurpaveris illud Apuleji in floridis, *risere Musæ, cum audirent hoc genus crimina, sapienti exoptanda, Apollini objectata*. Justini Codex insignis jussu Pii III. A. 1503. defuncti eleganter scriptus exstat in Bibl. Gothana.

III. * Prima Justini editio Romana (a) sine anni nota in fol. apud Udalricum Gallum, cum versibus illis notissimis, typographiæ præ calamorum usu præstantiam extollentibus:

Anser Tarpeji custos Jovis, unde quod alis
Constreperes, Gallus decidit; ultor adest
Vuldricus Gallus: ne quem poscantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.

Proxima huic Veneta A. 1470. fol. ad cujus calcem hoc legitur tetrastichon:

Historias veteres peregrinaque gesta revolvo
Justinus: lege me, sum Trogus ipse brevis.
Me Gallus Veneta Jenson Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro Principe Christophoro.

Eam secuta altera Romana est A. 1472. fol. addito Floro: per Conradum Svveynheim & Arnoldum Pannartz. Bibl. Menarsiana p. 66. Mediolanensis 1474. fol. in qua hi versus leguntur:

Historias veteres peregrinaque gesta revolvo,
Justinus: lege me, sum Trogus ipse brevis.
Quem manus Antoni Zarotho sanguine creti
Impressit solers, Insubribusque dedit.

Mediolanensis altera 1476. fol. per Christophorum Baldarfer, Ratisponensem. Veneta altera 1479. fol. per Philippum Condam Petri: & 1493. fol. & 1510. 8. è Sabellici castigatione, curante Augustino Bechario Mortariensi una cum Floro, Sexto Rufo & aliis quibusdam. Præterea Justini editionibus addendæ Venetæ A. 1594. & 1502. 1512. fol. Argentoratensis cum Floro & Plinio (sive Aurelio Victore potius) de viris illustribus 1506. 4. Aldina 1522. 8. Cornelium Nepotem adjunctam habens, ut Mediolanensis 1510. fol. & Parisiensis in 4 Becharii, Florum & Sexti Rufi libellum.

Prodiit etiam Justinus Florentiæ apud Juntas 1525. 8. cujus editionis magna est ap. Cl. Grævium auctoritas. Viennæ, curante *Joanne Camerte*, quam editionem inspexit Thomas Hearne. Hagenoæ 1526. 4. 1533. 4. cum præfat. Melanchthonis, ex Georgii Majoris castigatione. Parisiis 1530. 8. apud Sim. Colineum, cum Aurelio Victore. *Jo. Sichardi* editio Basil. 1530. 8. *Georgii Majoris* Colon. 1533. 8. *Simonis Grynæi* Basil. 1539. 4. Lugduni 1542. 8. Parisiis 1543. 8. apud Rob. Stephanum eodemque anno Coloniæ & Antuerp. 8. Antuerpiæ 1552. 12. Cum Sichardi castigatione & G. Majoris annotationibus Basil. 1553. 8. Lugdunenses apud Gryph. 1555. 8. cum Aurelio Victore 1557. 12. & 1559. 12. & 1573. 12. additis Eliæ Vineti in Victorem notis. Cum præfa-

(a) Mich. Maittaire annal. typograph. p. 72. Vide & p. 70. 96. 108. 120. 136.

præfatione Simonis Grynæi de utilitate legendæ historiæ, subjectis ad voluminis calcem notis *Henrici Loritii Glareani* Patricii Claronensis Basil. 1562. 8.

At eximiam præ ceteris operam Justino navavit *Jac. Bongarsius*, qui è Cujacii, Puteani, aliisque sex MSS. emendavit; & notis doctissimis tabulisque Chronologicis illustravit, Paris. 1581. 8. Eum secuti *Elias Vinetus* A. 1590. *Franciscus Modius* ex cujus castigatione Justinus prodiit Francofurti 1587. 1591. 8. & deinde Lugduni, Coloniæ & alibi sæpius. *Victorinus Strigelius*, cujus notæ editæ Ursellis 1602. 8. & deinde cum aliorum notis, Argentor. 1613. 8. 1627. 8. *Theophilus Cangiserus*, cujus scholia in decem libros primores exstant in editione Justini cum Strigelii & Bongarsii notis, Ursellis 1610. 8. Janus Gruterus Marpurgi 1612. 8. *Daniel Pareus*, Francof. 1630. 8. *Matthias Berneggerus*, qui Bongarsii etiam in Strigelii aliorumque notas suis addidit, & Jo. Freinshemii indicem subjecit, Argentorati 1631. 1653. 1662. 1666. 8. &c. *M. Zuerius Boxhornius* Amst. 1638. 1645. 1660. 12. apud J. Janssonium. *Isaacus Vossius* (a) Lugd. Bat. 1640. 1673. 12. *Antonius Thysius*, qui cum notis Variorum vulgavit Lugd. Bat. 1650. 8. ut alias Justini editiones cum notis Variorum Amstelodami 1659. 1669. 8. Lugduni Bat. & Uratislaviæ 1660. 8. in lucem emissas omittam, quæ curante S. D. M. C. vel Cornelio Schrevelio prodierunt. *Joannes* vero *Georgius Grævius* non prætereundus, qui Ultrajecti 1669. Amst. 1694. 12. hunc scriptorem emendatissime cum notis suis edidit, recusum 1707. 8. Idem A. 1683. 8. Lugduni Batav. ex officina Hackiana præstantissimam Justini editionem prodire jussit cum notis integris virorum doctorum & suis castigationibus, Freinshemiique indice per Scheferum & Vorstium aucto. Hæc quoque editio prela iterum subiit ibid. 1701. 8. Exstat præterea Elzeviriana editio. 12. & cum notis *Tanaquilli Fabri* Salmur. 1668. 1671. 8. cum notis *Jo. Vorstii* Berlin. 1673. 8. cum notis *Jo. Scheferi* Upsal. 1678. 8. Uterque Vorstius & Scheferus Freinshemii indicem à se auctum adjecerunt. In usum Delphini illustratus est à *Petro Josepho Cantelio*, addita in margine temporum quo singula gesta sunt, notatione, Paris. 1677. 4. & Lond. 1686. & 1701. 8. Denique *Oxonienses* post editionem (b) Anni 1674. 8. Justinum ad MSS. Codices recensitum denuo ediderunt cum brevibus notis & variis lect. curante V. C. *Thoma Hearne* & annos quo quæ-

(a) Hic multo uberiores se notas in Justinum paratas habere se testatus est in litteris ad Salmasium pag. 331. inter Gudianas.

(b) Oxoniensis in 12. fuit in Bibl. Græviana.

que gesta sunt in ora libri subinde ex Ed. Simsoni maxime rationibus adnotante. Oxonii è theatro Sheldon. 1705. 8. * In editione Oxoniensi (*a*) Clarissimi Viri *Thomæ Hearne*, ad veteres editiones & quatuor MSS. Codices recensita 1705. 8. prologi etiam cum castigationibus & notis leguntur, licet ex MSS. Anglicanis, utpote valde inemendatis vix quicquam subsidii ad illos castigandos exsculpere se potuisse editor fatetur. *Qualescunque vero*, inquit, *sunt isti prologi, cum Justini abbreviatoris negligentiam detegant, & Historiarum Trogi seriem ostendant, pleraque exhibeant quæ in Justino frustra quæramus, haud ab re visum fuit ut simul cum abbreviatore nostro ederentur, præcipue cum codices nostri, & duo etiam è Bongarsianis Justinum ipsum eorum auctorem agnoscant. Hoc vero à librariis imperitis adjectum puto, nomen quippe* Prologi (*in significatione qua hic usurpatur*) *est barbarum; ex quo & illud intelligere possumus, eorum auctorem, quicunque ille fuerit, eruditis illis temporibus non vixisse, queis honesta Latinitas vigebat. Phrasis ista* in excessu, *qua sæpissime utitur, nihil aliud denotat quam* per digressionem: *unde suspicatur acutissimus & politissimus Tan. Faber hominem Græculum fuisse, quippe ita Græci dicunt ἐν παρεκβάσει, vel διὰ παρεκβάσεως.*

Cum notis perspicuis & ad tironum captum accommodatissimis *Christiani JuncKeri* ad exemplum notarum Jo. Minelli, Lips. 1701. & 1715. 12. * Londini 1714. forma minore (*b*) cum indice curante *Mich. Maittaire*. Denique præstantissimam hujus scriptoris editionem debemus patria & avita imagine nobilissimo juveni *Abrahamo Gronovio*, qui Justinum Lugduni Batavorum 1719. 8. in lucem dedit cum notis integris Bongarsii, Modii, Berneggeri ex editione secunda auctioribus, Is. Vossii, Jo. Frid. Gronovii, Grævii, Tan. Fabri, Jo. Vorstii, Scheferi, & excerptis aliorum. Ad calcem voluminis editor notas Boxhornii novasq; suas ipsius adjunxit usus Codd. Leidensi, Oxoniensi, & Cantabrig. atque editionibus Antiquissimis. Addidit idem Jo. Freinshemii indicem ex Scheferi & aliorum lucubrationibus longe auctiorem, & ad prologos notas Abbatis de Longerue suasque. Notas ineditas in Justinum *Jo. Frid. Gronovii* accepi e sectione librorum MSS. Gudianorum.

Germanice versus ab Hieron. Bonero prodiit Augustæ Vindel. 1531. fol. & Jo. Friderico Schvvesero interprete, Cassellis 1649. 8. & jam

(a) De illa consule Acta Erud. T. V. supplementi pag. 190. Diarium Londinense, History of the vvorks of the learned A. 1705. p. 106.

(b) De Londinensi hac Justini editione Jo. Clericus T. V. Bibl. veteris & novæ, Gallice editæ p. 146. De Gronoviana T. XII. p. 231.

8. * & jam tertia editione 1675. 8. *Italice* Venet. 1535. 8. & 1561. 4. interprete Thoma Porcacchi: *Anglice* à Rob. Codringtono, Lond. 1664. 1672. 8. 1682. 12. Vide Antonii Wood Athenas Oxonienses Tom. 2. pag. 243. *Hispanice* à Georgio de Bustamante, Antvv. 1586. 8. *Gallicè* per Claudium Seyssellium, Paris. apud Vascosan. 1554. fol. & 1559. fol. & deinde per Colombium, 1654. 8. & ex recentiori translatione Paris. 1694. 8. duobus vol. cum notis. De Joanne Bouchero Pictaviensi Franciscus à Cruce pag. 208. Bibl. Gall. *il a traduit de Latin en Francois l' Historie de Justin Martir, autheur Grec.* Nimirum notum est Martini Poloni exemplo alios quoque Justinum Martyrem scriptorem Græcum ac Christianum Justino nostro confudisse.

CAPUT IV.

DE PALLADIO, Censorino, & Julio Obsequente.

Palladii ætas, scripta & editiones. 1. *Julius Obsequens de prodigiis.* 2. *Censorinus de die Natali.* 3. * *Index scriptorum a Cesorino memoratorum.* 4.

I. PALLADIUS (a) RUTILIUS TAURUS (Volaterrano SCAURUS) ÆMILIANUS Vir illustris & Græce doctus patria ut videtur Romanus, etsi fundorum suorum in Sardinia in territorio Neapolitano meminit lib. 4. p. 578. edit. Commelin.

(a) Æmilianum inter auctores probabiles rei Georgicæ laudat Cassiodorus cap. 28. divin. lection. Memoratur etiam Isidoro Hispalensi XVII. 1. Originum. Ceterum notior est hic scriptor prænomine, uti Macrobius & pauci quidam alii: ac utique diversus esse videtur à Palladio Rhetore, qui frater à Symmacho dicitur, & cujus pompam atque facundiam celebrat idem Symmachus atque Sidonius Apollinaris lib. 5. Ep. 10. Fuit etiam Palladius Medicus Alexandrinus Galeno junior, qui Græce scripsit in quosdam libros Hippocratis. Alius Palladius Sophista Methonæus Palladii filius sub Constantino Imp. celebris teste Suida qui scripta ejus commemorat. Alius Palladius vitæ Chrysostomi & Historiæ Lausiacæ scriptor, ad quem haud dubie referendus liber de Gentibus Indiæ & Brachmanibus, quem sub Palladii nomine vulgavit Eduardus Bissæus, & sine auctoris nomine ante Bissæum, quod hunc fugit, Joachimus Camerarius ὁ πάνυ in libello Gnomico de quo dixi lib. 2. Bibl. Græcæ c. 11. §. 6. Omitto Palladium cujus Epistola ad Epiphanium Ancorato Epiphanii præmittitur. Fuit & Palladius quidam cursor Theodosii Junioris, cujus meminit Socrates lib. 7. cap. 19. &c. Nostrum porro de quo jam agimus Palladium ab aliis *Paludium*, ab aliis *Rutilium Palladianum* dictum reperio. Plures Tauri nomine claros refert Colomesius pag. 240. Opusc. Apud Labbeum vero pag. 198. Bibliothecæ novæ MSS. vitiose ni fallor noster vocatur Palladius Rutilius Paulus Æmilius, V.I. palladios alios ultra quinquaginta recensui libro V. Bibl. Græcæ c. 32. Volum. IX. Pag. 20. seq. ubi de Palladio, Græco Historiæ Lausiacæ scriptore.

melin. scripsit post Apulejum, cujus testimonio semel utitur; non itaque sub Hadriano, ut perperam affirmat Lud. Vives libro tertio operis doctissimi de tradendis disciplinis. Scripsit inquam, dictione simplici nec ineleganti tamen, *De re Rustica libros XIV.* quorum primus præcepta rei Rusticæ varia complectitur, secundus usque ad tertium decimum singulis libris singulorum mensium operas explicat, initium faciens à Januario. Ultimus denique ad *Pasiphilum*, quem virum doctissimum vocat, & cui superiores quoque inscripsit libros, agit de insitione, versibus Hexametris & Pentametris. Priores libri tredecim, ut ipsius auctoris verbis utar, sunt

Nec stricti numeris, nec Apollinis amne fluentes. Prodiit hoc agricolare Palladii opus sæpius cum Aldi Manutii commentario de dierum generibus apud Palladium, & cum Catonis, Varronis & Columellæ scriptis ejusdem argumenti, & castigatum est à Petro Victorio atque Hieronymo Commelino, illustratum à Philippo Beroaldo. Vide quæ supra annotavi. Palladius & Columella Germanice per Theodorum Majum Magdeb. 1621. fol. * Incertum cuinam Pasiphilo libros suos inscribat Palladius. Pasiphili Philosophi, qui A.C. 371. sub Valente tortus, mentio apud Ammian. XXIX. 1. Ad Pasiphilum est Lib. 8. Cod. Theodos. de Jurisdictione, Olybrio & Probino COSS. A.C. 395. Epistola quæ libro decimo subjicitur, toti operi præmittenda est, ut pulchre notavit V. C. Joannes Conradus Schvvartz, cui novam Palladii editionem libenter debebimus. Vide ejus Epistolam ad Virum nobiliss. Godfridum Thomasium insertam Actis Eruditorum Germanice editis Tom. 2. p. 342. seq. Sic notum est in antiquis Gellii editionibus Epistolam, quam toti operi Gellius premiserat, ad calcem rejectam legi. Commeliniana Palladii editio cum MS. collata exstat in Bibl. Leidensi. Indicem scriptorum à Palladio & aliis scriptoribus rei rusticæ laudatorum dedi supra ad lib. 1. c. 2. ubi etiam de variis editionibus. *Gallicam* Palladii versionem à Joh. Darcio compositam editamque Paris. 1553. 8. ap. Mich. Vascosanum memorat Crucimanius Bibl. Gall. pag. 491. & Catalogus Bibl. Bigotianæ p. 138.

II. JULIUS OBSEQUENS, de cujus patria & ætate nihil fere explorati afferre licet, nisi quod castigatus sermo quo utitur meliori ævo eum floruisse, & prænomen Julii Romanum gente u isse indicio sit.

Exstant *libri*, quo (*a*) *prodigia* Romæ vel in Regionibus ditioni Ro-

(a) Livium potissime secutus est in hoc libello Julius Obsequens, cujus verba etiam

ni Romanæ subjectis visa ordine temporum descripsit; *Fragmentum* à Consulatu L. Scipionis & C. Lælii, hoc est, ab anno U.C. 505. usque ad P. Fabii & M. Ælii consulatum, qui incidit in ætatem Augusti Imp. Primus à Jucundo Veronensi sibi donatum edidit Aldus A 1508. 8. & una cum Plinii Epistolis, Panegyrico & libro de Viris illustribus ac Svetonio de Grammaticis ac Rhetoribus Philippus Junta Florent. 1515. 8. atque iterum Socer Aldi, Franciscus Asulanus, Venet. 1518. Aldinam editionem exprimi curavit B. Rhenanus Argentor. 1514. 8. Obsequentem edens una cum Plinio de viris illustribus, quem nunc Aurelium Victorem esse constat, ac Svetonio de claris Grammaticis & Rhetoribus. Cum iisdem scriptis recuderunt quoque Basileenses Anno 1521. & 1530. 8. Lugdunenses 1539. 8. & Robertus Stephanus cum libro de viris illustribus vulgavit Parisiis ter, 1529. 1539. & 1544 8. Sed Oudendorpius, qui editiones eas inspexit, Stephanum ex ingenio, non ex MSto Codice putat plura emendasse. Exstat & editio Antuerpiensis A. 1532. 1542. 8. & altera non memini quo in loco excusa Anno 1547. 8. *Conradus* deinde *Lycosthenes* partem libri priorem, quæ temporis injuria interciderat, supplevit ex Livio, Dionysio Halicarnass. Eutropio, Orosio, aliisque: capita vero à se addita à verbis Obsequentis asterisco præfixo diligenter distinxit Basileæ ap. Oporin. cum Joach. Camerarii libris 2. de ostentis & Polydoro Vergilio de prodigiis A. 1552. 8. Iidem asterisci servati sunt in editione Lugdunensi Tornæsiana (*a*) A. 1553. 12.

etiam frequenter servat. Plurimum doctorum omnium judicio depravatum esse, & alienis passim Consulibus prodigia in eo notari observat Petavius XII. 38. doctrinæ temporum. Quod vero Balthasar Bonifacius in libro de scriptoribus historiæ Romanæ affirmat, Obsequentem ex Frontini imitatione prodigia collegisse, ita intelligo, ut quemadmodum Frontinus dicta & facta sollertium ducum, ita Obsequens prodigia in unum librum congesserit. Neque enim prodigia ex instituto collegit Frontinus, etsi pauca quædam attigit in libris Strategematicon. Obsequentis libellus in Italicum sive Hetruscum sermonem conversus est à Damiano Marassi. * Prodigiorum observationem ex Actis publicis Senatus videtur Plinius annotasse, quum ea memorat ut VIII. 41. *Canem locutum in prodigiis quod equidem adnotaverim accepimus & serpentem latrasse, cum pulsus est regno Tarquinius.* & 45. *Est frequens in prodigiis priscorum, bovem locutum: quo nunciato Senatum sub dio habitum.* & 57. *mures haud spernendum in ostentis etiam publicis animal.* Idem prodigium quod diversis annis apud scriptores veteres diversos Annalium reperit Julius Obsequens, interdum ad duos vicinos annos retulisse, atque adeo præter rem multiplicasse, & per errorem bis commemorasse arguitur ab eruditissimo Perizonio animadvers. historic. cap. VIII. p. 24. sed probe notavit Oudendorpius, quod potuerunt etiam bis illa nunciari, vel bis vere contingere, cum in Actis Senatus vel paucissimorum dierum, Anni U. C. DLXXXV. plura prodigia memorentur apud Grævium ad Svetonii Cæsarem p. 778. seq.

(a) * Pro Tornæsio, qui Obsequentem excudit, male Tornerius appellatur in Diario Romano A. 1679. p. 133.

1553. 12. etsi Vossius p. 711. de Hist. Latinis ait Tornesium pessimo exemplo editionem Lycosthenis iterum edidisse sine asteriscis. Unde fiat, ut gravi errore Lycosthenes passim pro Obsequente legatur, & ab eruditis ad partes advocetur. Forte respiciebat Vossius ad editionem Lugdunensem anni 1589. 12. Ab eo tempore *Joannes Scheferus* (a) hunc libellum cum Lycosthenis supplementis diverso charactere excusis iterum in lucem emissum notis & indice illustravit Amstelod. 1679. 8. In quibus notis videtur mihi non usquequaque felicem Criticam exercere vir alioqui doctus & variis in literas meritis conspicuus. Denique *Tho. Hearne* V. C. Obsequentem à Lycosthenis additamentis liberum ad veteres editiones recensuit, cum Livio contulit, & brevibus atque utilibus notis illustravit, adjunctum Eutropio, Messalæ Corvino & Anonymi Orationi funebri (b) in Constantinum Constantini M. Filium, Oxoniæ è Theatro Sheldoniano 1703. 8. Laurentius quoque Pignorius commentario Obsequentem illustrasse fertur, qui Venetiis versatus est in manibus Illustris Molini, Procuratoris S. Marci, uti ex Thomasini parte 2. elog. p. 209. & Casp. Bartholino de luce animalium p. 461. edit. posterioris notat Joh. Hallervvordus in spicilegio de Historicis latinis. * *Franciscus denique Oudendorpius* ad præclaram eruditionis & ingenii laudem efflorescens juvenis, specimen studiorum suorum esse voluit insignem Julii hujus Obsequentis editionem nova expolitam cura & præter accuratiorem Consulum notationem, variasque Josephi Scaligeri, Nic. Heinsii, Gisb. Cuperi & Petri Burmanni observationes, integrasque Scheferi notas novis editoris annotationibus atque quinque indicibus Consulum, rerumque & verborum exornatam, Lugd. Bat. 1720. 8. Nonnulla in hoc scriptore notantur in Actis Erud. A. 1721. p. 118. seq. à V. C. Christophoro Augusto Heumanno. Gallice *Obsequentem* & tres Polydori Vergilii libros transtulit Georgius de la Bouthiere Lugd. 1558. 8. Borrichium eo nomine, quod Lycosthenem pro Obsequente allegat, perstringit P. Burmannus ad Petron. p. 296.

III. CENSORINUS doctissimus artis Gramaticæ, sæculo decimo ab urbe condita (c) anno nempe urbis 991. scripsisse se innuit,

(a) Ex B. Rhenani editione, quæ post priorem Argentorat. ex Schurerii officina A. 1514. 8. vulgatam, recusa est in quarto itidem Argentorati ex Hulderici Morhardi ædibus. Caput CXXIII. addidisse se scribit Scheferus, quod in Aldina sive Asulani desideratur.

(b) Hanc Monodiam è Codice Palatino Græce cum versione sua ediderat Federicus Morellus Paris. 1591.

(c) Vide cap. 17. & 21. lib. de die natali, & Petavium IX. 45. doctrinæ temporum.

innuit, Ulpio & Pontiano COSS. ANNO CHRISTI CCXXX. VIII. Clarus (Romæ, ut opinor) temporibus Alexandri Severi, Maximiani, Gordiani. Extat ejus *liber* aureolus & variis doctrinæ & ingenii luminibus illuſtris de *die Natali*, ſive de humana origine, ad Q. Cerellium equeſtris ordinis virum, quem capite 15. ſanctiſſimum vocat & officiis municipalibus functum, ſacerdotiique honore in principibus civitatis ſuæ conſpicuum fuiſſe teſtatur. Hoc illuſtre de die natali volumen laudat Sidonius Epiſtola ad Polemium, quæ carmini 14. præmittitur. Laudat etiam Caſſiodorus libro de Geometria & lib. de Muſica. Q. Cerellio, cui jam annum tertium & ſexageſimum ſupergreſſo ætatis librum ſuum dicat Cenſorinus, dignitatem ſe & honores debere celebrat capite tertio his verbis: *nam cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus atque præſidium, cuncta denique vitæ præmia recipiam, nefas arbitror ſi diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero: ille enim mihi vitam, hic fructum vitæ atque ornamentum peperit.* De aliis Cerelliis Jo. Glandorpius p. 216. Onomaſtici Romani. De ætate qua ſcripſit Cenſorinus, confer Scaligerum lib. 3. de emendat. temporum p. 201. & Antonium Pagi in cenſura Annalium Baronii ad A. C. 238. num. 2.

Antiquam editionem Mediolanenſem laudat Lud. Carrio libro II. emendationum capite 15. (a) ubi fragmentum libro Cenſorini ſubjectum multa eadem habere obſervat cum ſcriptore, qui ambulat ſub nomine ſcholiaſtæ Germanici. *Aratea Germanici, ſive ſunt Interpretis, cum iis confer quæ pro fragmento volumini Cenſoriniano ſubjuncta curavimus. Nam quæcunque ex veteri Codice & antiqua Mediolanenſi editione à capite ſecundo uſque ad extremum fere caput tertium in fragmento leguntur, ab illo ſcriptore eſſe moneo. Reliqua unde ſint deſcripta, alias fortaſis odorabimur. Ex Germanico in fragmento illo nonnulla, ex fragmento autem in Germanico complura poſſunt emendari, & lacunæ etiam compleri.* Prodiit Macrobio ſubjectus, cum Joh. Rivii præfatione Pariſ. 1519. fol. & Venet. ap. Aldum 1528. 8. Eodem anno Baſileæ 4. ex offi-

sum. Hunc porro Grammaticum cum Cenſorino Odenati filio uno è triginta tyrannis perperam confundunt nonnulli. Fuit & Cenſorinus quidam Academicus, quem impugnat Alexander Aphrodiſienſis lib. 1. ἀπορίων καὶ λύσεων cap. 13. Alioqui notum eſt Cenſorinum etiam vocatum olim vel Cenſorium, qui Cenſor fuit, ut Marcius iſte Cenſorinus ὃ δὶς ἀπέδειξε τιμητὴν ὁ Ῥωμαίων δῆμος. Plutarch. Coriolano ſub init. Alius C. Martius Cenſorinus ad quem Horatius libri 4. Oda 8 * Fuit item Cenſorinus Navarchus Romanorum, de quo Memnon apud Photium Cod. 224. pag. 391. nec non Cenſorinus cujus meminit Seneca Rhetor præfat. 3. excerpt. Controverſiar.

(a) Pariſ. 1583. 4. & Tomo tertio Lampadis artium Gruterianæ.

ex officina Joannis Bebelii, Joannes Sichardus edidit librum cui titulus est *disciplinarium Liberalium orbis*, in quo exstat *Consentii* Grammatica institutio, *Cassiodori* compendium Rhetoricæ & Dialecticæ, *Apuleji* de syllogismo Categorico libellus descriptus ex Bibl. Heresfeldensi: *Cassiodori* Compendium Arithmeticæ, Musicæ, Geometriæ & Astronomiæ, & *Censorini* de die Natali opusculum. Eadem forma Censorinus prælum cum Solino subiit ex emendatione Eliæ Vineti Pictavis 1568. 4. Cum notis *Aldi Manutii* nepotis Venet. 1581. 8. Hinc à Lud. Carrione accurate recensitus est, qui *capita postrema*, quæ vigesimum quartum insequuntur, primaque Physicæ, Geometriæ & Poeticæ de pedibus & rythmis elementa continent, primus ad hunc librum non pertinere observavit, & auctius ex MS. edita, separatim libro de die natali, ut *Fragmentum incerti (a) scriptoris* subjecit Parif. 1583. Lugd. 1593. 1603. 8. Rostochii quoque lucem adspexit 1579. 8. & Erycio Puteano curante Lovanii 1628. 4. *Henricus* porro *Lindenbrogius* Sereniss. Holsatiæ, Principis Bibliothecarius, natus 10. Febr. 1570. atque defunctus A. 1642. 15. Julii. ex Carrionis & Rostochiensi editione recensitum variis locis emendavit doctisque notis illustravit Hamburgi 1614. 4. quæ ejus notæ passim emendatæ & auctæ sunt in editione Lugd. Bat. 1642. 8. Denique Anno 1695. Cantabrigienses Lindenbrogianam Censorini editionem recuderunt additis *Petri Joannis Nunnesii* emendationibus ad *Fragmentum* in compendium redactis, quæ hactenus ad calcem Observationum Humanarum Andreæ Schotti delituerant: & recens adjecto in librum de die Natali notarum spicilegio, quod vir doctus nescio quis ex Scaligeri, Barthii, Salmasii, aliorumque eruditorum hominum scriptis collegit. *Franciscus* quoque *Modius* in Novantiquis Lectionibus plura Censorini loca castigavit è Membranis MSS. *Gerhardum* præterea *Vossium* Gerhardi Joannis F. in Censorino & Valerio Flacco emendando & illustrando non exiguam operam posuisse testatus est Isaacus frater in præf. ad Dionysii Vossii fratris itidem sui Maimonidem de Idololatria. * Censorini plura loca è membranis MSS. etiam castigavit Janus Guilelmius in Verisimilibus III. 5. seq. & Jo. Meursius in Critico Arnobiano VII. 10. p. 223. seq. & p. 40.

Vocabula soli, ut ei quidem visum, Censorino usurpata digessit

(a) Forte fragmentum hoc, (à Putschio quoque vulgatum inter veteres Grammaticos) ejusdem Censorini est, sed ex alio illius scripto. Ita certe visum Barthio LIV. 25. Adversar. Plura enim scripserat grammatici præcipue argumenti, ut *librum de accentibus*, cujus meminit Priscianus libro XIV. & Cassiodorus. Librum de die natali illustre volumen vocat Sidonius Apollinaris Epistola ad Polemium, quæ carmini ejus tertiodecimo subjicitur.

gessit Jac. Mosantus Briosius in Epistolis, Cadomi 1670. 8. editis p. 229. seq. eisque vocabula Gellio peculiaria præmisit. Utraque cum non adeo multa sint, & Briosii liber non sit in omnium manibus, hoc loco à me subjungentur.

VERBA GELLIANA.

Gestuosæ manus, lib. 1. c. 5.

Imperspecte, imperspectius c. 7. pro eo quod Plinius dixit, imperspicuus.

Prælium ingredi. c. 11.

Frequentamenta vocum ibid.

Indeprecabilis pœna: quæ nullis precibus averti potest. c. 13.

Displicita est ejus sententia, c. 21. In Terentio placita est Fabula.

Secretum rei, *ce que nous disons en François le secret de la chose*, c. 23.

Diatriba. Non solum pro dissertatione & sermone, sed etiam pro loco, ubi habentur, c. 26.

Lib. 2.

Innominabilis cap. 5.

Parere & obsequi quædam, quæ pater jusserit, idest, in quibusdam parere, c. 7.

Desinere seditionem, *appaiser la sedition*, c. 12.

Memoriæ. Pro eo quod Gallice dicimus, *des memoires*, *des Chroniques & Histoires*, c. 21. l. 7. c. 8. & lib. 10. c. 12. *Et en singulier pour ce que nous disons un conte, une Historiette*. Herodotus in Historiis hujus memoriæ scriptor est, l. 5. c. 9. *ou il parle de l'histoire du fils de Crœsus*.

Septentrionarius, pro Septentrionalis. c. 22.

Animadvertere Deos, c. 2. *les reverer, considerer ce qui est de leur service*, 28.

Messis manus postulat, 29. id est, *la moisson est preste à faire*.

Pulli plumantes, qui plumas emittere incipiunt, cap. 29.

Obsequibilis, ibid. *officieux, serviable*.

Conflaccescunt & sternuntur fluctus, 30.

Undabundum mare, ibid.

Lib. 3. & 4.

Dubiosus, lib. 3. c. 3. lib. 5. c. 10.

Legumentum *pour legumen*, lib. 4. c. 11.

Incentio. Pro simplici cantio & pro incantamento, c. 13. & lib. 16. c. 11. Derelictus, nomen habere derelictui, 12.

Impolitia, pro incuria. c. 12.

Lib. 5.

Vivacissimus cursus, de equo Bucephalo, c. 2.

Incoibilis, quod coire & conjungi non potest, c. 2.

Imbellia, c. 5.

Penetro me in specum. Pro, me infero, c. 14.

Lib. 6.

Infortunitas, c. 1.

Tempestiva Virgo, male in quibusdam exemplaribus legitur Tempestativa: idest, matura viro, ut loquitur Horatius, c. 8.

Inauditiuncula. Quod Græcè ἀκρόα-

k

ἀκροαμάτιοι, habebatque nonnullas Grammaticæ inauditiunculas, c. 21.

Lib. 7.

Ignoſcentiæ, c. 3.

Inorus ſine ore, ut inauritus ſine auribus, c. 6.

Lib. 9.

Muſa Liberalis, ideſt, Artes Liberales. Philippum cum omni fere tempore negotiis belli, victoriiſque affectus exercituſque eſſet, à liberali tamen Muſa, & à ſtudiis Humanitatis nunquam abfuit, c.3.& c.10. Anianus Poeta, & plerique cum eo ejusdem Muſæ viri.

Conſentitur omnium fluminum maximum eſſe Nilum, l. 10. c. 7.

Sacerdotiſſa, l. 10. c. 15.

Uſitati ſunt hoc verbo veteres, c. 21.

Indiſſimulabilis veritas, c. 21.

Exiſtimatus. *Pour dire noté, deshonoré*. M. Cato non ſolum exiſtimatas, ſed mulctatas quoque à judice mulieres refert, non minus ſi vinum bibiſſent, quam ſi probrum & adulterium admiſiſſent 22.

Exculcata verba, ideſt, obſoleta & inſolentia, ut alibi loquitur, l. XI. c. 7.

Culpatum, *fautif*. Sed moleſtius equidem culpatiuſque eſſe arbitror, cap. 7.

Quire Contra Mileſios loqui non quire, l. 9. c. 9.

Tortuoſæ res. Anxie, *qui donnent de la peine*, 13. 11.

Invitabilis. Hoc eſt jucundus ſermo ibid.

Egeo multa, 13. 23.

Iniqui. *Pour dire les mechans*. 13. 26.

Rivalis. *Pour dire ceux qui ont droit à meſmes eaux ou roiſſeaux*; negotium illi de aquæ ductu cum rivalibus, aut communi pariete cum vicino. Ambagioſus, 14. 1.

Fallacioſus, ibid.

Inadulabilis. Non obnoxius adulationi 14. 4.

Libentia. Id. Amœnitas voluptas, 15. 3.

Parcere ſibi vitam, l. 16. 19.

Prolubium. Cupiditas, voluntas, ibid.

Coibilis. Ibid.

Calorificus, 29.

Incongelabilis, Ibid.

Inopinabilis, quod quis nunquam futurum putaſſet, l. 17. 9. & 12.

Impeccacilis. 19.

Æſtimatio bona. *Pour dire bonne renommée, eſtime*, l. 18. 1.

Manuarium æs aut argentum, quod quis in manibus aut uſu habeat, 22.

Levare tempus, *paſſer, tuer le tempe*.

Extrilidus, exporrecta fronte ſine tricis & rugis, lib. 19. c. 1.

Molliti venti, *vent qui eſt baiſſé*, ibid.

Jactabundum mare, ibid.

Claſſici Autores, quaſi dicas primæ claſſis, ideſt, primæ notæ; qualis Cicero, Virgilius, Horatius, cap. 8.

Egregiè fuit homo improbus, l. 20. cap. 1.

Par-

Partiendum corpus. Pro in partes dissecandum. 1.

Cognobilis. Ijs solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt, 4.

Intoleratius, pro intolerabilius, lib. 13. c. 8.

Intercutia vitia, *ibid.* locus egregius, & qui adscribi mereatur. *Versus Afranij sunt in Togata, cui sellæ nomen est: usus me genuit; mater peperit memoria, σοφίαν vocant me Graji, vos sapientiam. Et Pacuvius: ego odi homines ignava opera, & Philosopha sententia, nihil enim fieri posse indignius, neque intoleratius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides operti barba & pallio, mores & emolumenta Philosophiæ, in linguæ verborumque artes converterent, & vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.* Intercutibus vitiis (*inquit Ascensius*,) Quæ sunt inter cutem & carnem, aquæ intercutes dicuntur; per allusionem autem vitia, quæ non foris apparent, sed penitus sunt imbibita, intercutia nominat. Philosophus, Adjectivum, Philosopha sententia.

Lib. 17.

Vegetare memoriam, cap. 2. veges à vegeo; apud Antiquos Varronem, Nonnium, Sallustium, legas. Vide Vossium in Glossario. Vegeto minimè, quod sciam. Apulejus, Prudentius, & alii recentiores utuntur,

Festare. Dialis quotidie festatus est, I.X. c. 15. Ascensius legi vult textatus, sed nullo sensu, & contra omnium Exemplarium fidem.

Observitare. Frequentativum à verbo observo. ibid.

Adminiculatior, lib. 20. c. 11. Aut ingenia Hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Post usurpatas soli Gellio, quod sciam; en & habe Censorino soli usurpatas voces. Ille, ut jam dictum, sub Hadriano vixit; hic sub Gordiano, circiter seculo ante Macrobium & Servium, Theodosiani ævi scriptores. Ambo, Gellius dico & Censorinus, tersissimi, & qui communi Doctorum sententia, inter Classicos Autores recensentur: sed quorum tamen in singula verba non nisi cautè jurare velim.

CENSORINUS DE DIE NATALI.

Collatus, hujus collatus. Videtur sumi pro eo, quod Gallicè dicimus, *entretien*, *conference*. *Cum vero tuo collatu scirem me plura didicisse, ne beneficiis tuis viderer ingratus*. c. 1.

Concordabilis. Sed non promiscuè voces omnes cum aliis, ut libet, junctæ, concordabiles in cantu reddunt effectus. Et paulo post. Nec verbis, nec syllabis, concordabunt, c. x.

Membror. Quinque & triginta diebus infans membratur, xi.

xi. Hippocrates dixit διαρθροῦται.

Infans. De fœtu adhuc in utero V. Membror.

Inaudibilis : Pythagoras prodit, septem stellas inter Cœlum & Terram vagas, quæ Mortalium geneses moderantur, motum habere εὔρυθμον, & dulcissimam continere melodiam, sed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiæ non possunt, c. 13.

Concinere Melodiam, V. Inaudibilis.

Hirquitallire. *Incipiente tertia ætatis Hebdomade, vox crassior & inæquabilis fit; quod Aristoteles vocat* τραγίζειν; *Antiqui nostri hirquitallire, & inde putant ipsos hirquitallos nominari, quod tum corpus Hircum olere soleat*, cap. 14. Inde Hircosus Ulpiano, l. 12. §. Is cui ff. de Ædil. Ed. Ubi pro *Strabonem* grasonem legi vult Lidenbrogius. Nam γράσων ἀνθρώπων ὁ δυσοσμος.

Diluvio, Diluvionis, pro Diluvium, Diluvii, cap. 18.

Exignesco. Exaquesco. Alternis temporibus Mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur. ibid.

Inenuntiabilis. Plerique præterea incomprehensibile quiddam & inenuntiabile esse existimaverunt, c. 19.

Cavi Menses. Sunt sex. Junius, Quintilis... Quatuor qui præcederunt, majores & pleni dicuntur, cur ita Vide c. 20.

Regifugium. Dies quo Reges Tarquinii Roma fugerunt. De quo sic Festus: Regifugium dies notatur in fastis xi. Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia eo die Tarquinius Roma fugerit.

Bisextum, c. 20. Quod verbum & in Jure nostro reperitur.

Septimanus & Quintanus. Adjectivum. Nonæ Septimanæ & Quintanæ, c. 20.

Nabonazaru. Annorum quorundam nomen apud Ægyptios, c. 21. De quibus vide Scalig. lib. v. De Emend. Tempor.

Horarium. Pro Horologium sive Solarium, cap. 22.

Index Scriptorum, Aliorumque Monumentorum, quorum apud Censorinum mentio.

ex editione Cantabrigiensi.

Cassan-

CAPUT V.

DE SERENO SAMMONICO, Nemesiano, & Calpurnio.

Sereni ætas. 1. *Carmen de medicamentis:* 2. *Peroratio in Marcelli Empirici Codicibus servata.* 3. *Editiones.* 4. *Scripta deperdita.* 5. *Nemesiani Cynegeticon & Eclogæ.* 6. *Ecloga Calpurnii.* 7.

I. Q. (a) SERENUS SAMMONICUS pater Sereni Sammonici, qui Gordiano juniori præceptor fuit (b) ipse clarus sub Septimio Severo & Antonino Caracalla, à quo postremo in cœna (c) interemptus periit. Vir inter sæculi sui doctissimos ingentem reliquit Bibliothecam voluminum 62000. quam filius Gordiano juniori dono dedit. * A Septimio Sereno distinguendum Sammonicum monet Sidonius Epistola ad Polemium, carmini XIII. subjecta. Idem Sammonicum inter Matheseos peritissimos conditores laudat cum Firmico & Saturnino: atque alibi cum Varrone, Censorinoque.

II. Ex variis ejus scriptis, Physici, Mathematici & Philologici argumenti, solum ad nos pervenit *carmen Heroicum præcepta de medicina parvo pretio parabili* ad curandos præcipuos humani corpo-

(a) Quinti prænomen non reperio ap. Spartianum, Macrobium, aliosve veteres, qui Sammonici meminere.

(b) Filium cum Patre confundit Riccobonus in ejus vita, Gyraldus Dial. 4 de Poetis & alii. A Septimio Sereno distinguendum monet Sidonius Epistola ad Polemium carmini 13. subjecta, & Sammonicum in Epist. ad Pontium Leontium quæ subjicitur carmini, 21. peritissimis conditoribus Matheseos annumerat, nisi pro *Sammonicum Saturninum* legendum *Fallonium Saturninum* ut. in MS. Jo. Savaro reperit: Pseudo Luitprandi de Q. Sereno Sammonico, Hispano, si Diis placet, è Samone Gallæciæ opido, cum Christiano, denique Martyre commenta explosa ubi lubebit videbis à Nic. Antonio lib. 1. Bibl. Veteris Hispanæ c. 20. p. 94. seq.

(c) Spartianus in Caracalla p. 243.

corporis morbos, complexum. In his superstitiosa nonnulla ex more illius ætatis occurrunt, quale est quod conum *Abracadabra* (a) chartæ inscriptum hemitritæo depellendo valere ait, plura forte transcribens quam credens. Etsi ejus usum plurimorum se probatione & eventu probasse affirmat Thomas Bartholinus (b) libro de Medicis Poetis. Confer de illo Amuleto præter Rob. Kenchenium in commentario ad Serenum Jacobi Wolfii Scrutinium Amuletorum, diatribam singularem Medici ac Philologici præstantissimi Georgii Franci de Franckenau & Rev. Doctorem meum Thomam Ittigium de Hæresiarchis Apostolicæ atque Apostolis proximæ ætatis p. 103.104.

III. Carmen Sereni extrema parte truncum esse videtur; itaque pedibus eo in sententiam Roberti Constantini, qui versus in calce libri Marcelli Empirici de medicamentis, conjectura minime absurda sed verisimillima habet pro peroratione poematis Sereniani.

IV. Editum Sereni carmen est Venetiis Anno 1488. cum Arato, Avieno &c. fol. Deinde Venet. 1502. 4. & 1528. 4. apud Aldum cum Celso, quæ editio cum notis MSS. fuit in Bibl. celeberrimi Almeloovenii. Haganoæ 1528. 8. Ab eo tempore sæpissime, ut Patav. 1563. 8. Venet. 1566. 8. & Lugd. 1554. 12. quam editionem habeo Josephi Scaligeri emendationibus nonnullis MSS. ornatam. Teneo & varias lectiones codicis MS. membranacei Paderbornensis 400. fere annorum, quem A. 1683. contulit Marquardus Gudius. In Sammonico, quoniam pluries olim descriptus est & interpolatus, incredibilem lectionum varietatem offerunt MSti Codices, teste Rittershusio ad Oppianum, & Barthio XXVI. 27. Adversar. MS. Francisci Barberini laudat Joannes Rhodius p. 61. ad Scribonium.

 Pro-

(a) Colomesius Misc. Historic. pag. 94. *Les Juifs modernes au raport de Buxtorfe le fils dans sa Synagogue chap. 45. disent que pour chasser la fievre quarte il ne faut que prononcer le mot* Abracalan, *en diminuant toujours d'une lettre. Julius Africanus dans son grand ouvrage intitulé* κεστοὶ *qui se trouve Manuscrit dans la Bibliotheque du Roy d'Espagne & Serenus Sammonicus dans son poeme de Medicina attribuent le meme effet au mot Abracadabra ainsi prononcè. Il se peut faire que les Juifs ayent tirè leur recette de l'un de ces deux auteurs.*

(b) *Vulgatus hemitritao depellendo conus plurimorum observatione & eventu se probavit, etsi rationem ignoremus. Vidi profuisse in febribus* (idem jactatum memorat sed explodit Lucianus in Philopseude) *etiam sine superstitione collo appensum. addito solo cornu cervino, cujus appensi tanta potentia Constantino Cæsari Geopon. lib. 16. cap. 1. 3, ut nec boves nec equi possint ægrotare.* Hactenus Bartholinus. Similia jactant Talmudici de suo *Schabiri*; Confer Buxtorfii Lexiconin שבר & clarissimi Collegæ mei Georgii Elieseris Edzardi præf. ad Avoda Sara p. 25. Alia hujusmodi dabunt Balth. Bonifacius Hist. ludicræ XIV. 5. & Jo. Christianus Fromannus libro de fascinatione p. 25. & 30.

Prodiit & Sereni carmen inter Medicos veteres Aldi Venet. 1547. fol. & H. Stephani, Parif. 1567. fol. atque inter Poemata antiqua a P. Pithœo recensita & cum notis edita. Tum Tiguri 1540.4. 1581.4. cum commentario Gabrielis Humelbergii, & Basil.1571.8.cum G.Pictorii scholiis.Et in Corporibus Poetarum. Sed omnibus editionibus facile præferenda, quam *Robertus Keuchenius* ad MS. Codicem castigatam cum locupletissimis notis & commentariis in lucem emisit Amst. 1668. 8. à quo pag. 78. seq. aliæ editiones nonnullæ recensentur. Recusus Keuchenii Serenus ibidem 1706. 8.

V. Ex libro quarto reconditorum Sammonici Sereni Macrobius l. 3. Saturnal. cap. 9. affert carmen, quo Dii antiquo ritu evocabantur, & aliud quo mos fuit devotas fieri civitates. Idem libri ejusdem capite 16.ubi de accipensere loquitur, Sereni verba recitat, quibus post productum Plinii de illo pisce locum, perperam affirmat illum naturæ Bibliothecarium ad usque Trajani Imperatoris ætatem pervenisse, Majorem Plinium ita confundens cum Juniore, ut notatum Scaligero p. 207. ad Euseb. De lege Fannia Sammonici fragmentum exstat apud eundem Macrobium lib. 3. cap. 17. * De morbis magica carminum vi oppugnatis disserit etiam Janus Brockhusius ad Tibullum pag. 99. De Judæorum superstitione per suum *Abrocolos* febri quartanæ medentium, Jo. Henricus Majus vir eruditissimus in recensione Codicum MStorum Hebraicorum Uffenbachianorum pag. 323. Vide etiam Cornelium Agrippam occultæ philosophiæ libro 3.capite 11. Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 2063. 2320. & celeberrimi Collegæ mei G. Elieseris Edzardi notas ad Avoda Sara cap. 1. p. 265.

VI. M. AURELIUS OLYMPIUS NEMESIANUS Carthaginiensis, Poeta, quem Halieutica, Cynegetica & Nautica, sive ut Casaubonus legit, Ixeutica scripsisse, omnibusque emicuisse coronis illustratum narrat Flavius Vopiscus, ubi Numerianum Cæsarem cum eo in Poetica contendisse refert. Sola supersunt illius *Cynegetica* carmine Heroico descripta ad Carinum & Numerianum, divi fortissima pignora Cari. Tum *Eclogæ IV*. Quibus Poematibus non elegantiæ tantum & ingenii laudem consecutus est, sed & castigata puraque dictione, præ ceteris se scriptoribus Afris commendat. Jam ante annos octingentos in Scholis prælegi solitus, ut ex Hincmaro Rhemensi observat Vossius de Poetis Latinis pag. 53. De Editionibus supra in Gratio & mox in Calpurnio dixi. * Olympius & Nemesianus memoriæ lapsu vel calami pro Calpurnio & Nemesiano nominantur in Jo. Clerici arte Critica T. I. p. 80. 81. Hincmarus Tom. II. pag. 481. *auditu & lectione*

ctione puer scholarius in libro, qui inscribitur Cynegeticon Carthaginiensis Aurelii didici; Nemasianum innuit, cujus Cynegetica Cari Imp. liberis Carino & Numeriano inscripta sunt. Alius Nemesianus Episcopus, ad quem Epistolæ S. Cypriani, Episcopi Carthaginiensis. Nemesiani & Calpurnii Bucolica prodierunt cum commentario Dominici Guidalotti, Bonon. 1554. fol. Est etiam ad manus editio antiqua in 4. sine anni locique notatione, in qua Eclogæ quatuor Nemesiani Calpurnianis septem tanquam octava, nona, decima & undecima ejusdem scriptoris perperam subjiciuntur. De Georgio Logo, cui Gratium, Ovidii Halieutica & Nemesianum debemus, vide Jo. Henelium in Breslographia pag. 7. & in Silesiographia cap. VIII. pag. 116.

VII. T. JULIUS CALPURNIUS, Siculus, ab inopia vexatus, ad eundem Nemesianum, suum ut videtur Patronum, misit Bucolica sive *Eclogas septem*, in quibus Gyraldus dialogo quarto de Poetis ait, facilitatem se & sermonis volubilitatem, sed parum interdum nervi & concinnitatis offendisse. Nescio an idem est *Junius*, sive uti in Palatino Vopisci codice legi refert Gruterus, *Julius Calpurnius* dictator memoriæ, cujus *de morte Cari Epistolam* ad Præfectum urbis datam producit Vopiscus in Vita Cari Imperatoris. * Diversus à T. Julio Calpurnio Eclogarum scriptore Æmilianus Calpurnius Rofilianus, cujus mentio in vet. inscriptione ap. Thomam Galeum pag. 126. ad Antonini iter Britannicum. Alius item Calpurnius Flaccus Rhetor, de quo supra lib. 2. cap. 15. §. ult. De egestate sua testatur Calpurnius ecloga IV. Musæ suæ etiam indignatus:

Frange puer calamos & inanes desere Musas
--- quid enim tibi fistula reddet
Quo tutere famem? certe mea carmina nemo
Præterquam scopulis ventosa remurmurat echo.

Eclogæ Calpurnii Siculi primum Parmæ lucem adspexerunt A. 1478. 4. Prodierunt deinde cum Nemesiani aliorumque Eclogis Florentiæ A. 1504. 8. Itaque Calpurnii & Nemesiani eclogas è Sannazarii codice acceptas esse non memorat Georgius Logus Silesius, ubi docet Nemesiani Gratiique Cynegetica & fragmentum Ovidianorum Halieuticon (quod Nemesiano perperam tribuebat Barthius XLIX. 7. Adversar.) quæ una cum Calpurnii Nemesianique Eclogis vulgavit, Actio Sincero Sannazario nos debere, qui codicem vetustum horum librorum litteris exaratum Longobardicis ex Gallia (*a*) attulit, quem deinde Ro-

(*a*) Hinc constat falli Laurentium Pignorium non ferentem bonos hosce scriptores Galliæ

mæ descripsit Jo. Lucretius Æsiander Germanus, descriptumque Logo muneris loco dedit, à quo acceptum Paulus Manutius primum excudit Venet. 1534. 8. Prodierunt deinde Augustæ Vindel. eodem anno eademque forma: mox Lugduni, Tiguri, Basileæ &c. Alias editiones, quibus virorum doctorum P. Pithœi, Rob. Titii, Casp. Barthii, & Jani Ulitii notæ accesserunt, indicavi supra lib. I. cap. 16. Exstant & Hugolini Martelli Epistola, qua Calpurnii & Nemesiani loca quædam illustrantur Florent. 1590. ut omittam quæ in Calpurnio castigavit Franciscus Modius in Lectionibus antiquis.

Calpurnium Nemesiano castigatiorem esse notat Vossius III. Institut. Poetic. p. 34. Idem paulo post: *Quædam autem alter alteri sublegit. Inter alia apud utrumque legas:*

Te sine, væ misero mihi, lilia nigra videntur,
At tu si venias, (*a*) & candida lilia fient.

Potius autem censeam esse Nemesiani (b), *quia Calpurnio is præstitit, suaque Calpurnio misit.* Locum Jacobi de Cæsollis lib. IV. de ludo Schacchico, ubi vitiose Scalpurius pro Calpurnio allegatur, emendat Barthius XLIX. 14. Adversar.

CAPUT

Galliæ deberi, quando p. 56. Epist. Georgii Logi, quem perperam Gregorium Longum vocat, sollicitat fidem, & illi objicit, quod Franciscus Petrarcha jam Calpurnii carmen petiit à Guilelmo de Pastrengo Veronense lib. 38. Epist. additque velut Logo insultans: *an & tum Calpurnius è Gallia vestra petebatur? Non puto.* Neque vero Calpurnium primum edidisse se, neque ex codice Sannazarii petitum usquam affirmavit Logus. Recte vero id dixit de Gratio, Ovidii Halieuticis & Cynegetico Nemesiani, de quibus ita Gyraldus dialogo quarto de Poetis: *Sed quod Cynegetica* (tum temporis scilicet cum Gyraldus scriberet, adhuc inedita) *Gratius scripserit, Actius Sannazarus mihi aliisque pluribus asseruit & ostendit, cum Neapoli animi gratia ex urbe profecti essemus, se enim ex Heduorum finibus atque ex Turonibus detulisse opusculum de piscibus Ovidii, & Cynegetica Gratii & Nemesiani, id quod etiam suo scripto testatus est Pontanus quadam sua Epistola ad ipsum Actium, & P. Summontius.*

(a) Videtur esse legendum, *nec candida lilia fient.*

(b) Calpurnio sane inopi magis conveniunt, scribenti ad Patronum suum Nemesianum. Et Nemesiano fortassis in ora libri hos versus è Calpurnio quidam adnotaverat, qui deinde a librario sunt Nemesiani carmini inserti.

CAPUT VI.

DE ÆLIO SPARTIANO, Julio Capitolino &c.

Scriptorum sex Historiæ Augustæ ætas. 1. *Quæ vitæ à quibus scriptæ.* 2. *Editiones:* 3.

I. SEX (*a*) SCRIPTORES HISTORIÆ AUGUSTÆ, sive vitæ Imperatorum, quos non attigit Svetonius, ab (*b*) Hadriano usque ad Carinum descriptæ ab *Ælio Spartiano*, *Julio Capitolino*, *Ælio Lampridio* (c), *Vulcatio Gallicano*, *Trebellio Pollione* & *Flavio Vopisco*, qui omnes imperante Diocletiano, aut Constantio, qui ei successit, vel certe filio ejus Constantino vixerunt. Vide Voss. l. 2. de Hist. Latinis cap. 5. 6. 7. & Cl. Hankium de Romanarum Rerum scriptoribus. * *Vulcatius* (d) *Gallicanus* Senator Romanus fuit, & fortasse idem Consul A. C. 317. *Flavius Vopiscus* patria Syracusanus, qui Svetonii imitatione scripsisse se non diffitetur, in Probo: & in Aureliano cap. 44. Constantio tenente imperium vixisse se innuit. Interciderunt *Claudius Eusthenus*, qui quatuor libris scripserat vitas Diocletiani, Herculei, Constantii & Galerii. *Acholius Septimius* & *Encolpius* (*e*), à quibus vitam Alexandri Severi scriptam novimus ex Spartiano c. 48. qui Dexippum quoque laudat cap. 49. atque Acholium itinera Alexandri Severi scripsisse testatur c. 64.

Julius

(a) Forte quatuor tantum numerandi, siquidem vita Avidii Cassii non à Vulcatio Gallicano scripta est, sed à Spartiano, cujus integrum nomen est *Ælius Lampridius Spartianus*. Igitur Ælius Lampridius falso diversus à Spartiano esse creditur: certe Flavius Vopiscus in Probo, ubi Ælium Lampridium nominat, Spartianum inter scriptores hujus argumenti prætermittit; & vitam Septimii Severi, quam Spartiano plures codices MSti tribuunt, Casaubonus testatur in codice Regis Galliæ, Ælio Lampridio adscribi. Etiam aliorum vitas, quæ sub Ælii Lampridii nomine feruntur, in Excerptis antiquissimis Palatinis ad Spartianum referri, auctor est Vir summus Claudius Salmasius. Harduinum vero, doctissimum & ipsum hominem, cui scriptores hi toti suppositi ac commentitii habentur, somniis suis tetricisque suspicionibus relinquamus.

(b) Mirum est Nervæ & Trajani optimorum Principum vitas ex Spartiano vel alio auctore non addidisse, qui hanc συναγωγὴν vitarum primus confecit, neque enim hos Svetonius attigerat. Vel potius dicendum est vitas istas ex illa collectione intercidisse. Ita Philipporum etiam Deciorumque vitæ cum initio Valeriani desiderantur.

(c) Fuit & Lampridius Rhetor Burdegalensis, quem acrem Sidonius appellat: & Gallicanus presbyter, quem laudat Sedulius, præf. ad Macedonium.

(d) Alius Rufinus Vulcatius. Ammian. XXI. 12.

(e) Imago Imperii sub Encolpii nomine à Tho. Elioto edita Anglice Lond. A. 1549. supposititia est, ut notavi in Bibl. Græca lib. 4. c. 10. §. 15.

Julius Aterianus quem citat Vopiſcus in XXX. Tyrannis c. 6. ubi de Victorino. Et qui Græce vitam Aureliani tradidere, *Callicratides* Tyrius, *Theocles*, laudati ab eodem Vopiſco, ubi neminem ante ſe Latine id feciſſe teſtatur. *Aſclepiodotum* etiam laudat Vopiſcus in Aureliano c. 44. ubi de Diocletiano agit, ſive quod aliquid ab Aſclepiodoto, qui ſub Conſtantio Præfectus Prætorio fuit, coram acceperat, nam ita & Patrem ſuum avumque in teſtimonium Vopiſcus citat; ſive quod, ut Voſſio viſum, Diocletiani vitam Aſclepiodotus ſcripſit. Cum Julio Capitolino videndum an commune aliquid ſit *Cornelio Capitolino*, quem citat idem Vopiſcus in XXX. tyrannis cap. 14. ubi de Odenato. De vitis Imperatorum à *Spartiano*, *Julio Capitolino &c.* ſcriptis à fine Trajani, (*a*) ad Diocletiani initium, hoc eſt ab A.C. 157. ad 284. confer ſi placet Tillemontii Hiſtoriam Imperatorum T. IV. p. 99. ſeq. edit. Bruxellenſis, & 529. ſeq. Etſi autem valde dubium eſt, quæ vitæ à quibus ſcriptæ ſint, quia MStorum codicum mira hac in parte eſt varietas, ſingulas tamen ordine recenſentes, quænam unicuique veriſimiliter adſcribendæ videantur, virorum doctiſſimorum ſecuti judicium, paucis indicabimus.

II. Ælius Spartianus V. C. in Vita Aelii Veri ait, ſibi in animo eſſe, non ſolum Imperatorum poſt Julium Cæſarem, quemadmodum uſque ad Hadrianum jam feciſſet, ſed illorum etiam qui vel Cæſarum nomine appellati ſunt, nec principes aut Auguſti fuerunt, vel quolibet alio genere aut in famam aut in ſpem principatus venerunt, vitas ſingulis libris exponere. Huic Spartiano ab omnibus tribuitur *vita* (*b*) *Hadriani* & *Ælii Veri*, quas miſit ad Diocletianum Auguſtum, cujus ſe ἴδιον (*c*) vocat, unde illum Imperatoris familiarem vel libertum colligunt viri eruditi. Etiam vitam *Antonini Pii*, *M. Antonini* (*d*) *Philoſophi*, & *Veri* Spartiano adſcribunt antiquiſſima excerpta Bibl. Palatinæ, quibus ſtylum mirifice ſuffragari notat Salmaſius: ſed vulgo hæ feruntur ſub nomine *Julii Capitolini*. Eadem excerpta Spartiano vindicant *vitam*

Avi-

(a) Trajani vitam ſcripſerant *Marius Maximus*, *Fabius Marcellinus*, *Aurelius Verus* & *Statilius Valens*, omnes pridem deperditi, quos citat Spartianus in Alex. Severo c. 48. *Avidium Caſſium* in vita Severi laudat Poggius lib. de infelicitate principum pag. 153. pro Dione Caſſio, ni fallor.

(b) In quatuor priora Capita Vitæ Hadriani exſtant quindecim eruditiſſimæ H. Dodwelli prælectiones Cambdenianæ Oxon. 1692. 8.

(c) *Diocletiano Auguſto Ælius Spartianus ſuus ſalutem*. In vita Ælii Veri.

(d) If. Caſaubonus T. 1. p. 307. 308. teſtatur hanc vitam in editis & MSS. Codicibus ita confuſam ac diverſimode interpolatam haberi, ut eam judicio ſuo retexendam putaverit, ſeparatimque fuerit editurus, quod tamen haud fecit.

Avidii Cassii, quæ in editionibus & MSS. refertur ad *Vulcatium* (*a*) *Gallicanum*. Sed in hac quoque tanta est cum dictione Spartiani similitudo, ut si diversi sunt auctores censendi, uno veluti ore locuti videantur.

Vita Commodi Antonii sub nomine *Ælii Lampridii* legitur. Robertus à Porta *Julii Capitolini* eam esse dicit; in antiquis illis excerptis Palatinis eidem adscribitur *Spartiano*. *Publii* autem *Helvii Pertinacis* (*b*) vitam Julio Capitolino, qui circa A.C. 335. vitas Imperatorum descripsit in gratiam Constantini M. editiones & MSta tribuunt, quam itidem Spartiani esse innuunt excerpta vetera Palatinæ Bibl. Vitæ *Didii Juliani*, *Septimii Severi* & *Pescennii Nigri*, *Spartiano* adscribuntur etiam in vulgatis editionibus & MSS. nisi quod codex Regis Galliæ vitam *Severi* tribuit *Julio Capitolino*: sed utique unus auctor vitas illas tres composuit, non minus quam *vitam Clodii Albini*, quæ in editis sequitur sub nomine *Julii Capitolini*. At in excerptis Palatinis rectius refertur ad *Spartianum*. Vita *Antonini Caracallæ & Antonini Getæ* dicata Constantino Imp. *Spartiani* nomen præfert tam in editis quam in MSS. utramque ab uno auctore illoque Spartiano scriptam esse ostendit Salmasius adversus Isaacum Casaubonum, qui de vita Antonini Getæ ambiguus fuerat, quod in illa quædam diversa, quam in superiore tradantur, quæ Salmasius in diversos auctores rejicit, quos Spartianus fuerit secutus. *Vita Opilii Macrini Julio Capitolino: Antonini Diadumeni* & (*c*) *Heliogabali* in vulgatis editt. & MSS. *Ælio* tribuuntur *Lampridio*. Sed & has omnes *Spartiano* adscribunt excerpta Palatina. *Vitam* autem *Alexandri Severi*, quæ Constantino Augusto dicata, sub ejusdem *Ælii Lampridii* nomine in editis legitur, non tantum excerpta illa sed & alius MS. codex antiquissimus Bibl. Palatinæ, aliusque Regis Galliæ & Robertus de Porta Bononiensis, qui summam horum librorum composuit, *Spartiano* vindicant, atque adeo vitas omnes hactenus recensitas, Salmasius non dubitat esse illius unius Spartiani, idque liquido liquere sibi ait in limine notarum ad *vitas duorum Maximinorum*, quæ omnium

con-

(a) Hujus quoque vitæ auctor, *Proposui*, inquit, *Diocletiane Auguste, omnes qui Imperatorum nomen sive juste, sive injuste habuerunt, in litteras mittere, ut omnes purpuratos Augustos cognosceres*. Flavius tamen Vopiscus negat Aureliani Imperatoris vitam à quoquam ante se memoriæ proditam.

(b) Pertinacis & Didii Juliani ac Sept. Severi vitam Lampridio tribuere mavult H. Dodvvellus in prælectionibus Historicis procemialibus. Reliquas universas usque ad vitas Gordianorum Julio Capitolino.

(c) In Heliogabali vita p. 795. Constantinum alloquitur auctor & p. 795. memorat Judæorum & Samaritanorum religiones ac *Christianorum devotionem*.

consensu sunt *Julii Capitolini*, dicatæ Constantino Augusto. Ab eodem etiam *Capitolino* habemus *vitas trium Gordianorum*, *Maximi* item & *Balbini*. Sed *Trebellium Pollionem* (*a*) auctorem agnoscunt, etsi *Julio Capitolino* in quibusdam codicibus à Roberto Bononiense adscriptæ *Valerianorum vitæ* & *utriusque Gallieni* & *triginta tyrannorum* sive rebellium Ducum, *Cyriadis*, M. Cassii Latieni Posthumi & C. Junii Cassii Posthumi, Spur. Serviliani Lolliani, M. Aurel. Victorini & filii ejus L. Victorini, M. Aur. Marii, *Ingenui*, Q. Nonii Regilliani, Manii Acilii Aureoli sive Aurelii, M. Fulvii Macriani filiique ejus Q. Macriani, Q. Fulvii Quieti, Odenati & filii ejus Herodis sive Herodiani, Mæonii qui Odenati affinis fuit, Servii Anicii Balistæ, P. Valerii Valentis & ejus avunculi Calpurnii Pisonis, T. Cestii Alexandri AEmiliani, Sex. Julii Saturnini, P. Pivesi Tetrici & C. Pivesi Tetrici filii, C. Annii Trebellii sive Trebelliani, Herenniani & Timolai filiorum Odenati, T. Cornelii Celsi, Zenobiæ viduæ Odenati, Victoriæ, *Titi* & Censorini Odenati filiorum. *Vita* denique *Flavii Claudii* (*b*) & *Quintilli fratris*. Postremo à *Flavio Vopisco* Syracusio admodum juvene, circa (*c*) eadem quibus Trebellius Pollio scripsit, tempora, jussu Junii Tiberiani præfecti urbis elaboratæ sunt *vita Aureliani*, quam itidem Julio Capitolino perperam inscribit Robertus Bononiensis, *vita Taciti* & *Floriani fratris*, *vita Probi*, & *Vita Firmi* & *Saturnini*, *Proculi* & *Bonosi*. *Vita* denique *Cari Numeriani* & *Carini*. * Vitæ Valerianorum Julio Capitolino tribuuntur etiam à Lilio Gyraldo dialogismo 21. Vitam Getæ ad Capitolinum refert Dodvvellus in prælect. Cambdenianis & *Guilelmus Musgrave* V. C. qui vitam illam novis suis & variorum eruditorum hominum notis illustratam (*d*) edidit Iscæ Duumoriorum 1716. 8. adjuncta dissertatione de Geta Britannico &c. Jo. Harduinus in operibus selectis pag. 866. *Ridicule satis hunc sibi propositum finem in scribendo fuisse Trebellius Pollio profitetur, ut nempe eundem XXX. Tyrannorum in Hist. Romana numerum exhiberet, quem olim fuisse Athenis, litteræ similes prodidissent. Nam ut promissis staret ille scilicet, necesse fuit & Tyrannos ab ipso appellari, qui non essent, & fingi Principes, qui ne quidem*

inter

(a) Diligens & fidei cultor Historicus dicitur Gaddio T. 1. p. 200. Scripsit, si H. Dodvvellum audimus, sub Diocletiano post A. C. 303. sed ante Kal. Majas Anni 305.

(b) In hac vita Trebellius sæpe testatur omnem se adulationem procul habere, eiusque falso se ab aliis argui. Hinc viris eruditis secunda hodie videtur exstare editio vitæ Claudii a Trebellio recognita.

(c) H. Dodvvellus tamen observat postea quædam inserta supplementa post A. C. 308. quinimo post A. 341. & 343.

(d) Vide novellas Reip. litterar. editas Gallice A. 1716. pag. 798. & Acta Erud. 1717. p. 22.

inter homines forte extiterint. Fecit utrumque. Nam ex illis XXX. non omnino XII. in numis antiquis invenimus, & tantum abest, ut hi, quos habemus Tyranni fuerint, ut eorum etiam plerique inter divos relati fuerint, provinciæ saltim illius decreto cui præfecti fuerunt &c. Præfecturam urbis Junius Tiberianus, in cujus gratiam vitas quasdam Cæsarum scripsisse se Vopiscus innuit, gessit Diocletiano imperante A. C. 291. Nam licet fuerit etiam Præfectus eodem nomine A. 303. tamen in ejus Præfecturam non inciderunt Hilaria, quo festo 25. Martii celebrari solito monitum se à Tiberiano de scribenda Imperatorum quorundam vita Vopiscus refert. Vide Tillemont. not. 22. ad vitam Diocletiani T. 4. Hist. Imp. p. 530.

III. Prodiit hæc sex scriptorum Historiæ Augustæ Sylloge Mediolani Anno 1465. (*a*) quam principem editionem laudat Salmasius, & per omnia ferme consentire testatur cum codice præstantissimo Palatino, quo ille ad emendandos hos scriptores usus est. Inde constat falli Casaubonum, qui pro prima editione habuit Venetam Anni 1480. Exstat & alia Veneta 1499. fol. per Jo: Rubeum de Vercellis. Bibl. Menarsiana p. 71. Item alia, quæ ex Aldi officina prodiit Anno 1519. 8. cum notis *Jo. Baptistæ Egnatii*, & Parisiensis apud Rob. Stephanum 1544. 8. & cum Svetonio, Ammiano &c. 1568. apud H. Stephanum 8. additis notis *Egnatii*, quæ etiam occurrunt in editione Lugd. 1551. 12. apud Gryphium, & *Desiderii Erasmi* indice, quo obscuræ voces explicantur. * Prodiit & Sylloge eorundem Historicorum Florentiæ 1519. 8 quæ editio in Bibl. Barberina Romæ extat. Coloniæ 1527. fol. apud Eucharium Cervicornum. Basileæ apud Frobenium 1533. 1546. fol. excusæ Vitæ Cæsarum cum Erasmi præfatione A. 1517. data. In illa continentur collectione (1) Svetonius. (2) è Dione excerpta, Georgio Alex. interprete. (3) Sex scriptores Hist. Augustæ. (4) Herodianus ex Politiani versione. (5) Sextus Aurelius Victor de Cæsaribus: (6) Eutropii libri X. integritati pristinæ redditi. (7) Ammianus Marcell. longe alius quam ante hac unquam. (8) Pomponii Læti compendium Hist. Ro-

(a) Non 1455. ut perperam editum est in Dan. Guil. Molleri diss. de Spartiano pag. 15. Altdorf. 1687. Edidit idem Mollerus dissertationes singulares de Vopisco, Lampridio, Trebellio Pollione & Julio Capitolino. In diss. de Vopisco pag. 17. primam editionem notat curatam à Bono Accursio Pisano, eandem nimirum Mediolanensem innuens. Exstat & altera Mediolanensis, editore Bonino Mombrizio Mediolanensi An. 1475. fol. quæ memoratur in Catalogo Bibl. Heinsianæ pag. 298. & à Perizonio legata est Bibl. publicæ Loidensi una cum altera Veneta 1490. fol. ubi junctim excusi Svetonius, Historiæ Augustæ scriptores, Eutropius, & Paulus Diaconus.

Romanæ ab interitu Gordiani Junioris ad Justinum tertium. (9) Jo: Baptistæ Egnatii Romanorum Principum libri tres, usque ad Maximilianum I. (10) Ejusdem Egnatii notæ in Sveton. & Spartianum & quinque reliquos. (11) Annotata Erasmi sive index locorum difficiliorum in Svetonio & sex scriptoribus Hist. Augustæ. In posteriori editione anni 1546. accedit (12) Vellejus Paterculus ex Beati Rhenani iterata recensione. Prodiit etiam Lugd. 1552. 8. & 1592. 8. septem volum. apud Franciscum le Preux.

Seorsim prodiere *Vincentii Lupani* annotationes cum prætermissorum libello, Paris. 1560. 8. *Fulvii* item *Ursini* notæ cum fragmentis veterum historicorum ab Antonio Augustino collectis, notisque Ursini in Sallustium, Cæsarem, Livium, Vellejum, Tacitum & Svetonium Antuerp. 1565. 8. Dilucidationes (a) *Marcelli Donati*, cum ejus observatis ad loca quædam Livii, Taciti, Svetonii & Ammiani Marcellini à Jano Grutero insertæ sunt Tomo sexto Thesauri Critici, sive facis artium Francof. 1612. 8. Scriptores vero ipsi cum *Frid. Sylburgii* castigationibus iterum vulgati sunt tomo secundo scriptorum Historiæ Romanæ à Sylburgio collectorum Francof. 1585. fol. & cum notis *Jani Gruteri* inter Historiæ Augustæ Scriptores latinos minores, Hanov. 1611. fol. Præstantissimo *Isaaci Casauboni* commentario explicati lucem adspexere Paris. 1603. 4. Cum notis ejusdem Casauboni, & eruditissimis *Cl. Salmasii* observationibus luculenter excusi sunt Paris. 1620. fol. & Lugd. Bat. (b) 1670. 8. 2. volum. in qua optima & eleganti editione Hackiana Jani quoque Gruteri notæ accedunt. *Cornelius Schrevelius*, qui ibid. 1661. 8. hos scriptores vulgavit, non integras, sed tantum excerptas è Grutero, Casaubono & Salmasio annotationes addidit. Exstant quoque pauci *M. Zuerii Boxhornii* animadversionibus illustrati una cum Svetonio & Ammiano Marcellino ibid. 1632. 12. Denique *Ulricus Obrechtus* Vir Illustris cum castigationibus suis prelo subjecit Argentor. 1677. 8. Vopiscus meminit *Trebellii Pollionis* in vita Aureliani his verbis: *Pollio à duobus Philippis usque ad Divum Claudium & ejus fratrem Quintillum, Imperatores tam claros quam obscuros memoriæ prodidit &c.* & in Firmo: *Trebellius Pollio ea fuit diligentia eaque cura in edendis bonis malisque Principibus, ut etiam triginta Tyrannos uno breviter libro concluderet &c.*

Con-

(a) *Marcelli Donati* dilucidationes ad varia loca horum scriptorum, Liviique & Taciti, Svetonii atque Ammiani Marcellini prodierunt Veronæ 1556. 4. & Venetiis 1604. 4.

(b) Præfationem Casauboni dedicationemque in Hakiana editione omissas, Tho. Crenius exhibet parte XI. Animadvers. p. 39. seq. Alteram etiam editionem Casaubonus molitus fuit. Vide T. 2. edit. Hackianæ p. 406.

Concludam hoc caput censuris quibusdam virorum doctorum. Balthasar Bonifacius XV. 4. Hist. ludicræ: *Capitolinus, Lampridius, Spartianus, Vopiscus, qui Cæsarum vitas conscripserunt, Historici futiles Dempstero, si scribendi genus spectetur: ceterum necessarii, cum meliores non habeamus, frigidi, confusi, inter claros auctores non numerandi Budæo, vixque digni ut Historici censeantur*. Mottanus Vayerus T. 1. Opp. p. 269. *tout ce gros volume que nous avons d' eux est plustot un cadavre froid & sans esprit qu' un corps Historique animè comme il doit estre. Le jugement de tous les Savans est conforme à celui d' un Auteur qui les nomme dans sa preface* Historiæ dehonestamenta: *& l' on peut dire qv' il n' y a rien à profiter dans leur lecture pour ce qui regarde les regles d' Histoire, qv' à contresens, de meme qv' au son des mauvais jouers de flutes qv' Ismenias faisoit entendre à ses disciples, afin qv' ils evitassent les fautes qv' ils y remarquerent*. Tillemontius T. 3. Memor. Hist. Eccles. pag. 259. *Lampride & les autres, qui ont fait l' Histoire Auguste au commencement du IV. Siecle, ne meritent point du tout le nom d' Historiens*. Vignollius Marvillius sive quisquis sub personato illo nomine latet T. 3. Misc. Histor. & litterar. p. 56. *Il y a un defaut tres-sensible dans l'Histoire Auguste, c' est que la plupart des pieces qui la composent, ont plus l' air de ce qv' on appelle Satire & libelle, que d' une Histoire, qui ne doit pas dire les veritez d' une maniere si vive & si picquante*. * De scriptoribus Historiæ Augustæ universe ita Erasmus in Ciceroniano: *In his vix est quod probes præter historiæ fidem*. Tillemontius T. 4. Hist. Imperator. pag. 105. *Ils s' accordent tous en ce point, qu' ils attachent d' avantage a faire l'Histoire personelle des Empereurs que à raporter les evenemes de leur regne: On prefere Vopisque aux autres comme ayant beaucoup d' erudition, & aussi plus d' exactitude, d' ordre, & de methode, ce qui n' empeche pas qu' on n' y remarque encor bien des fautes. Pour les cinqu autres, & particulierement pour Capitolin on n'y voit ni choix ni jugement pour les choses, & sur tout il n' y a souvent aucun ordre dans ce qu' ils raportent, soit par leur faute, soit par celle de l' aucteur de ce recueil, qui peut bien avoir meslè ensemble les narrations de Capitolin, de Spartien, & de quelches autres. On trouve moins de confusion dans Pollion que dans les quatre autres. Leur style est aussi fort eloignè de la puretè latine &c.* Spartianus *scriptor mendax & spurcus* dicitur Joanni Harduino in nummis urbium illustratis edit. novæ ubi de Judæa pag. 75. Opp. select. Dominicus Colonia in libro eximio Gallice edito, cui titulus: la Religion Chretienne autorisée par le temoignage des anciens auteurs

teurs payens T. i. p. 91 *Quoyque Jule Capitolin soit dans le fonds un assez mauvais historien* &c.

CAPUT VII.

DE CHALCIDIO.

Chalcidii ætas, & conditio, atque utrum fuerit Christianus. 1. *Commentarius in Timæum.* 2. *Ejus quædam fortasse inedita:* 3. *Alius Chalcidius junior.* 4. *Index Scriptorum a Chalcidio laudatorum.* 5.

I. CHALCIDIUS V.C. & gnarissimus veteris Philosophiæ, dubium reliquit lectoribus suis utrum Christo nomen dederit, fueritne (*a*) Hebræus, an Ethnicam probaverit superstitionem. Possis de eo uti verbis, quæ Photius (*b*) de Joanne Laurentio Piladelphensi Lydo scripta reliquit: τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι, σέβεται μὲν τὰ ἑλλήνων καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδὰς τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐκ τοῦ ῥᾳστου συμβαλεῖν; πότερον οὕτω νομίζων θειάζει; ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς. Equidem Fabius Planciades Fulgentius scriptor Christianus Marciano Capella junior, qui allegoriam librorum Virgilii Chalcidio inscripsit, eum non dubitat *Levitarum Sanctissimum* appellare, ac ne diversum à nostro existimes, in inscriptione libelli de prisco Sermone, quem idem Fulgentius Chalcidio dicavit, in editionibus Hadriani Junii & Dionysii Gothofredi dicitur *Grammaticus Timæi Platonis Ecphrastes*, quod mihi quidem videtur esse à recentiores,manu. In aliis enim editionibus ut Josiæ Merceri, Petri Danielis, ac Commeliniana, & in Leidensi Codice, quem inspexit Munkerus, dicitur Chalcidius Grammaticus. In editionibus Baptistæ Pii & Jac. Micylli, nudum Chalcidii nomen occurrit. In editione libelli Fulgentii de prisco sermone, quem cum Isidori Originibus Bonaventura Vulcanius è veteri codice edidit, quali usus etiam Labbeus T. I. Bibl. novæ MSS. p. 668. ipsum Chalcidii nomen desideratur. Nec desunt

(a) Augustinus Justinianus Episcopus Nebiensis in Epistola ad Joannem Metensium Episcopum: *Liquet vero priscorum sapientum varia Chalcidium percalluisse dogmata. Sed ante omnia videre est quam ingenue, quam non affectate, & omni remota passione de singulis loquatur, non magis uni quam alii addictus familiæ, adeo ut subinde in dubium mihi venerit, Hebræus ne fuerit, an Christianus, ita se gerere medium inter utrosque videtur.* Magnum Platonis interpretem Chalcidium vocat Livius Galantes libro XV. Comparationis Theologiæ Christianæ cum Platonica p. 393.

(b) Pag. 211. edit. Hœschelii.

desunt tamen viri docti, qui Carthaginiensis Ecclesiæ diaconum fuisse existimant; in his Paulus Colomesius notis ad Lilii Gyraldi dialogos de Poetis p. 334. Aliis dicitur Archidiaconus (*a*) ejusdem Ecclesiæ, quorum sententiæ meminit Guil. Caveus in Hist. litteraria, sed non audet illi calculum suum adjicere. *Me certe*, inquit vir doctissimus, *ἐπέχειν fateor, neque enim satis constat, Philosophus solum Platonicus fueritne, an etiam Christianus. Viri clarissimi titulus, qui in fronte reperitur, Diacono haud satis convenit. In Epistola ad Osium* (b) *ipsum nunquam Episcopum vocat, quin nec virum fuisse Ecclesiasticum ne dum Christianum vel verbulo innuit. Mosaicam* (c) *de creatione Theologiam non una vice citat,*

(a) Archidiaconum appellat etiam Gerhardus Langbænius in elencho Scriptorum ad Platonicam Philosophiam pertinentium, qui subjicitur editioni Alcinoi Oxoniensi 1667. 8.

(b) Hunc Barthius p. 2257. adversar. vult esse Osium Episcopum Cordubensem celeberrimum, qui interfuit concilio Nicæno Anno Christi 325.

(c) Pag. 223. edit. Meursii: *Hebræorum sententia, Deum mandasse provinciam soli quidem ut diem regeret, luna vero ut noctem tueretur pag. 245. Juxta Moysen Deus vita primigenis interdixit ne edulibus arborum ex quibus notitia beni malive animis eorum obreperet, vescerentur: quia cum & abstinendi & non abstinendi potestas penes eos esset, quid consultum his velit Deus, quid cavendum esset, ostendit, non prohibiturus frustra, si id fieri esset necesse p. 262. Hebrais quoque consilium datum est à Deo, cum pradictione rerum futurarum in istum modum: Si praceptis meis parebitis, bona terrarum omnia penes vos erunt, lac itaque & melliflui fluctus non deerunt. Si contempseritis, pœnarum seriem vox divina prosecuta est p. 305. Hebrai quoque videntur secundum Empedoclem de anima principali opinari cum dicunt: Clamat apud me sanguis fratris tui, & idem alio loco: non edetis carnem cum sanguine, quia omnium animalium sanguis anima est. Qua si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem, quia sit veichulum irrationabilis anima, cujus partes sunt importuni affectus, habet plane rationem, quod dicunt. p. 135. ait ex Secta sanctioris & in comprehensione divina rei prudentioris eminente doctrina animam à Deo homini inspiratam, adde p. 306. 364. 400. ubi & meminit serpentis, qui primitias generis humani malis suasionibus illaqueaverit, p. 351. consentit Platonico de somniis dogmati Hebr. Philos. appellant quippe illi varie ut somnium & iterum visum, tum admonitionem, etiam spectaculum, nihiloque minus relationem. Somnium quidem, quod ex reliquiis commotionum anima diximus oboriri. Visum vero, quod ex divina virtute legatur. Admonitionem, cum angelica bonitatis consiliis regimur: Spectaculum, ut cum vigilantibus offert se videndam cœlestis potestas, clare jubens quid aut prohibens forma & voce mirabili. Relationem, quoties ignorantibus sortem futuram imminentis exitus secreta produntur.* Hæc fere sunt quæ ex Mosaica Philosophia observare potui præter ea quæ p. 372. seq. fuse disserit ex Origene ad prima verba Geneseos, quem locum exhibui & illustravi lib. III. Sacrarum observationum cap. 18. Notandum autem, quod etsi p. 211. *Platonicis dogmatibus inharere se* ait, tamen p. 225. de Dæmonibus ex mente Platonis acturus, *oportet*, inquit, *eorum rationem, etsi non usquequaque veram explicare* p. 225. notat Dæmones ab Hebræis *vocari sanctos angelos*. Et p. 269. *Legiones cœlestium angelicarum potestatum in undecim partes distributa, Deus Rex Imperatorque cœli princeps agminis.* Notum est angeli vocem pro bono dæmone occurrere etiam apud Hieroclem, Aristidem, Porphyrium, Simplicium, Martianum Capellam &c. Sed & p. 263. ita scribit Chalcidius: *cum vir justissimus condemnatus est Aristides, vel cum Propheta à consceleratis unus membratim sectus, alter obrutus saxis, numquid etiam horum causa penes fatum?*

citat p. 373. Salomonem, interpretes Græcos τὺς ό, Aquilam & Symmachum, quin & Origenem p. 372. Philonem p. 374. Semel meminit stellæ Christum recens natum præmonstrantis pag. 219. cujus in historia Evangelica fit mentio, de quibus nihilominus haud satis pro Christiani scriptoris more loquitur. De Moyse p. 312. hæc habet: Hebræi sylvam (ὕλην) generatam esse confitentur, quorum sapientissimus Moyses, non humana facundia, sed divina *ut* (*a*) *ferunt*, inspiratione vegetatus, in eo libro, qui de Genitura Mundi censetur.

De Moyse an ita scriberet homo Christianus? an Diaconus Carthaginensis? Verum nihil (b) *statuo, doctiorum hac de re judicia audire*

(a) Casp. Barthius qui lib. 22. cap. 16. adversar. putat eruditum hunc & elegantem scriptorem eo solo fine Timæum Platonis interpretatum esse, ut fundamenta sapientiæ cælestis ab Ethnicorum libris petita rationi Christianæ conciliaret. lib. 48. cap. 8. ait Chalcidium per totum hunc commentarium Philosophi Platonici personam induisse, itaque Moysis arcanas gentibus literas in testimonium producentem, cum divinitus inspiratum eum diceret, addidisse verba ut *ferunt*, non quod ipse hac de re dubitaret, sed ne proderet personam Socratici Philosophi; atque ut integram Platonicam Philosophiam proponeret atque produceret, quam si ad Christianum dogma voluisset exigere confutasset potius universam, quam produxisset Christianismo conciliandam eique servituram.

(b) Lecto Chalcidii opere iisque quæ à doctissimo Caveo objiciuntur diligenter expensis, potius inclino in eam sententiam, Chalcidium fuisse Christianum. Quod vero Diaconus fuerit, non æque ausim asserere, quia talis forte magis sibi religioni duxisset Christianismum ambiguis verbis occultare. Porro, miror judicium Viri Cl. Petri Danielis Huetii, qui lib. de claris interpretibus p. 249. ait *Chalcidium immani verborum pompa & phaleris, tum temeraria locorum complurium detractione Platonis Timæum corrupisse.* Sane injuriam fieri his verbis scriptori optimo non diffiteor, qui Græca Platonis contuli & in nova editione Timæi Platonici, cui Chalcidium variis locis emendatum notisque illustratum & Ciceronianæ versionis fragmenta addam, id pluribus sum demonstraturus. Idem Huetius Alnetan. quæst. p. 120 aliquam Christianismi suspicionem Chalcidio adhærere ait. Sed pag. 243. sine tergiversatione eum vocat Christianum Philosophum. Chalcidicus subinde dicitur Vanino Atheo exerc. 30. amphitheatri æternæ providentiæ, unde censuram incurrit Vossii lib. 2. c. 45. de idololatria, qui gravioris insuper culpæ reum agit, quod non puduit illum Chalcidii famam *circumforanei blateronis* convicio p. 157. lacerare, qui ut ejusdem Vossii verbis utar, *Insignis non Platonicus modo sed Christianus quoque scriptor fuit & bene antiquus, quippe qui, si non temporibus vixerit Constantini M. opusque illud Osio s. Hosio illi dicavit qui Synodo præfuit Nicænæ, saltim junior non fuerit temporibus Theodosianis.* Quisquis vero fuerit ille Hosius, accuratiorem rerum divinarum notitiam ei attribuere videtur Chalcidius duobus in locis sui commentarii. Nam p. 219. cum stellam quæ Christo nato magis in Oriente affulsit, commemorasset his verbis: *Sanè notanda est alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet de ortu stellæ cujusdam non morbos mortesque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis rerumque mortalium gratiam, quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profecto sapientes viri & consideratione rerum cælestium satis exinii, quæsisse dicuntur recentis Dei ortum, repertaque illa Majestate puerili veneratì esse & vota Deo tanto convenientia nuncupasse,* subjicit ad Hosium suum: *quæ tibi multo melius sunt comperta quam cæteris & p. 229. Nec nos terreat, nomen Dæmonis promiscue bonis & improbis positum, quoniam nec angelorum quidem terret, cum angeli partim dei sint.*

audire malem. *Interim Chalcidius est auctor gravis, prudens, multa profundaque scientia imbutus, omnium fere Philosophorum dogmata accurate tenuit, omnia pro argumenti dignitate, rerumque pondere egregie tractat*. * Verba Chalcidii pag. 372. *ut ferunt* ubi de Moyse illi sermo, non dubitantis esse, sed Hebræorum sententiam exponentis, geminis Flavii Josephi & Agathiæ locis, ubi similiter sacris narrationibus illud ὥς φασι adjungunt, ostendi T. VI. Bibl. Græcæ p. 262. His consimilem S. Basilii φασιν adjunxi postea in notis ad Chalcidium. Hunc enim scriptorem integrum cum Græcis Platonis collatum recensui annotationibusque illustratum restitutis figuris Geometricis, quas Meursius omiserat, & Meursii notis additis edidi ad calcem voluminis secundi Operum S. Hippolyti Episcopi & Martyris, Hamb. 1718. fol. atque ex pluribus locis probavi non videri esse dubitandum, quod Chalcidius scriptor fuerit Christianus.

II. Exstat ejus *interpretatio latina partis prioris Timæi Platonici sive dialogi de statu universæ rei* (usque ad verba pag. 53. edit. Serrani: δι᾽ ὧν ἐνδείκνυσθαι τὰ λεγόμενα ἀνάγκη, συνέψεσθε) & *in eundem* prolixus & eruditus *commentarius* Osio inscriptus. Prodiit primum ex *Augustini Justiniani* Episcopi Nebiensis recensione Paris. apud Jacobum Badium Ascensium A. 1520. fol. insertis passim figuris Mathematicis, & variis quibusdam lectionibus ex alio Codice in margine notatis. Deinde cum fragmentis Ciceronianæ translationis Timæi Platonici, Paris. 1563. 4. & ex *Jo. Meursii* recensione cum ejus notis Lugd. Bat. 1617. 4. Dolendum est in duobus hisce posterioribus editionibus Mathematicas illas figuras omissas fuisse, quas è MSto codice Aug. Justinianus addiderat, quamvis hæ quoque partem ab imperita manu esse videntur. Easdem fere in Codice observavi Gudiano, quales etiam in scripto Codice perantiquo Vindobonensi obvias esse testatur Lambecius lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsarea p. 957. Meursius autem qua erat vir doctrina atque ingenio vix levibrachio Chalcidii curam in se suscepisse, neque alia quam Parisiensi A. 1563. hujus scriptoris editione usus fuisse videtur. Lucas Holstenius in quadam Epistola quam legi manu exaratam affirmat se Chalcidium è MSto antiquissimo emendasse. *Vix crederes*, inquit, *quot in illo auctore mendæ delitescant*. Nonnulla Chalcidii (à pag. 235. ad 290. edit. Meursianæ) exhibuit Hugo Grotius in sententiis

sint ministri, partim adversæ potestatis satellites, ut optime nosti. Christianus fuisse videtur Chalcidius etiam Eugubino lib. VIII. cap. ult. de perenni Philosophia, ubi eum reprehendit quod Angelorum dæmonumque nomina confuderit. Idem tamen à Platonicis junioribus fieri passim videmus.

tentiis Philosophorum de fato. Locum ex eodem commentario affert Jo. Sarisberiensis lib. 4. cap. 9. Metalogici. Primam partem commentarii Chalcidiani de genitura Mundi laudat Tho. Bradvvardinus in causa DEI contra Pelagium p. 160. &c. Timæus Platonis, arx quædam & vertex Philosophiæ judice Claudiano Mamerto lib.2.de statu animæ cap.7.certatim illustratus est à veteribus, ut dixi lib.III.Bibl.Græcæ c.1.n.31. Difficilis autem pluribus est visus, quia, ut ait Chalcidius, in explicandis arduis rerum quęstionibus non alienigenis sed domesticis &consanguineis, hoc est Metaphysicis & Mathematicis utitur rationibus.

III. Franciscus Patricius in nova de Universis Philosophia, ubi de Hermete Trismegisto differit, testatur à Chalcidio referri hæc verba Hermetis, quæ in edito Chalcidii libro non memini me legere: *Hactenus, fili, pulsus à patria vixi peregrinus & exsul; Nunc incolumis patriam repeto. Cumque post paulum à vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videtote ne me quasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamque civitatem regredior, ad quam universi cives mortis conditione venturi sunt. Ibi namque solus DEUS est summus princeps, qui cives suos replebit suavitate mirifica. Quo hæc, quam multi vitam existimant, mors est potius dicenda quam vita.* * Locum Hermetis eundem post Patricium velut ex Chalcidio in Timæum affert etiam Herm. Conringius de Medicina Hermetica pag. 57. Gerhardus Langbænius in Elencho scriptorum Platonicorum: *Exstat MS. in Bibl. Bodlejana tractatus per modum dialogi, charactere Hiberno Saxonico exaratus majoris operis particula (decem circiter chartarum) in quo de statu animæ post obitum Platonico more disceptatur: quem Chalcidii auctoris esse non uno argumento adducor ut credam.* * Apud Nicolaum Cusanum de docta ignorantia lib 1.cap.17. corrigenda interpunctio. *Sicut ipse divinus Plato, (qui, ut refert Chalcidius in Phædone) dixit unum esse omnium rerum exemplar sive ideam, uti in se est, in respectu vero rerum quæ plures sunt, plura videntur exemplaria.* Nam legendum: *Plato qui (ut refert Chalcidius) in Phædone dixit* &c. *In Archivis Bibl. Bodlejanæ extat Chalcidii MS. exemplar pervetus, charactere Hibernico descriptum. Nota huic in prima statim pagina adscripta est, Osii Hispani Episcopi Chalcidium fuisse Archidiaconum.* Christoph. Wase exerc. 3. Animadversionum Nonianarum pag. 40. Ad argumenta duo, quæ Casp. Barthii de Osio sententiæ opponi possunt, respondet Nic. Antonius Bibl. Vet. Hispanæ lib. 2. cap. 1. pag. 105. seq.

IV. Diversus à nostro longeque junior Chalcidius est, de quo Volaterranus libro XXI. Commentar. Urbanorum pag. 223. *Chalcidius*

cidius Græcorum non erat ignarus nec imperitus Grammaticus, attamen infans & absque genio: dictionibusque inprimis invigilabat, lexiconque condiderat, quod obitu ejus superveniente Jovinianus ejus discipulus sibi vindicabat.

V. Casp. Barthii Index Scriptorum à Chalcidio laudatorum.

Ad paginas editionis Meursianæ, quarum numeri marginibus novæ à me curatæ ascripti sunt.

(a) Leg. Alcmæon.

CAPUT VIII.

DE JULIO FIRMICO.

Firmici ætas. 1. *Octo libri Matheseos* . 2. *Editiones & scripta promissa vel deperdita*. 3. *Liber de erroribus profanarum religionum* . 4.

I. JULIUS (*a*) FIRMICUS MATERNUS V.C. (*b*) patria Siculus, ætate jam provectior, Ethnicis tamen adhuc superstitionibus (*c*), ut verisimile est, imbutus, relictis patrociniis forensibus, quæ antea se tractasse testatur in limine libri tertii

(a) Alii Villium Firmicum appellant fide vetusti codicis . Gyraldus 3. de Poetarum historia p. 155. *Julius Firmicus non indiligens Astrologiæ scriptor, Villius potius à nonnullis nominatur, idque ex ejus pervetusto Codice & antiquo saxo ejus nomine inscripto antiquarji quidam adstruere conantur*. Jo. Glandorpius in Onomastico p. 905. ubi plures Villios recenset: *Q. Villius Firmicus pro Julio nuncupatur à quibusdam nobilis ille Astrologus*.

(b) In editionibus quibusdam Vir Consularis, forte quod litteras V.C. pro *Viro clarissimo*, editores exponerent Virum Consularem . Neque vero Consul Firmicus fuit, neque provinciam videtur administrasse, quales itidem eo tempore Consulares appellabantur observante Pancirollo in notitia Imperii Orientis c. 156. Dicti sunt etiam quandoque Consulares nonnulli titulo plane honorario, qui nullum magistratum ejusmodi gessissent, ut docuit Jac. Gothofredus in notitia dignitatum Codicis Theodosiani; quo postremo sensu titulum Viri Consularis, ni plane commentitius sit, hoc loco intelligendum esse existimat Jo. Clericus T. 2. Bibl. selectæ p. 227. quo in loco de Firmico erudite disserit.

(c) Hoc tum ex aliis locis patet, tum ex eo quod lib. 3. c. 2. genituram Mundi ab Æsculapio & Anubio traditam refellit his verbis: *Nec enim mundus certum diem habuit ortus sui, nec aliquid interfuit eo tempore quo mundus divinæ Mentis ac providi Numinis ratione formatus est, nec eousque se intentio potuit humanæ fragilitatis extendere, ut origines Mundi facili posset ratione concipere aut explicare,*

tertii & quarti, anno Christi 336. (a) vel proximo 337. scripsit imperante Constantino (b) Magno, Constantii filio, quem in extremo libri primi celebrat. * *Julius Firmicus* dicitur etiam a Sidonio Apollinari, Epistola ad Pontium Leontium quæ carmini 22. præfixa est. *Nam ita ut sic dixerim bis membris Philosophiæ claret, ut videatur mihi Julium Firmicum, Sammonicum, Julianum Vertacum, Fallonium Saturninum in libris Matheseos peritissimos conditores, absque interprete, ingenio tantum suffragante didicisse.* Ob *linguæ candorem* video laudari ab Hieronymo Cardano, tamen non admodum castigatum Latinitatis auctorem docet Briosius pag. 232. seq. Epist. Neque vero qui de Mathesi loquitur, aut scribit, illico peritissimus in hac arte censeri debet; ipse author, de quo quæstio, sic ingenue ad Lollianum: *Tibi promissa reddimus orantes, ac veniam postulantes, ne in istis libris, pondus & perfectæ gratiam orationis requiras; neve tractatus maximi, aut graves firmæque sententiæ doctrinave & eloquentiæ monumenta tuo judicio requirantur. In nobis tenue est ingenium & sermo subtilis, & quod vere fatendum est, mathesis permodica*; addere potuit, *& permodica Linguæ Græcæ Latinæque cognitio*. Revera enim multis in locis non tam philosophatur & differit, quam ludit & somniat. Αὐθέντης apud Græcos duo significat, & authorem, & homicidam, quod cum non animadverteret, authorem vertit, ubi homicidam dicere oportuerat; ut lib. 4. c. *Faciet authores, audaces, periculosos*, ubi Græce erat, φονέας, αὐθέντας, παραβόλους, παρακεκινδυνευμένους. Et quis amans veræ Latinitatis, cum eo, *horoscopare*, *ferarum mansuetarios*, *cardinaliter*; *quiescentiam* pro quiete; *intimare alicui* pro significare; *partiliter* pro per partes, *concordiale* pro sociale; *caballarius* pro eques; *sermonem subtilem* pro stylo tenui; *computum* pro computatione, & hujus generis alia usurpare velit. *Hæc Briosius.*

II. Exstant *Libri VIII. Matheseos* (c) sive de vi ac potesta-

 tibus

(a) Hoc anno Consules fuere Optatius & Paulinus, quibus Magistratum gerentibus contigit Eclipsis solis, quam novissime accidisse affirmat Firmicus l. 1. cap. 2. conf. Phil. Labbeum T. 1. de scriptoribus Ecclesiasticis p. 660. & in luculento opere Chronologicæ Historiæ, quod tribus voluminibus in fol. distinctum memini me evolvere Lipsiæ in Bibl. Paulina.

(b) Male in editt. Firmici legitur, *Constantinum* natum esse apud *Tarsum*, cum Firmicus scripserit eum natum esse ad *Naisum* Daciæ oppidum, (hodie *Nissa*) ut è MSS. restituere Usserius, c. 8. Antiq. Britannic. & Vales. ad Ammiani XXI. 10. * Constantinum, quo imperante opus suum scribere Firmicus cœpit, natum esse ad *Naisum* legitur etiam diserte in editione prima Veneta A. 1497. fol. quam lectionem probat præter alios Mich. Alfordus S. I. in Britannia illustrata, sive libro de Lucii, Helenæ & Constantini patria & fide, Atvv. 1641. 4. p. 42. seq.

(c) Mathesin pro Astrologia Apotelesmatica & Mathematicos pro Astrologis pas- sim

tibus stellarum ex Ægyptiorum (*a*) & Babyloniorum doctrina ad Mavortium Lollianum (*b*) Asiæ Procos; cujus genituram exhibet lib. 2. c. 32. Primus liber fere Apologeticus est, & in refellendis utcunque iis, quæ contra Astrologiam objici solent, versatur: ex reliquis septem, ac totidem stellarum errantium ordinem numerumque compositis, proximi tres præcepta & sententias Astrologicas complectuntur, primisque ejus disciplinæ institutionibus erudiunt tironem. Reliquis quatuor, quorum argumenta ad calcem libri quarti à Firmico exhibita sunt, partilia apotelesmata sphæraque Barbarica sive Chaldaica & Ægyptiaca explicantur, & quævis genera genituraram exponuntur. Sub initium libri septimi gravissima formula adjurat Lollianum, eamque illi iterum in memoriam revocat sub extremum libri octavi, ne Mysteria hujus artis cuiquam indigno divulget. Hujus generis adjurationem è quarto libro Ἀνθολογιῶν Astrologi Græci inediti Vettii Valentis (*c*) & è septimo produxit Seldenus. Nec dissimili jurejurando initiatos suos obstringere soliti sunt Chemici, ut prolatis eorum ἐξορκισμοῖς docet Olaus Borrichius in Hermetis sapientia vindicata p.47. Vanitati igitur non minus & invidiç hoc tribuerim, quam metui ab edictis Imperatorum, quorum sententia lib. IX. Codicis Justinianei tit. 18. *ars Mathematica damnabilis est & interdicta omnino*. Opus absolvit Firmicus sub juniore Constantio, cum Lollianus (*d*) A. C. 355. jam Consul certe designatus esset. Gessit autem Consulatum duodevigesimo post Constantinum defunctum anno. Confer Tillemontium Tom. 4. Hist. Imperator. ad vitam Constantini nota 3. p. 539. ubi sententiam Cambdeni, qui Firmicum sub Constantio juniore scripsisse contendit, (quod Michaeli Alfordo etiam atque aliis viris doctis probatur) cum altera opinione quæ sub Constantino putat scripsisse, ita conciliat, ut posteriores libros longe post quam primos scriptos fateatur. Certe libri ultimi cap. 15. hæc de Lolliano leguntur: *Nostris temporibus Lollianus severitatis merito etiam ordinarii Consulatus insignia consecutus est*. Verbis Firmici, *ut origines mundi facili posset ratione concipere aut explicare*, addenda etiam hæc: *præsertim cum*

30000.

sim poni ab illa ætate ac deinceps, notissimum est. Vide Tcanulium ad Jamblichum p. 67. & Svicerum in μαθηματικός.

(a) Scientiam quæ fatorum vias ostendere se profitetur ab Ægyptiis primum excultam fuisse notat præter alios Ammianus XXII. ult. & lib. XXIII. 6. apud Chaldæos veridicam vaticinandi fidem eluxisse.

(b) De Mavortio Lolliano, qui consulatum gessit A. C. 355. vide Jac. Gothofredum in Prolopographia Codicis Theodosiani.

(c) Confer si placet quæ dicta sunt lib. 4. Bibl. Græcæ c. 20. §. 9. p. 509.

(d) Vide Petri Relandi fastos Consulares p. 377.

30000. *annorum major apocatastasis per ecpyrosin aut cataclysmum fieri consueverit*. In posterioribus editionibus, quarum computationem in Bibl. hac secutus sum, octo sunt libri, sed qui primus ibi liber appellatur, in prima editione & MSS.Codd. rectius inscribitur Procemium. Secundus ibidem est primus, & ab auctore singillatim *liber institutionis* appellatur pag. 13. *ut iste institutionis liber plena Matheseos substantia muniatur*. & lib. 3. (al. 4.) p. 38. b *lunæ quam plurimas species & formas esse, institutionis libro diximus*. Hinc pro libro tertio est secundus, atque ita deinceps. Rem multis Græcis & omnibus Romanis incognitam tradere se ait lib. 7. (al. 8.) pag. 103. Et tamen exposuerat pleraque illorum etiam latinus Poeta Manilius. Ibid. pag. 107. *Hæc sunt, Mavorti, decus nostrum, Barbaricæ Sphæræ principia, hæc est Chaldæi operis disciplina: nunc assequentes partes sphæræ Barbaricæ omnem tractatum transferam, quæ Myriogenesin ex aliqua parte imitatur: quicquid enim Myriogenesis de singulis minutis pronunciat, hoc nos faciemus de singulis partibus horæ &c.*

Auctores Firmicus latinos se secutum esse fere negat, disciplinam novi operis Romanis hominibus tradere se professus: quod præter Frontonem, qui in apotelesmaticis Hipparchi antiscia (*a*) secutus est & Julium Cæsarem (*b*) Principemque ac decus Romanæ Eloquentiæ M. Tullium, qui Aratum latinis versibus reddiderunt, nullus pæne Latinorum de hac arte scripsisset. Manilius ut supra lib. 1. c. 18. §. 3. dictum est, ad manus Firmici pervenisse haud videtur. Navigio tamen ex latinis usum fuisse se innuit lib. 2. sed pro *Navigio* forte legendum est *Nigidius* (*c*) cujus Sphæræ barbaricæ & Græcanicæ commentarium memorat Servius ad lib. 1. Georgic. & respicere videtur scholiastes Germanici, atque Isidorus Hisp. lib. de natura rerum cap. 38. Hic latinus scriptor celeberrimus Nigidius Ptolemæum, cujus astrologica & astronomica volumina Græce scripta hodieque habemus, ætate antecessit, unde Ptolemæus respectu Nigidii *posterior* ibidem à Firmico dicitur. Cæterum præ se fert Firmicus omnia, quæ Æscu-

(a) Antiscia veteribus vocantur signa, quæ à punctis æquinoctialibus æqualiter distant. Eadem jubentia & obedientia. At Fronto h. l. Hipparch. antiscia secutus, totam cœli rationem in globo Hipparchi propositam consectatus fuisse intelligitur. De antisciis conferri possunt Scaliger ad Manilium p. 145. seq. Jos Baptista Morinus XVI. 15. Astrologiæ Gallicæ, Jo. Vvovveranus lib. de umbra c. 6. & Bulengerus lib. 2. c. 6. de divinatione. * *Babylonii dodecatemoriis sententiam decretoriam tribuunt, Ptolemæus antisciis, nos vero utrisque*, inquit lib. 2. (lib 4.) p. 37.

(b) Vide Firmicum lib. 2. proœm. & lib. 8. c. 5.

(c) De illo Nigidii opere videndi Scaliger ad Manil. p. 333. seq. edit. Argentorat. Salmasius p. 592. seq. de annis climacter. & Ruetgersius Var. Lect. lib. 3. c. 16.

ſculapio Mercurius (*a*) Anubiuſque tradiderunt, quæ Petoſiris (*b*) explicavit & Necepſo (*c*), quæ Abraham, Orpheus & Critodemus ediderunt, ceterique omnes hujus artis antiſcii perlecta pariter atque collecta & contrariis ſententiarum diverſitatibus comparata in his libris à ſe perſcripta eſſe, ut quicquid divini veteres ex Ægyptiis adytis pertuliſſent, ad Tarpejæ arcis templa perferret. Ex iiſdem ſcriptoribus & ſingulatim ex Aeſculapii libro, cui titulus Myriogeneſis ſive Mœrogeneſis, mundi genituram ſole decimum quintum (*d*) gradum leonis tenente orti vulgavit libro 3. quam tamen merito fabuloſis adſcribit commentis. Libro ſexto occurrit genitura ſive thema natalitium Oedipi, Paridis, Therſitæ, Demoſthenis ac Hermodori, Homeri, Platonis, Pindari, Archilochi & Archimedis. Figuræ autem, quæ in vulgatis libris adpoſitæ ſunt, vel nullæ, vel ita imperitè efformatæ, ut nulli uſui eſſe poſſint. De Imperatoris fato quicquam reſpondere prohibet lib. 1. c. ult. non quod ſolum Imperatorem crederet eſſe ἀστέρων κρείττονα & ſupra aſtra, ſed quod vetitum eſſet lege & capitali ſupplicio cautum τοῦτον τι ἂν ὁ νόμος μανθάνειν, unde explicandus locus Libanii T. 2. p. 214. * Laudat præterea *Antiochum, Dorotheumque Sidonium*, quem ait apoteleſmata veriſſimis diſertiſſimiſque verſibus ſcripſiſſe lib. 1. (al. lib. 2.) p. 15. *Abramum* & prudentiſſimum Achillem (eundem ut ſuſpicantur viri docti cujus Iſagoge in Aratum extat) lib. 3. (al. lib. 4.) pag. 46. b. Abramum iterum eadem pag. & 47. & lib. 7. (al. lib. 8.) p. 102. Meminit & *Orphei, Pythagoræ, Porphyrii & Platonicorum* lib. 6. (al. lib. 7.) p. 89. *Anubii* & *Æſculapii* mentio non modo lib. 3. (al. lib. 4.) ſub init. (ubi & plures laudantur *Mercurius, Petoſiris, Necepſo, Abram, Orpheus & Critodemus*,) ſed & lib. 2. (al. 3.) c. 2. *quibus potentiſſimum Mercurii Numen iſtius ſcientiæ ſecreta*, ut ait, *commiſit. Sicut in illo libro continetur Æſculapii, qui Myriogeneſis appellatur.* ibid. Meminit iterum lib. 4. (al. 5.) p. 58. *Nam ſi Myriogeneſin Æſculapii legeris, quam ſibi venerabilem Mercurii ſtellam innaſſe profeſſus eſt; invenies ex ſingulis minutis ſine aliquo ſtellarum addi-*

(a) Ita legendum pro *Enichnuſque* p. 84. edit. Baſil. confer Marsham p. 480. canonis Chronici. Ceterum de hiſce Aſtrologis plura dicendi locus erit fortaſſe in prolegomenis ad Apoteleſmatica Manethonis Sebennitæ. Porro ex Abrahæ libris excerpſiſſe ſe ait Firmicus quæ tradit lib. 5. cap. 5. Abrahæ enim Patriarchæ ſingularem Aſtrologiæ cognitionem, quin imo inventionem ipſam tribuerunt non pauci ſcriptores Judæi & Chriſtiani, ut dixi in Codice pſeudepigrapho Vet. Teſtamenti.

(b) Hujus iterum mentio apud Firmicum p. 212. 216.

(c) Vide iterum p. 212. 216.

(d) Paulus Alexandrinus in extremo ſuæ εἰσαγωγῆς habet gradum undevigeſimum, ut notavi III. 20. 9. Bibl. Græcæ.

additamento omnium geniturarum ordines explicatos. Adde lib. 7. (al. 8.) p. 107. De Imperatoris fato (*a*) quicquam respondere prohibet lib. 1. cap. ult. *Cave ne quando de statu Reipublicæ vel de vita Romani Imperatoris aliquid interroganti respondeas. Non enim oportet nec licet ut de statu Reip. aliquid nefaria curiositate dicamus. Sed & sceleratus atque omni animadversione dignus est, si quis interrogatus de fato dixerit Imperatoris, quia nihil nec dicere poterit nec invenire. Scire enim te convenit, quod & aruspices quotiescunque à privatis interrogati de statu Imperatoris fuerint, & quærenti respondere voluerint, exta semper, quæ ad hoc destinata fuerant, venarum ordines involuta confusione conturbent. Sed nec aliquis Mathematicus verum aliquid de fato Imperatoris definire poterit; solus enim Imperator stellarum non subjacet cursibus, & solus est in cujus fato stellæ decernendi non habent potestatem. Cum enim fuerit totius orbis Imperator & Dominus; fatum ejus Dei summi judicio gubernatur*. Allegatur Firmicus ab Honorio Augustodunensi II. 5. de Philosophia mundi, & ab aliis junioribus.

Firmicum ipsum Astrologiæ & Mathematicarum disciplinarum haud peritum fuisse, sed aliorum scriptorum fidem secutum, atque inde sæpius errasse, Scaligeri & aliorum eruditorum opinio est. Jo: Picus lib. 1. in Astrologiam p. 285. *Quid memorem Maternum, & in rudimentis Arithmeticæ sic hallucinantem, ut scribat quid decernat Mercurius cum in nocturna genitura cæli medium occupaverit, quasi à sole Mercurius plus quadraginta aut circiter partibus abesse unquam possit, aut à cæli medio Sol per noctem plus septuaginta semper non absit. Mitto alia multa, in quibus cum semper multæ loquentiæ, exiguæ semper sapientiæ hominem deprehendes*. Idem tamen Picus libro V. p. 377. *curiosissimum Astrologiæ investigatorem* fuisse non diffitetur.

III. Editum est hoc opus, quod ex Scythia h. e. Turcici Imperatoris Regia CPoli primus in Italiam attulit Pescennius Franciscus Niger, dicavitque Cardinali Hippolyto Estensi, Venet. per Simonem Bivilaquam Papiensem 1497. fol. deinde ibid. apud Aldum 1499. fol. una cum Manilio, Arato, ejusque interpretibus Germanico, Cicerone, & Græcis scholiis Theonis atque Procli sphæra: iterumque 1501. fol. & Nicolao Pracknero recensente Basil. 1533. fol. atque inde sæpius una cum Manilio, Ptolemæi Astrologicis latine translatis &c. E MSto Codice, qui Oxonii in Collegio Lincolniensi exstat, loca quædam emendavit Seldenus lib. 2. de Synedriis c. 13. p. 291. seq edit. Amstelod.

Libro

(a) Erat hoc sub gravi pœna legibus prohibitum: confer Mich. Piccarti Observationes politicas Decad. XII. cap. 7. & Fabrottum ad tit. X. libri XVI. Codicis Theodosiani de paganis p. 37.

Libro IV. cap. 14. pag. 104. Firmicus ait se de Domino geniturae & chronocratore specialiter dixisse in singulari libro ad Murinum:

In extremo capitis I. lib. IV. (al. V.) pag. 58. pollicetur Firmicus se his absolutis, aliis 12. voluminibus Lolliano caetera secreta Astrologica in Aesculapii Myriogenesi obvia intimaturum. Lib. 5. (al. 6.) pag. 67. b. *Haec tibi interim in libris Myriogeneseos parva collegimus, sed hoc explicato opere etiam illa promissa reddimus.* Libri de fine vitae à se scripti meminit lib. 7. cap. 6. In limine libri octavi, *aliud mihi tempus*, inquit, *ad explicandum myriogenesin* (al. *moerogenesin*) *reservavi*. Confer cap. 18. seq. Et libri ejusdem cap. 3. *Hunc locum* (morborum & sanitatis) *divinus ille Necepso, ut remedia valetudini inveniret diligentissime quidem, ut divinum tanti viri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicavit: Hujus ego libri interpretationem, alio tibi tempore, Mavorti decus nostrum, intimare curabo.*

IV. Probis moribus videtur fuisse Firmicus, quo magis Deus ejus misertus jam senem ex Ethnicismi tenebris ereptum divina Evangelii luce collustravit, in qua constitutus post annum Christi 340. eruditum, disertum, ac pium *librum* scripsit (a) *de errore profanarum religionum* ad Constantinum & Constantem Augustos. Primus ex MSto Mindensi vulgavit *Matthias Flaccus* Argentorat. 1562. 8. Saepius deinde editus est, tam seorsim, quam in Patrum Bibliothecis. Cum mythologicis latinis prodiit cura Hieron. Commelini Heidelb. 1599. 8. Utque alias ἐκδόσεις omittam eruditis *Jo. Wovverii* notis illustratus lucem adspexit è Bibliopolio Frobeniano Anno 1603. 8. una cum Minucio Felice; saepe numero ab illo tempore Wovveriana editio repetita fuit etiam accedente cura *Jac. Oiselii* Lugd. Bat. 1652. 4. 1672. 8. & ad calcem Cypriani recensente *Philippo Priorio* Paris. 1666. fol. Quaedam hujus libelli loca castigat & illustrat *Jo. Frid. Gronovius* Monobiblo observationum Ecclesiastic. cap. 9. Ceterum Jo. Wovverio judice p. 286. Epist. non pauca in Firmico sunt, quibus temere ab aliis dissentit, aut antiquorum scripta negligentius se legisse ostendit. * Librum Firmici *de profanarum religionum errore*, Belgice nuper vertit notisque illustravit G. Kempher. A. 1718.

CAPUT

(a) Eundem esse qui librum hunc & qui Astrologicum opus composuit, jam receptior inter eruditos sententia est, etsi Bonifacio XV. 5. Hist. ludicrae & Baronio olim aliter visum ad A. C. 355. qui inscriptionem librorum de Astrologia secutus, hos Firmico cuidam juniori tribuit. cum è contrario probari possit eos scriptos esse ante librum de errore profanarum religionum.

CAPUT IX.

DE AURELIO VICTORE, ET EUTROPIO.

Aurelii Victoris aetas. 1. Liber de Origine gentis Romanae. 2. De Viris illustribus & de Caesaribus libellus, ab Andrea Schotto primum editus. 3. Alter de Caesaribus liber. 4. Victoris editiones. 5. Eutropii aetas. 6. Breviarium ejus Historiae Miscellae admixtum. 7. Sincerae editiones. 8. Paeanii & Capitonis Lycii Metaphrasis Graeca, ibid. Opus aliud ab Eutropio promissum 9.

I. SEXTUS AURELIUS VICTOR, Afer vulgo creditur, certe multus est in Africae laudibus, quam vocat decus terrarum. Sub Constantio floruit, qui eum rure ortum tenuique familia, sed ingenii ad scriptorum laudem commendatissimum Pannoniae (a) Secundae Consularem praefecit & honoravit aenea statua. * De Juliano Imp. non de Constantio Ammianus XXI. 10. tradit, quod Victorem apud Sirmium visum, scriptorem Historicum, exindeque venire praeceptum, Pannoniae secundae Consularem praefecit, & honoravit aenea statua, virum sobrietatis gratia aemulandum, multo post Urbi praefectum. *Indubie is est Victor hic*, inquit Frid. Lindebrogius, *cujus exstat Historia Vitarum Augg. quique tenui atque indocto patre rure ortus, propter egregias virtutes ad amplissimos honores promotus fuit, quos ex veteri hac inscriptione agnoscere licet, quam ipse beneficiorum memor Imp. Theodosio curaverat poni.* - - - ierum Principum clementiam - - nctitudinem munificentiam supergresso D. N. FL. THEODOSIO SEX. AUR. VICTOR V. C. Urbi Praef. Index sacrarum cognitionim D. N. M. Q. E.

II. Ad eum vulgo refertur *libellus de Origine gentis Romanae, à Jano & Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges usque ad Consulatum decimum Constantii digestus ex auctoribus Verrio Flacco Antiate (ut quidem ipse Verrius maluit dicere quam Antia) tum ex Annalibus Pontificum, dein Cneo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Caesare Tuberone, atque ex omni prisca historia, proinde ut quisque neotericorum asseveravit, h. e. Livius & Victor Afer.* Prodiit post primam A. Schotii editionem Plantinianam 1579. 8. adnexus Tomo primo operum Dionysii Halicarnassei ap. Wechel. 1586. fol. & Lipsiae 1591. fol. & cum A. Schotti notis ac Jo. Metelli ad Pighium Epistola praemissus libro

(a) Vide Ammianum Marcellinum lib. 21. c. 18.

libro de Viris illustribus & Cornelio Nepoti Variorum notis illustrato, Francof. 1609. fol. Praeterea adjunctus commentariis Onufrii Panvinii de Rep. Romana 1588. 8. & inter antiquæ historiæ auctores junctim editus à Dionysio Gothofredo Lugd. 1561. 12. Quamvis autem Vossius p. 169. de hist. latinis ex hoc ipso titulo (à recentiore haud dubie manu non ab auctore adiecto) colligit libellum illum collectum fuisse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem, facile tamen intelligitur, si hoc argumentum valeat, idem dicendum de libro, quo viri illustres urbis Romæ & quo Cesares descripti sunt: utrumque enim horum simul titulus ille tangit, cum à Jano & Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges historia Romana deducenda promittitur ad consulatum decimum Constantii. Nam libellus ipse de origine gentis Romanæ in historia conditæ urbis Romæ desinit. Itaque ego quidem titulo tantum tribuere nolim, ut propterea negandum putem libellum ipsum scriptum esse à Victore. Auctor vero quisquis est cap. 1. ait se etiam librum de origine Patavina composuisse, sed qui non extat. Exinde *Asconium Pedianum* auctorem suspicati sunt Ausonius Pompa (a) ut supra in Asconio dixi, & Jo. Metellus, usi etiam hoc argumento, quod de Livio loquens c. ult. *nostræ*, inquit, *memoriæ Historiæ Livianæ*. Et c. 7. *quam opinionem sequi metuit noster Maro*. Et fateor levia esse quæ huic sententiæ opponit Burch. Gothelf. Struvius V. C. in diss. de origine Romana & de ea scriptoribus quæ inserta est T. 3. Obs. Hallensium p. 93. Index Scriptorum in libro de Origine gentis Romanæ allegatorum hic est, adornatus ad paginas editionis præclaræ Pitiscianæ:

Acilius Piso p. 22. 28. secundo Epitomarum 34.
Alexander Ephesius lib. 1. belli Marsici. 16.
Annales Pontificum 2. 16. Annali Pontificum quarto. 33.
Annalium libro sexto. 34.
Aufidius in Epitomis. 35.
C. Julius Cæsar 2. 22. 31. 32. Pontificalium libro primo. 21. Cæsaris libro secundo. 33. 35. 37.
Lucius Cæsar libro primo. 30. videtur scribendum Julius.
Cassius libro primo. 16.
Cato in Origine generis Romani. 25. 31.
L. Cincius libro primo. 34. libro

(a) Popma ad Sallustii Catilinar. p. 306. libellum de origine gentis Romanæ allegans, *eum auctorem*, inquit, *esse Q. Asconium Pedianum adducor ut existimem, primum quia de Virgilio & Livio ut æqualibus & familiaribus suis loquitur, quod ipsum & facit Pedianus in commentariis ad Orationes Ciceronis: deinde dicit se fecisse librum inscriptum de origine Patavina. At Pedianus fuit Patavinus, ut ex Eusebii Chronico constat; postremo stylus optimus auctorum index commentatori magis quam Historico convenit, nec à Pediani stylo abhorret.*

bro secundo. 35.
Domitius. 25. libro primo. 25. 35.
Cneus Egnatius Verratius. 2. libro primo. 42.
Ennius libro primo. 37.
Fabius Pictor. 2. libro primo. 36.
Homerus. 11.
Licinius Macer. 2. 36. libro primo. 42.
Livius. 2. 42.
Lucatius. 16. libro secundo. 24. tertio. 28. 34.
Marcus Octavius. 39. libro primo. 25.
Plautus. 15.
A. Posthumius in volumine de adventu Æneæ. 31.
Sallustius. 11.
Sextus Gellius in Origine gentis Romanæ. 32.
Tubero. 2. libro primo 33.
Valerius Antias. 38. libro primo. 36.
Varro. 2.
Vennonius. 36.
Verrius Flaccus Antias. 2.
Victor Afer. 2.
Virgilius. 3. 4. 17.
Vulcatius. 22.

III. Minus hodie ambigi solet Aurelium Victorem genuinum auctorem esse libri *de viris illustribus urbis Romæ*, quorum primus est Proca (*a*) Rex Albanorum, ultimus Q. Pompejus. Hic libellus sæpius prodiit sub nomine Cornelii Nepotis, Svetonii Tranquilli, vel Plinii (*b*) Secundi junioris. Ab aliquibus Tacitum proditum esse auctorem refert Gyraldus dialogismo XXVI. Fuit etiam qui Asconio Pediano adscriberet Joannes Metellus in litteris ad Steph. Pighium. Sed *Andreas Schottus*, qui suis & Dominici Machanei (*c*) scholiis illustratum præmisit Cornelio Nepoti Francof. 1609. fol. & Clariss. Hankius lib. 1. de Rom. rerum scriptoribus p. 151. seq. eum Sexto Aurelio Victori recte vindicant auctoritate veterum codicum, in quibus libellus ille dicitur pars prior historiæ abbreviatæ Victoris, ita ut altera pars sit

Liber de Cæsaribus ab Imp. Augusto usque ad Constantium Constantini M. filium, cujus editionem primam debemus eidem insigni Viro *Andreæ Schotto*. Antverp. 1579. 8. Idem Schottus librum de viris illustribus illustraverat Duaci 1582.

* Pro-

(a) Georgius Cassander in sua editione quam Plinii nomine inscripsit, tres addidit qui ante Procam fuere: Evandrum, Latinum & Ascanium, alios item novem in extremo libri qui Pompeii ætate floruerunt.

(b) Sub Plinii nomine prodiit cum commentario Philippi Præpositi Poncherii Paris. 1545. 4. & Conradi Lycosthenis. Basil. 1547. 8. 1563. fol. Clariss. Pitiscus memorat etiam editionem hujus libri Mediolanensem A. 1509. Prodiit itidem cum notulis Tan. Fabri ad calcem Eutropii: post Salmuriensem editionem recusus Lond. 103. forma minore.

(c) Fatendum tamen est multa quoque illius fideliter repetere. Passim etiam à Spartiano quæ res quæ verba mutuari notatum à Casaubono est ad Spartiani Hadrianum c. 1.

*Prodiit Victoris (a) liber de Cæsaribus etiam Basil. 1546. fol. cum Svetonio, & aliis Hist. Augustæ scriptoribus. Illum Victoris libellum mitti sibi petit S. Hieronymus Epist. XXI. ad Paulum Concordiensem *propter notitiam persecutorum*. Confer Theodorici Ruinarti Præfat. ad Acta Martyrum pag. VIII. Liber de viris illustribus, sub Svetonii nomine sæpius excusus, & cum scholiis Dominici Machanei, Argentorat. 1517. 4. De illo varia virorum doctorum judicia consule si placet in Thomæ Crenii parte XVIII. animadversionum philologico Historicarum. De editione Victoris quam Samueli Pitisco debemus vide Diarium Belgicum Bœksaal van Europe A. 1696. Tom. 2. p. 426.

IV. Exstat præterea alius liber qui inscribitur: *De vita & moribus Imperatorum Romanorum Epitomæ ex libris Sexti Aurelii Victoris à Cæsare Augusto usque ad excessum Theodosii Imp.* Sed hic juniorem auctorem habet & diversum à superiore libro de Cæsaribus, quem Schottus edidit, atque ab eo interdum dissentit. Sub Victoris nomine allegatur à Paulo Diacono de gestis Longobard. lib. 2. cap. 18. etsi in quibusdam editionibus nomen *Victorini* legitur. Vossius autem pag. 221. de Hist. latin. eum esse suspicatur qui in veteri Inscriptione ap. Gruterum, Theodosii Aug. temporibus præfectus urbi & judex sacrarum cognitionum fuit. Fuit & Aurelius Victor cognomento Primus utroque cujus jam meminimus antiquior, cujus verba laudat Julius Capitolinus in Opilio Macrino. Prodiit Victoris liber de Cæsaribus, ut Pitisco notatum est, Argentorati apud Matthiam Schurerum 1505. 8. tum Venetiis ap. Aldum 1516. 8. ad calcem Svetonii, atque cum aliis Historiæ Scriptoribus ibid. 1519. fol. & apud Frobenium Basil. 1533. 1546. fol. ex recognitione Jo. Baptistæ Egnatii. Præterea apud eundem Frobenium 1530. 8. & Lugduni 1542. apud Gryph. nec minus Parif. 1543. & apud Rob. Stephanum, & 1558. 16. ad calcem Justini. Pictavii quoque ex Eliæ Vineti recensione cum ejus notis 1564. 4. & Lugd. 1585. 16. Henricus quoque Stephanus recensuit tomo secundo Historiæ Romanæ scriptorum A. 1568. 8.

V. Editiones universorum quæ hactenus enumeravi scriptorum Victoris hæ sunt: 1. Antuerpiensis cum commentario *A. Schotti*, 1579. apud Plantin 8. & 1582. 8. 2. Wecheliana in tomo primo Historiæ Romanæ scriptorum ex recensione *Frid. Sylburgii*, Francof. 1588. fol. 3. Hanoviensis cum notis *Jani Grutteri*, in tomo secundo Historiæ Augustæ scriptorum, 1610. fol. His

(a) Alii duo sub idem fere tempus Victores Episcopi, qui interfuere Concilio Carthaginensi A. C. 390. De illis Tillemontius Tom. VI. memor. Hist. Eccles. p. 721. seq.

His accedunt aliæ tres elegantiſſimæ, quarum una Lugduni Batavorum prodiit Anno 1671. 8. cum iconibus in æs inciſis & notis Variorum, Dominici Machanei, Andreæ Schotti, Eliæ Vineti, Jani Gruteri &c. altera Pariſiis cum interpretatione & notis *Annæ Tan. Fabri* filiæ in uſum Delphini prodiit A. 1681. 4. Tertia Trajecti ad Rhenum cum commentariis integris Schotti, Machanei, Gruteri, Fabri, & in Cæſares Vineti, atque Merici Caſauboni, & iconibus virorum illuſtrium ex veteri numiſmatum penu depromptis & ære deſcriptis, indicibusque locupletiſſimis curante V. C. *Samuele Pitiſco*, 1696. 8. Denique ſæpius in hoc libro laudatus mihi *Chriſtianus Juncherus* perquam utili pro tironibus opera Aurelium Victorem notis perſpicue illuſtratum edidit Coburgi 1703. 8.

VI. Marianus Victorinus ad Epiſt. 21. S. Hieronymi ſcripſit in Bibl. Vaticana exſtare MS. *Aurelii Victoris Hiſtoriam perſecutionum Eccleſiæ uſque ad Domitianum*. Sed ejus fidem merito in dubium vocat eruditiſſimus Baluzius in calce notarum ad Lactantium de mortibus preſecutorum T. 2. Miſc. p. 462. Neque ex Hieronymo colligas hujuſmodi opus unquam ſcriptum fuiſſe ab Aurelio] Victore, cujus Hiſtoriam ſibi mitti petit Hieronymus *propter notitiam perſecutorum*, i. e. Cæſarum; ita enim legitur ille locus in antiquiſſimis Codicibus, non *perſecutionum*. Porro minime Chriſtianus fuit Aurelius iſte Victor.

VI. FLAVIUS (*a*) EUTROPIUS Italus, Sophiſta Conſtantini M. (*b*) primum ab Epiſtolis, deinde Juliani Apoſtatæ expedi-

(a) Flavii prænomen Eutropio tribuimus autoritate Caroli Sigonii & Balth. Boniſacii, etſi in editionibus & MSs. quos viri docti verſaſſe ſe teſtantur, & apud veteres qui Eutropii meminerunt, nullum occurrat. Italum vocamus auctore Suida (niſi is hoc verbo innuere duntaxat voluit eum latine ſcripſiſſe.) Sophiſtam vero cum eodem Suida & Codino. Idem eſt Eutropius quem Chronographum Joannes Malalas appellat. In Mss. Codicibus appellatur V. C. quaſi dicas Virum Clariſſimum, vel Virum Conſularem, qui ſane illi titulus deberetur, ſi idem eſſet cum Eutropio Eunucho in quem invehitur Claudianus, Arcadii Imp. cubiculario, qui Conſul fuit A. C. 387. & 399. & denique ad Chriſtianos confugit teſte Proſpero III. promiſſ. 38. Certe diverſus eſt noſter Eutropius à Presbytero ejus nominis, qui Auguſtini diſcipulus fuit ap. Gennad. & à Medico Eutropio cujus apud Marcellum Empiricum mentio in opere de medicamentis: tum ab Eutropio Epiſcopo Valentino de quo Iſidorus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 32. Denique ab Eutropio Santonenſi Epiſcopo, de quo Henſchenius in Actis Sanctorum T. 3. April. 30. p. 733. ſeq. Licet cum Presbytero Eutropio confundunt Ptolemæus Lucenſis, Volaterranus, Geſnerus, Mich. Neander in Apocryphis Græcolatinis p. 410. Bonifacius XV. 5. Hiſt. Indicræ & Jac. Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis T. I. p. 178. Non æque certum eſt an diverſus quoque ſit ab eo ad quem Symmachi Epiſtolæ III. 46. ſeq. & cujus, de literis agens, teſtimonio utitur Priſcianus lib. I. c. 3. Nam plura ſcripſiſſe Eutropium noſtrum Suidas quoque innuit.

(b) Vide Lambec. ad Georgii Codini excerpta de originibus Conſtantinopolitanis p. 147. edit. Pariſ. in fol.

peditioni in Parthos ſive Perſas interfuit, ejus ἡλικιώτης ἐμοῦ καὶ αἱρεσιώτης dictus à Nicephoro Gregora, unde non Chriſtianum qualis viſus eſt Brodæo ad Anthologiam Epigramm. Græcor. pag. 319. aliiſque bene multis, ſed Ethnicum fuiſſe colligit Lambecius lib. 4. de Bibl. Vindob. pag. 56. & Franciſcus Mottanus Vayerus libro de virtute paganorum Tom. 1. pag. 670. edit. in fol. Nam quæ videntur in quibuſdam excuſis Eutropii codicibus eum à gentilitatis nota liberare, (ubi ſcilicet JESUM CHRISTUM Deum & Dominum noſtrum vocat) ea in aliis codicibus deſiderantur omnia. Quare fieri poteſt, inquit Latinus Latinius Bibl. ſacro profana p. 79. ut Pauli Diaconi opera & induſtria illa addita Eutropio fuerint, cujus Pauli Forojulienſis nomen in codice Vaticano prænotari monet idem Latinus p. 81. Ille igitur Eutropius juſſu Valentis Imp. Res Romanas ab urbe condita uſque ad obitum Joviniani & Annum U. C. MCXIX. brevi narratione ſtrictim complexus eſt, additis etiam his quæ in principum vita egregia exſtiterunt. * De Eutropio Auctor Antiquitatum CPolitanarum: Καὶ ὁ συμπαρὼν τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ ἐν Περσίδι Εὐτρόπιος ὁ σοφιστὴς καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου. Vide Bandurii Imperium Orientale pag. 459. Verba Nicephori Gregoræ in Oratione MS. de Conſtantini M. laudibus, in quibus Eutropii mentionem facit, hæc ſunt apud Lambecium Tom. VIII. pag. 65. ἐγὼ δὲ μάρτυρας ἔχων τῶν λεγομένων μακρὰς ἱστορίας ἔκτοσθεν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀρχαίας καὶ πάνυ τοι πλείστας, ἔκ τε τῶν θύραθεν σοφῶν, Ἑλλήνων δηλαδὴ καὶ Αἰγυπτίων, καὶ ὅσοι τῆς πάλαι Ῥώμης ἐγένοντο θρέμματα, μήκους ἕνεκα παρίημι. Μνησθήσομαι δὲ ἑνὸς οὔνομα ΕΥΤΡΟΠΙΟΥ, βραχυλογίᾳ χρωμένου τὰ μάλιστα, οὗ δὴ καὶ πρότερον μετρίως ἐμνήσθην, καὶ τοῦτο ἀπεχθῶς ἔχοντος πρὸς Κωνσταντῖνον διά τε τὸ τῆς θρησκείας ἀκοινώνητον, καὶ πρόσγε διὰ τὸ ἡλικιώτην ὁμοῦ καὶ αἱρεσιώτην Ἰουλιανοῦ γεγενῆσθαι. Et poſt pauca: Ἑλλην δ᾽ ὢν καὶ ἀλλοφύλου θρησκείας τρόφιμος παρέμιξε τοῖς λεγομένοις καὶ λέξεις, αἳ τὸν μὲν νοῦν ὑγιαίνουσιν, τὸ δὲ φαινόμενον ἀπόζουσιν ἑλληνικῆς πικρίας. Idem Eutropii meminerat ſuperius his verbis φησὶν ὁ σοφὸς ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ, ὃς Οὐάλεντι μὲν σύγχρονος γεγονὼς, Ἕλλην δ᾽ ὢν τὴν θρησκείαν, ἔπειτα τὴν ἀρχαίαν Λατινικῇ διαλέκτῳ Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐγχείρισμα γλώττης ποιούμενος. Ammianus XXIX. 1. *Quibus poſt hæc cognita ſequeſtratis Eutropius Aſiam Proconſulari tunc* (*A. C.* 371.) *obtinens poteſtate, ut factionis conſcius arceſſitus in crimen, abſceſſit innocuus.* Ad quæ verba Henr. Valeſius notat de hoc Eutropio mentionem facere Libanium in vita ſua pag. 54. ubi de Feſto loquitur Aſiæ Proconſule: περὶ τὰ μόνος πρὸς μόνον τὸν Βάλεντα εἰπών, ὡς ἐμέ τε ῥᾳδίως ἂν αὐτῷ καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἑλεῖ. De eodem Eutropio loquitur Libanius in libri IV. Epiſtola 191. ad Themiſtium, ubi eum Acacii Sophiſtæ diſcipulum & fratris filium fuiſſe ait, ac non-

nondum quidem Magistratum gessisse, sed brevi esse gesturum. Eundem Eutropium memorat Gregorius Nazianzenus Epist. 137. & magnum Eutropium appellat. In Epistola autem 138. eundem Proconsulem Asiæ fuisse non obscure significat his verbis: Ἐμοί τε πρὸς πᾶσιν οἷς τετίμηκας ἐστὶ τούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι, κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν εἰ μέμνησαι, &c. *Atque ut omnia præteream beneficia, quibus me affecisti, cum tu summum Magistratum teneres, qui adhuc invidiam tibi creabat, reperto me in Asia, si memoria tenes*, &c. Idem postea Præfectus Prætorio fuit anno Dom. 380. & 381. ut ex Codice Theodosiano colligere est. Ac nisi conjectura fallor, is ipse est Eutropius vir Cl. qui Breviarium Historiæ Rom. satis eleganti sermone scripsit ad Valentem Aug. *Hæc Valesius vir doctissimus.*

Diversus ab hoc Eutropius Eunuchus, qui Consul fuit A. 387. & 399. & denique ad pœnam quæsitus sub altari Christianorum delituit, cui ipse antea jus voluerat asyli abrogare: Confer S. Chrysostomi homiliam Tom. IV. edit. Ducæi pag. 482. quæ incipit: ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν. Alius quoque Eutropius presbyter, cujus Epistolas duas ad duas sorores ancillas Christi memorant Gennadius de Script. Ecclef. cap. 49: & Honorius Augustod. II. 49. Hunc cum nostro perperam confundunt etiam Trithemius, Possevinus, Andreas Hyperius de ratione studii Theolog. lib. 4. pag. 570. & Goldastus ad Eginhardum de vita Caroli Magni pag. 157. Alius quoque Eutropius protospatharius & Quæstor temporibus Zenonis & Anastasii, de quo Codinus n. 122. de Origg. CPol. Alius item Eutropius Christianus, ad quem Eustathius Antiochenus scripsit librum adversus Origenem de Engastrimytho, vocans eum pag. 351. κράτιστον ἀνδρῶν & in limine libri διαπρεπέστατον τῆς ὀρθοδοξίας κήρυκα. Eutropius Episcopus Andrinopolitanus, Arianorum adversarius. Eutropius Christianus, Præfectus Prætorii Galliarum & Platonice studiosus Philosophiæ, ad quem scribit Sidonius lib. 3. Epist. 6. & de quo Tillemontius Tom. XVI. memor. Hist. Eccles. pag. 209. seq. qui pag. 248. etiam de Eutropio Episcopo Arausionensi, ad quem Sidonius lib. 6. Epist. 6. Alius denique Eutropius Abbas, cujus ad Petrum Papam de octo vitiis principalibus scriptum latine legitur in Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677. T. 27. p. 480. Libro X. cap. 8. hæc sunt Eutropii verba *Nimius religionis Christianæ insectator* (Julianus) *perinde tamen ut cruore abstineret*. Simile exstat Ammiani de Juliano judicium, ex quo tamen vel hunc vel Eutropium CHRISTI sacris addictum fuisse haud firmiter colligas. Nonnulla ad verbum Hieronymus in Chron. ex Eutropio,

vel Eutropius ex Hieronymo (*a*) nam uterque sub Valente scripsit. Prius tamen veri similius crediderim.

VII. Exstat hoc Eutropii breviarium (*b*) Romanæ Historiæ in X. libros distinctum dicatumque Valenti Augusto. Sed in antiquioribus editionibus Rom. 1471. Venet. 1480. fol. Cracoviæ Mich. Coccinio curante 1510. 4. Paris. 1513. per Nicolaum Maillardum &c. additamentis *Pauli Winfridi* Longobardi, qui Caroli M. ætate Diaconus Aquilejensis fuit, mire interpolatum legitur. Etiam in *historia Miscella* libri undecim priores hos ipsos Eutropii libros à Paulo interpolatos exhibent, proximi vero quatuor auctorem agnoscunt eundem Paulum Diaconum, sextus porro decimus usque ad vigesimum quartum additi sunt à *Landulpho Sagace*, historiamque perducunt ad annum usque Christi 806. uti recte in edit. Pithœi legitur (perperam in Gruteriana excusum est 706.) in quibus tota fere Anastasii Bibliothecarii Rom. historia Ecclesiastica ex Georgio, Theophane, aliisque Græcis Scriptoribus collecta continentur. Vide præter P. Pithœi præfat. Vossium de Hist. latinis p. 292. Labbeum de scriptoribus Ecclesiasticis, Seldenum ad Eutychii Origenes Alexandrinas p. 153. &c. Neque in Landulpho tantum, sed & in iis quæ Paulo tribuuntur, Anastasii verba observare licet. Prodiit Historia Miscella ex recensione Petri Pithœi Basil. 1569. 8. & Henrici Canisii cura Ingolstad. 1603. 8. Jani denique (*c*) Gruteri opera inter scriptores latinos Historiæ Augustæ minores Hanov. 1611. fol. Merito autem mireris Dan. Guilelmum Mollerum in diss. Circulari, quam de Paulo Diacono vulgavit Altdorfii 1686. sectione 13. audacter scribere *non confundendam esse Historiam Miscellam cum octo libris qui in nonnullis editionibus Eutropii post librum X. solent subjungi, præterquam enim quod ceu ad oculum contendenti ea invicem patebit diversissima styli rerumque facies est, profecto dubitari etiam à viris eruditioribus solet an iidem illi genuinus Pauli nostri sint fœtus*. Sane certum est octo istos libros, qui in temporibus Leonis Isauri Iconomachi desinunt, & Eutropio subjecti prodiere Basil. 1532. fol. edente Sigismundo Gelenio, & Genevæ in collectionibus Scriptorum latinorum Historiæ Romanæ quas infra lib. IV. recensemus, & inter scriptores Histo-

(a) ita Pontacus p. 367. ad Eusebii Chron.

(a) Svidas in Καπίτων vocat Ἐπιτομὴν Εὐτροπίου Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον. *Epitomen qua Eutropius latino idiomate abbreviavit Livium Scriptorem Romanum*. Perperam Volaterranus hæc verba sic accepit, ac si Capito Lucius Epitomen Livii concinnasset. Laudatur Eutropius etiam à Sarisberiensi VIII. 21. Policrat.

(b) In illis quæ ex Palatino Codice primus edidit Gruterus (ut libro XVI.) multa sunt suspectæ fidei, quæ scriptoris imperitiam arguunt, notante Paschasio Quesnello ad Leonem M. diss. 1. p. 320.

Historiæ antiquæ à Dionyſ. Gothofredo collectos, & ſeorſim Lugduni curante Paulo Merula A. 1594. 8. certum inquam eſt hos haudquaquam differre à libris Pauli Diaconi, qui in Hiſtoria Miſcella poſt Eutropium ſequuntur, etſi valde interpolati ibi occurrant, auctore ut eſt credibile eodem qui reliquos libros addidit, Landulpho. * Eutropii breviarium dicatum eſt Valenti Auguſto, qui rerum potitus eſt ab A.C. 364. ad 378. Prodiit etiam Mediolani 1475. fol. ad calcem Hiſt. Auguſtæ: nec non ſtudio Nicolai Maillardi Rothomagenſis Pariſ. 1513. & ex recenſione Sigismundi Gelenii Baſil. 1532. Codicem MS. Eutropii ante quingentos exaratum annos memorat Lambecius T. VIII. p. 68. Appendicem Eutropii à Flaccio vulgatam laudat Goldaſtus ad Eginhartum, & p. 170. Hiſtoriam Miſcellam ait Paulo Diacono, ab aliis Anaſtaſio Bibliothecario adſcribi. Libri quatuor à Paulo Diacono additi deſinunt in Juſtini Thracis Imp. obitu A. C. 527. In aliis editionibus, ut in illa quæ exſtat in ſcriptoribus Hiſt. Romanæ ex muſeo Nic. Blancardi, Lugd. Bat. 1648. 12. Paulo Diacono tribuuntur libri octo, quorum ultimus deſinit in Anno CHriſti 730. Cæterum totam illam Hiſtoriam miſcellam mendis adhuc inquinatiſſimam eſſe notat Holſtenius ad Stephanum Byz. p. 79. Hiſtoria Miſcella ex Henr. Caniſii editione lucem vidit Ingolſtadii 1605. in 8. (non in 4.) Exſtat & Dan. Guil. Molleri de Eutropio diſſertatio, vulgata Altdorfii 1685. Leo Allatius pag. 112. ad Euſtathii Hexaemeron: *Hæſitat Chriſtophorus Rufinianus in Comment. Hiſtor. num vera ſint quæ de exteris rebus admixta ſunt Eutropio. Nam is ſolas Romanas, ut doctiſſimi ſcriptores teſtantur, contexuit.* Allegat libri primi locum, quo apud Albanos Procas eodem tempore quo apud Judæos Aza regnaſſe traditur.

VIII. Ceterum primus Eutropium ſincerum dare & à Pauli interpolationibus ſeparare conatus eſt *Jo. Baptiſta Egnatius* Venet. apud Aldum 1524. 8. cujus editio ſæpius repetita una cum aliis Hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus. Poſt Egnatium *Antonius Schonhovius* Canonicus Brugenſis è MSto Gandavenſi Baſil. 1546. 1552. 8. De qua editione ſic Georgius Caſſander:

Hactenus Eutropii titulum, nomenque: ſed ipſum
Nunc demum, lector, conſpicis Eutropium.

ac Henr. Glareanus Friburgi Briſgoiæ 1554. & Baſil. 1559. 8. Prodiit Eutropii breviarium ſeparatim ad meliora exemplaria correctum & in minores ſectiones diſtinctum, addita ad oram libri chronologia, Helmſt. 1621. 8. edente Chriſtophoro Heidmanno, & quarta jam vice ibidem 1653. 8.

Ab eo tempore optime de Eutropio reſtituendo promeritus

Elias Vinetus, qui ex MSto Burdegalensi emendavit notisque illustravit Pictavii 1553. Basil. 1559. 8. Paris. 1560. 12. Schonhovium ac Vinetum secutus *Paulus Merula* Lugd. 1594. 8. adjectis præter Henrici Glareani & Eliæ Vineti notas octo libris additamentorum Pauli Diaconi. *Fridericus* vero *Sylburgius* non tantum T. I. Rom. Historiæ scriptorum an. 1588. fol. Eutropii breviarium castigavit ex MSto Fuldensi, sed & an. 1590. Tomo tertio ex Bibl. Francisci Pithœi vulgavit usque hac ἀνέκδοτον illius Græcam *Paanii* (*a*) Metaphrasin, quam A. 1678. in præstantissima sua Eutropii editione cum notis & Variis Lect. accurate in lucem emissa repetiit Vir Cl. Christophorus Cellarius, Cizæ 1678. in 8. & Jenæ 1697. 8. in qua editione auctiores Cellarii notæ occurrunt. * Pæanii versio Græca historiæ Eutropianæ MS. in Codice Bavarico CC. XIII. Illa usus est Nicephorus Gregoras ladatus à Lambecio VIII. p. 66. qui nomen integrum putat esse Capito Pæanius. Sed fallitur, duæ enim diversæ fuerunt Græcæ Eutropii versiones; altera à Capitone Lycio, de quo vide Reinesium Epist. 2. ad Hofmannum pag. 9. altera à Pæanio, sive ut malit Lambecius, Pæania, putat enim nomen illius esse non Παιάνιος sed Παιανίας. In Libanii tamen Epistolis etiam nonagesima secunda earum quas Rev. noster Jo. Christophorus Wolfius edidit, Παιάνιος appellatur. Pæanii versiones Zonaras haud raro utitur, ut notatum Cangio notis ad Zonaram pag. 27. Altera Græca Capitonis interpretatione usum Jo. Antiochenum Malalam & Svidam notat etiam Ludolphus Neocorus ad Svidam in Ἀσρηλιανός.

Præterea Eutropium in usum Delphini elegantissime ilustravit (*b*) *Anna Taneguidi Fabri* filia, usa interdum etiam doctissimi parentis sui quas laudat non pœnitendis observationibus Paris. 1683. 4. Oxon. 1696. 8. Exstat præterea Eutropius & Aurelius Victor cum brevibus notulis Tan. Fabri ipsius, Salmurii primum an. 1667. 8. editus, atque inde Londini recusus 1705. forma mino-

re.

(a) Mentio hujus *Paanii* in fragmentis antiquis de mensuris ac ponderibus ap. Stephanum Lemonium Var. Sacr. p. 502. Quis vero fuerit vel quando vixerit incertum est, etsi Sylburgius & Huetius suspicantur Eutropio non multum fuisse juniorem. Iidem diligentiam interdum & fidem in Pæanii Metaphrasi desiderant: vide Sylburgium in præfat. & notis passim. Huetium de claris interpretibus p. 216. Porro in Extremo libri ultimi mutila est Pæanii translatio, ut alias minores lacunas prætercam. Fuit olim & alia quædam Græca Eutropii Metaphrasis auctore *Capitone Lycio*, (* non vero *Capitolinum*, ut in Andr. Corthymii Florileg. Histor. p. 118. calami vel librarii lapsu legas.) Imp. Justiniani temporibus antiquior; qua usus Stephanus ἐθνικογράφος, qui Eutropium laudat in Καρχηδών, Jo. Antiochenus & Svidas. Vide Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 115. 118. Fallitur igitur Jo. Rualdus, qui utramque inter se confundit animadversione 2. in Plutarchum pag. 71.

(b) * De hac editione vide Acta Erud. 1684. p. 166.

re. Denique Eutropium variis lect. & brevibus notis illustratum una cum Pæanii Metaphrasi, Messala Corvino, Julio Obsequente & Anonymi Græci oratione funebri in Constantium Constantini M. filium edidit V. C. Tho. Hearne, Oxonii è Theatro Sheldoniano 1703. 8. Novissime Eutropium, utilissimum adolescentibus scriptorem cum notis Germanicis tironum captui accommodatis præmissa de Eutropio dissertatione vulgavit Gabriel Schumannus Halæ Sax. 1715. 12. *Gallice* Eutropius prodiit Paris. 1601. 12. Anglice vero Lond. 1564. 8. De versione Hispanica Amati Lusitani vide Bartoloccii Bibl. Rabbinicam Tom. I. pag. 369. Nova versione Gallica, notis Criticis & Chronologicis illustrata hunc scriptorem donavit Lezæus (Mr. l' Abbè Lezanu) Paris. 1717. 12. Vide Ephemerides literarias Parisienses illius Anni, mense Augusto pag. 230. Nonnulla in illa interpretatione reprehendi videbis ubi lubebit in Novellis Reip. literariæ A. 1718. pag. 250. seq. *Hispanice* prodiit Antu. 1561. 8. interprete Jo. Martino Corderio. Vertit & in eandem linguam Amatus Lusitanus.

IX. In extremo libri decimi aliud opus Historicum promittit Eutropius. *Quia autem ad inclytos Principes venerandosque* (Valentinianum & Valentem) *perventum est, interim operi modum dabimus. Nam reliqua stylo majore dicenda sunt, quæ nunc non tam prætermittimus, quam ad majorem scribendi diligentiam reservamus*. Sed huic ejus instituto fata intercessisse videntur.

CAPUT X.

DE AUSONIO.

Ausonii ætas & religio. 1. *Scripta.* 2. *Editiones* 3.

I. DECIMUS MAGNUS AUSONIUS (*a*) Burdegalensis, Grammaticus & Rhetor doctissimus, Poeta vero suavis atque ingeniosus, CHRISTI (*b*) etiam sacris addictus, etsi ejus rei

F 4

(a) Ausonii hujus Pater Julius Ausonius, Vasatensis, Medicus Valentini senioris. Ejus libros de medicina memorat Marcellus Empiricus. Fertur & illius dictum, *beatum esse non qui habet quæ cupit, sed qui non cupit quæ non habet.* Adde Joseph. Scaligerum in Ausonii vita, & Vossium libro de Philosophia p. 103. Quam bonus vir fuerit Ausonius ille pater, docet filius Epicedio in eum scripto, quo inter alia testatur nonagenarium obiisse. Genealogiam integram vide parentalibus subjectam p. 143. edit. Jac. Tollii. Alius fuit Ausonius Sophista, de quo Svidas.

(b) Olaus Borrichius Vir. Clariss. in libro de Poetis p. 73. & doctissimus Caveus parte 2. Hist. litterariæ scriptor. Eccles. p. 100. Christophorus item Hendreich in pan-

rei rara (certe tamen) in scriptis suis reliquit vestigia. Ab Imp. Gratiano, quem non minus ac Valentinianum fratrem in litteris instituerat, promotus ad quæsturam, præfecturam prætorii & A. C. 379. ad Consulatum obiit imperante Honorio post A. C. 392. * De Ausonio consulenda vita Fl. Mallii Theodori scripta ab Alberto Paulo Rubenio, quam vulgavit Grævius Ultraj. 1699. 12. Vicarium Africæ fuisse notat Josephus Scaliger lib. 2. lect. Ausonianar. cap. 17. ubi & alia. Consulatum suum incidere in Annum Urbis conditæ 1118. qui ex supputatione Ausonii Epocham Varronianam tredecim annis intervertentis (a) respondet Anno CHristi 379. testatur ipse Epigrammate 3. pag. 93. edit. Tollianæ

Mille annos centumque & bis fluxisse novenos
Consulis Ausonii nomen adusque leges.

Et

in pandectis Brandenburgicis T. 1. p. 360. non dubitant Ausonium religione Ethnicum pronunciare: quin vir insignis doctrinæ Ludovicus Antonius Muratorius T. 1. anecdoton Bibl. Ambrosianæ p. 114. ait neminem dubitare, quod à religione Christiana alienus Ausonius fuerit. Addidit Borrichius, etiam propterea à Pontio Paulino amico identidem objurgatum. Et. p. 74. *Paulinus discipulus Ausonii quem colebat ut præceptorem sed ut aversum à Christiana religione subinde increpabat*. At enim dubio procul fallitur vir doctus una cum Vossio, qui p. 55. Poet latin de Ausonio: *Poeta*, inquit, *fuit gentilis, quemadmodum ex Paullino liquet*. Videtur etiam pro Ethnico habere Bailletus in Judiciis de Poetis, tum Philippus Brietius syntagmate de Poetis latinis, quæ sententia non minus à veritate est repulsa, quam quod Gaddio persuasum propemodum à Trithemio esse video, Poetam hunc eundem Episcopum quoque extitisse Burdegalensem T. 1. de scriptoribus non Ecclesiast. p. 57. Christianum vero fuisse Ausonium, ut ad alia argumenta ex ipsius scriptis recurrere non sit necesse, idem Paullinus luculenter testatur ad eum scribens in hæc verba,

Inque tuo tantus nobis consensus amore est,
Quantus & in Christo connexa mente colendo.

Rectius itaque Gyraldus dialogo 10. de Poetis: *Christianus quidem Ausonius fuit, ut ex ejus versibus & item Paullini ejus discipuli facile colligimus, sed petulantior tamen & lascivior* (respicit Gyraldus tum Epigrammata quædam lasciva & flammis judice Cæsare Scaligero expianda, tum obscœnum centonem nuptialem Valentiniano Imp. rogante, qui nuptias simili lusu descripserat, ab Ausonio compositum) *quam ut inter Christianos numerari dignus*. Josephus quoque Scaliger Ausonium *serio Christianum fuisse* scribit lib. 2. c. 32. Auson. lect. Adde his Theophilum Raynaudum in Hoplotheca contra ictum calumniæ T. 12. p. 420. & Bælii dictionarium edit. 2. Objurgavit vero Ausonium Paullinus non ut aversum à Christiana religione, sed quod ille religiosum Paullini secessum palam improbaret. Fortassis male quoque ferebat Paullinus in Ausonii carminibus legere se quædam [illegible] scripta quale est illud cap. 1. in Professoribus Burdegalensibus:

Et nunc, sive aliquid post fata extrema superstit,
Vivis adhuc, avi quod periit meminens.
Sive nihil superest, nec habent longa otia sensus,
Tu tibi vixisti, nos tua fama juvat.

(a) Vide Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 302. & Petri Relandi Fastos Consulares pag. 464.

Et Epigrammate 2.

Annis undecies centum conjunge quaternos,
Undecies unumque, (a) super trieterida necte
Hæc erit æternæ series ab origine Romæ.

Fastos digessit Ausonius usque ad A. U. C. 1122. CHristi 382. Hinc epigrammate 4.

Hactenus adscripsi fastos: si sors volet, ultra
Adjiciam. Si non, qui legis adjicies.
Scire cupis qui sim? titulum qui quartus ab imo est
Quære, leges nomen Consulis Ausonii.

Sed jam pridem isti Ausoniani fasti interciderunt. Vir illustris Ez. Spanhemius Tom. 2. de usu numism. pag. 414. ait à sanioribus Criticis Ausonium religione gentilem credi, non Christianum. Verius tamen est CHristi sacris addictum fuisse, ut argumentis non inficiandis constat, licet carmen Paschale & versus rophalicos alterius scriptoris esse ponamus. Nolim tamen assentiri Trithemio Ausonium Episcopum Burdegalensem Concilio Treverensi (A. C. 386.) interfuisse affirmanti cap. 114. de scriptoribus Ecclesiasticis. Alius fuit Ausonius Martyr, Sec. VIII. Episcopus Engolismensis in Aquitania, de quo Acta Sanctor. Tom. V. Maji 22. pag. 131. seq.

II. Exstat *Liber Epigrammatum*, quibus præmittitur Theodosii (*b*) Epistola, qua Ausonium parentem vocat, eumque rogat ut scripta sua audacter ad se perferat, non minus patrocinii & amoris reperturus quàm docti Poetæ & scriptores quondam apud Augustum. Hanc Epistolam sequitur triplex præfatio versu scripta, una ad Theodosium Imp. altera ad Syagrium, tertia ad Latinum Pacatum Drepanium, quem filium i. e. discipulum appellat. 2. *Ephemeris* (*c*) sive *totius diei negotium*, vario carminis genere. 3. *Parentalia* quibus carorum suorum, ut ipse loquitur, obitus commemorat. 4. *Commemoratio Professorum Burdegalensium*. 5. *Epitaphia Heroum qui bello Trojano interfuerunt*, adjecta à Guil. Cantero & aliis peplo Græcorum Epigrammatum in eosdem heroas, auctore Aristotele, sed ut Jo. Tzetzes ad Hesiodum monet, non Stagirita. Addidit Ausonius alia *quædam Epitaphia* ut Niobes, Didonis, Diogenis Cynici &c. 6. *De XII. Cæsaribus per Suetonium Tranquillum scriptis Monosticha* dicata Hespo-

(a) Undecies unum i. e. undecim, quibus quatuor cum trieteride additi conficiunt duodevigintí.

(b) Hæc epistola præter causam suspecta videtur Marlangelo Accursio, Caspari Barthio XII. 12. & LVIII. 3. Adversar. absurde auctorem suspicato Ascensium.

(c) Hanc qui legerit, Christianum fuisse auctorem minime dubitabit. Vide edit. Tollii p. 96. 98. seq.

Hesperio filio, & *de iisdem Cæsaribus à Julio Cæsare usque ad Heliogabalum* (a) *tetrasticha*. Hæc sæpius ad calcem Svetonii vulgata sunt. * *Tetrasticha* Ausonii *de Cæsaribus* occurrunt etiam P. I. elogiorum Jo. Papirii Massoni pag. 147. seq. 7. *Claræ urbes* sive *Ordo nobilium urbium* seorsim prodiit cum Hippolyti à Collibus de urbium incrementis. Etiam Pictav. 1565. una cum commentario Eliæ Vineti, 8. *Ludus sive sententiæ Septem Sapientum* ad Latinium Drepanium Pacatum ProCos. 9. *Idyllia XX.* quorum primum est *Carmen Paschale* Proco (*b*) dictum, quod incipit:

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi. Neque confundi debet cum hypobolimæa, Ausoniique nomine falso edita *oratione paschali versibus* (*c*) *Rophalicis*, qui incipiunt p. 326.

Spes Deus æternæ Stationis conciliator.

Idyllii septimi in Bissulam major pars & lascivior periit. Decimum sive Mosella elegantissimum est, & commentariis Marqv. Freheri illustratum separatim prodiit Heidelbergæ 1619. fol. Vide etiam Clariss. Viri Conradi Sam. Schurtzfleischii diss. Historico politicas p. 520. seq. Tertium decimum est *cento Virgilianus Nuptialis* & *fescenninus* cujus iterum memini infra libro IV. p. 690. *Cupido Cruci affixus* ibidem mihi dictus Idyllii sexti locum occupat. * Cum variorum notis recusus est Hagæ Comitis Anno 1712. 8. (*d*) ad calcem Pervigilii Veneris, de quo dictum est supra. Carmine Germanico reddidit Martinus Opitius libro silvarum quinto. Hujus idyllii sexti de Cupidine crucifixo locum insignem v. 16. seq. *Fulmineos Semele* &c. illustrant Viri Clariss. Oudinus S. I. & Ravionus de Varennes, Journal des Savans 1718. pag. 197. 205. Memoires de Trevoux 1717. p. 1181.1189. *Gryphum ternarium*, sive Idyllion undecimum illustravit Scaliger Epist. 199. Claudius item Minos Divionensis, & Franciscus Sylvius Ambianas A. 1516. ac Franciscus Sanctius Brocensis una cum Ovidio in Ibin, Salmanticæ 1596. 8. At Idyllium decimum quintum de ambiguitate vitæ seorsim excusum cum commenta-

rio

(a) Scripserat in cæteros quoque Imperatores usque ad Theodosium, sed reliqua tetrasticha perierunt.

(b) Forte *à Proconsule* dictum, uti Idyllium VIII. est precatio Ausoni Consulis.

(c) Versus Rophalici dicuntur quod clavæ more voces gradatim surgunt & augentur numero syllabarum, sive per singula vocabula singulis syllabis increscunt, ut Homeri ille Iliad libro tertio vers. 182. de quo Gellius XIV. 6. Calix ῥοπαλωτὸς apud Dionem in Commodo, *in clavæ figuram formatus*. * Pro *Rophalicis* versibus alii legunt *Euriphallicos*. Vide Bernhardi Monetæ notas ad Menagiana Tom. 4. pag. 180. Rophalici versus exemplum ex Homero hoc affert Eustathius in Iliad. γ. 182. edit. Basil. ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.

(d) Journal des Savans 1713. pag. 193.

rio Henr. Vagetii Hamb. 1637. 8. Idem cum distichis Catonis, aliisque prodiit 1500. 4. Idem. Idyllium Græca metaphrasi donavit *Federicus Jamotius* pag. 57. poematum. Elegiam ejusdem argumenti scriptoris recentioris edidit Barthius XLV. 16. Adverf. * Ad *Idyllion de Viro bono*, five Πυθαγορικὴν ἀκρόασιν dissertatio Magni Danielis Omeisii lucem vidit Altdorfii 1706. 4. in qua & plura de Ausonio. 10. *Eclogarium variorum poematiorum & Epigrammatum*, quorum pars ut in aliis quoque Ausonii carminibus expressa è græcis, quæ in Scaligeri editione & aliis quibusdam adjuncta leguntur. * Epigramma Græcum *Posidippi* sive *Cratetis* Cynici, quod expressit Ausonius & amplificavit, una cum contrario *Metrodori* legitur in Anthologia Epigrammatum Græcorum lib. 1. pag. 27. seq. In MS. Codice Antonii Eparchi qui hodie servatur in Bibl. Regis Christianissimi, prius illud exstat sub *Heracliti* nomine, alterum *Democrito* tribuitur. Vide Bandurium ad antiquitates CPolitanas pag. 882. *Apophthegmata Græciæ Sapientum* cum Scholiis Erasmi, distichiis Catonis & aliis quibusdam, Francofurti ad Oderam 8. *Carmen Paschale* cum notis *Speltini*, in collectione poematum Speltini, Erfurti 1501. 4. 11. *Liber Epistolarum XXV.* uti omnia hactenus enarrata, vario carminis genere. Idylliis & Epistolis nonnullis subinde Epistola prosa scripta præmittitur. 12. *Oratio Panegyrica ad Gratianum Imp.* qua illi pro Consulatu gratias agit, sæpe numero edita cum XII. Panegyricis, uti dictum est supra. 13. *Periocha in Homeri Iliadem & Odysseam*. 14. In editione Vineti leguntur etiam *tetrasticha in singulos menses*, quæ Scaliger in sua omisit, at in Catalectis Veterum Poetarum edidit sine auctoris nomine, quod & in sua veterum Epigrammatum latinorum editione fecit P. Pithœus. In vetustissimo Calendario Romano, quod è Codice M. S. Bibliothecæ Cæsareæ vulgavit Petrus Lambecius ad calcem libri quarti commentariorum, & Grævius inseruit tomo octavo thesauri Antiquitatum Romanarum, tetrasticha ista quæ Grævius Ausonio haud indigna judicat, imaginibus mensium singula sunt subjecta, illasque pulchre referunt. Confer Eustathium de Ismenis & Ismeniæ amoribus libro quarto, ubi duodecim mensium imagines prisco more depictas describit.

III. Ausonium Gesnerus primum editum narrat ab Aldo, sed Laurentius Pignorius Epist. 16. auctor est Ausonium nos debere Matthæo Bosso, Angelo Politiano ac Thaddæo Ugoleto: & in Beughemii incunabulis typographiæ memorari video ἔκδοσιν Mediolanensem anni 1490. * quam editionem Ausonii A. 1490. principem vocat Rosvveidus ad Paulini carmen IV. pag. 836. deinde

inde Venetam A. 1496. fol. cum præfat. Georgii Merulæ. Exſtat etiam Auſonius excuſus Mediolani A. 1497. cum Terentiano Mauro. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia Tom. 17. pag. 303. Poſſideo editionem cum Thaddæi Ugoleti Parmenſis præfatione vulgatam Venetiis 1501. 4. paſſimque notatam manu viri ſummi Andreæ Alciati. Epigrammata quædam acceſſerunt primum Auſonio ex Bibliotheca Georgii Merulæ Alexandrini. Exſtat quoque editio Pariſienſis à Milh. Humelbergio emendata, ap. Jodocum Badium Aſcenſium A. 1517. 4. Eodem anno Aldus Auſonium vulgavit 8. Omitto editiones Baſileenſem Valentini Curionis Anno 1523. Lugdunenſes ap. Gryphium 1540. 8. & 1549. Pariſienſem à Vineto caſtigatam, curante Vineti amico Jacobo Goupylo A. 1551. Lugdunenſem Lud. Miræi 1557. 8. Antvverpienſem Theodori Pulmanni, minore forma A. 1567. Præ reliquis vero laudanda luculenta Auſonii editio, cura viri docti *Eliæ Vineti* vulgata, Burdegalæ A. 1575. 4. una cum commentariis ejuſdem A. 1580 eadem forma excuſis, & poſt ejus (*a*) obitum An. 1590. 4. Huic Vineto antequam commentarii ejus in lucem emitterentur, *Joſephus Scaliger* ſuos Auſonianarum lectionum libros II. inſcripſit A. 1573. in quorum poſtremi capite ultimo, Poetæ vitam ſuccincte narratam tradidit. Iidem deinde frequenter editi ſunt cum Auſonio non tantum Lugd. 1575. ſed & ap. Commelinum 1588. 8. & eodem anno, minore forma Genevæ, alibique ab eo tempore ſæpius, additis ſelectis Vineti notis & excerptis ex opere Adverſariorum Adr. Turnebi & ſcriptis Philologicis Adr. Junii, Guil. Canteri & Juſti Lipſii. Ante Vinetum & Scaligerum diatribas in Auſon. Ovidium & Solinum vulgaverat *Mariangelus Accurſius* Rom. 1524. fol. qui plagii poſtulatus quod labores Fabricii Varani Epiſcopi Camerini ſibi tribuiſſet, crimen illud à ſe removit hoc concepto jurejurando: *Quod Dii homineſque fas fideſque audiat, ſacramenti religione & ſi quid eſt jurejurando ſanctius affirmo, idque rite pariter ac ſine dolo malo dici, ceteriſque accipi*

(a) Obiit Vinetus A. 1587. Ejus ſecundæ editionis commentarii meminit Joſ. Scaliger p. 403. Epiſt. gryphum ternarii Auſoniani expoſiturus ad Nic. Michaelium: *Scis quam non vulgaris eruditio ſit in poematis Auſonii. In quibus Gryphus ternarii melioribus avi noſtri Grammaticis crucem fixit, quamquam conatus omnium eluſit recondita & velo ænigmatum ſummota doctrina: Nam Sylvius Ambianus nihil niſi triviali moneta percuſſit. Bonus Vinetus non ſolum ſibi ſed & eruditioribus, etiam in iis quæ plana ſunt diffidit. Et quamvis in commentario ſecundo quod nuper poſt ejus mortem recoctum eſt, multa de noſtris lectionibus Auſonianis in ſuas diatribas transſcripſerit, nihil tamen quo doctioribus Auſonius familiarior fieret expromſit.* Confer etiam ſi placet Tho. Crenii part. 4. animadverſ. p. 11. ſeq. ubi & alia quædam ad notitiam editionum Auſonii facientia.

*accipi volo, me nec ullius unquam scripta perlegisse ac ne conspexisse quidem, unde vel tantillum lucubrationes nostras redimiri juvarique datum fuerit. Quin imo laborasse quoad ejus fieri licuerit, ut si quippiam alterius, post observationem quoque meam editam occurrerit, è nostris protinus aboleverimus. Quod si pejerem, tum Pontifex perjurio, malus autem genus diatribis contingat, usque adeo ut si qua bona aut saltem mediocria in ipsis fuerint, imperitorum turba pessima, bonis leviusculæ tricisque viliora censeantur: famæ si qua manent munera, vento evolent, proque vulgi levitate ferantur.** Ausonius cum Josephi Scaligeri lectionibus Ausonianis Genev. 1608. 12. *Conradus Ritterbusius* pag. 113. ad Guntheri Ligurinum memorat exercitationes suas ad Ausonium, in quibus plura loca Nazarii & aliorum Panegyricorum emendaverit. Sed nec illæ, nec *Casparis Barthii* animadversiones ad Ausonium, aut *Henrici Ernstii* notæ atque variæ lectiones unquam viderunt lucem quod sciam; licet exstant Rittershusii ad Panegyricos observationes quædam, ut supra lib. 2. c. 22. dicere me memini.

Denique elegantissime hunc scriptorem Lugduni Bat. 1671. 8. in lucem emisit *Jacobus Tollius* cum notis integris Scaligeri, & cujus in Mosellam Ausonianam commentarius Heidelb. 1619. fol. prodierat, Marquardi Freheri, selectisque animadversionibus Accursii, (quanquam integras titulus sed falso promittit) Vineti, Barthii, Acidalii, J. F. Gronovii & Jo. Georgii Grævii. Constat Mosellam Ausonii cum selectis Tibulli Propertiique elegiis illustratam quoque à Paulo Duizio, Mussiponti 1615. 8.

CAPUT XI.

DE RUFO FESTO AVIENO.

Avieni ætas, patria, & non videri fuisse Christianum. 1. Livius jambis ab eo redditus, qui intercidit. 2. Metaphrasis Arati, & Dionysii Periegetæ. 4. Oræ maritimæ descriptio. ibid. Fabulæ & alia. 5.

I. RUFUS FESTUS AVIENUS, patria fortassis Hispanus, ni conjecturæ ex Hispaniæ & Hispanorum laudibus & Punicis Himilconis annalibus ab Avieno citatis petitæ fallunt. Vide Nic. Antonium lib. 2. Bibliothecæ veteris Hispanæ c. 9. ubi Christianum quoque fuisse contendit Avienum argumentis admodum levibus ductus. Meo quidem judicio non erraverit qui Ita-

Italum Patria, & à Christiana religione dixerit alienum, præcipue si de nostro accipiendum monumentum, quod Romæ in villa Cæsarini exscriptum dedit Sponius de aris ignotorum Deorum p. 41. & in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis p. 99.

R. Festus V. C. de se ad Deam Nortiam.

Festus Musoni soboles prolesque Avieni,
Unde tui latices traxerunt Cæsia nomen
Nortia te veneror lare cretus Vulsiniensi,
Romam habitans gemino Proconsulis auctus honore,
Carmina multa serens vitam insons integer ævum,
Conjugio lætus Placidæ numeroque frequenti
Natorum exultans vivax, & spiritus illis,
Cætera composita fatorum lege trahuntur.

Sancto Patri Filius Placidus.

Ibis in optatas sedes, nam Jupiter æthram
Plaudis Feste tibi, candidus ut venias.
Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,
Et toto tibi jam plauditur ecce polo.

* Aliam inscriptionem græcam in Rufum Festum Græciæ Proconsulem vide apud Gruterum f. CCCCLXIV. 7. & Fabrettum p. 742. Hispaniam Avieni patriam esse disputat Laur. Ramiresius ad Luitprandum n. 204. sq.

Diversi ab hoc quatuor vel quinque Avieni, qui consulatum Romæ gesserunt, & Avienus ad quem exstant Ennodii Ticinensis Epistolæ, & alter ad quem exstat Epistola Joannis II. Papæ. Noster vero quem admodum juvenem in Saturnalibus inducit Macrobius in Saturnalibus, memorantque S. Hieronymus in Epist. ad Titum, ac Servius ad Georgic. p. 97. (ne dicam de pseudo Luitprando Ramiresii p. 422. 492.) Theodosii junioris, Marciani & Leonis Thracis temporibus (non vero Diocletiani, ut Petro Crinito visum) clarus varia latino carmine composuit, quibus ingenii & doctrinæ laudem consecutus est non vulgarem.

II. Totum Livium jambis scripsisse refert Servius in X. Æneid. p. 615. edit. P. Danielis.

III. Sed illis deperditis exstat hodie postremo forte loco ab auctore elaborata, sed scriptorum ejus postrema *Metaphrasis Arati* versibus Hexametris, quæ seorsim primum prodiit Venetiis 1488. 4. * apud Antonium de Strata Cremonensem, una cum Orbis terræ descriptione, & Germanici ac Ciceronis Arateis & Sereni libro de Medicina: deinde cum Arato & aliis illius Metaphrasibus ibid. apud Aldum. 1499. fol. & Paris. 1559.

4. apud

4. apud Guil. Morellum cum ejus castigatt. & ex officina Sanct. Andreana 1589. 8. Denique hæc metaphrasis ab Hugone Grotio Syntagmati Arateorum inserta & notis illustrata est Lugd. Bat. 1600. 4. In eandem non pauca Arato intacta Avienum inseruisse idem Grotius observat, petita è Metaphrasi Germanici & Græcis Arati scholiastis, quos p. 103. diligenter ab Avieno consultos haud ambigit., ac vicissim monet Avieni lacinias quasdam Germanico etiam esse insertas. Arati optimum non solum paraphrastem sed etiam interpretem agere Avienum non diffitetur Josephus Scaliger ad Manilium p. 51.

IV. *Metaphrasis Periegeseos Dionysii Alexandrini* eodem Hexametri carminis genere, quæ cum *fragmento* insigni *descriptionis oræ* (a) *maritimæ* à Gadibus ad Massiliam usque jambis elegantibus ab eodem Avieno post Periegesin compositæ & Probo (b) cuidam cognato suo, quem liberum instar diligere se ait, inscriptæ prodiit Venetiis A. 1488. 4. per Victorem Pisanum (c): & longe emendatior inter vetera poemata curante *P. Pithæo* viro clarissimo Paris. 1590. 8. & 1599. 12. à quo tempore Madriti recusa sunt opuscula Avieni, quæ exstant omnia, typis luculentis, sed vix usquam quam Pithœus ediderat castigatiora, A. 1634. 4. edente ex Ramiresii Bibliotheca Petro Melian, in conventu Juridico Guatemalensi Regio ut vocant Auditore. Quod vero in Bœcleri libello de scriptoribus Græcis & latinis legitur Avieni Metaphrasim Dionysianam in Scaligeri thesauro temporum editam reperiri, memoriæ velli brarii hallucinatio est. Nam etsi Josepho Scaligero viro summo constitutum erat Avienum recensere, & junctim una cum suis commentariis edere, id tamen neque in thesauro temporum, neque alibi usquam præstitit, non magis quam Caspar Barthius, qui lib. XLIX. c.13. Adversar. novam Avieni promisit editionem, quamvis & hic quoque in iisdem Adversariis, aliquot capita præter illud quod jam innuimus, ejus Metaphrasi Dionysianæ impendit, nempe XXVIII. 16. & XLVI. 16. quemadmodum descriptionem oræ maritimæ illustrat XXVIII. 12. & 14. ubi etiam observat Lud. Nonium

(a) Dolendum est Pricæi notas in Avieni descriptionem oræ maritimæ lucem non adspexisse, quas memorat ad Apuleii Metamorph. pag. 95. Vehementer autem fallitur Baleus, qui oram maritimam fabularumque libellum non Avieno, sed Rufino cuidam Poetæ Britanno tribuit, castigatus ab Usserio c.16. de origine Ecclesiar. Britannic. & Nicolao Antonio loco laudato. * Plura *oræ maritimæ* loca emendat Martinus Opitius Libro variarum lectionum CVII. & XI. edito Dantisci A. 1637. 4.

(b) Hic videtur esse Sextus Petronius Probus, de quo consule si placet Reinesium Epist. ad Hofmannum pag. 582. 584. 638. & in Inscriptionum syntagmate.

(c) Laudat hanc editionem Daumius de causis amissarum radicum p. 129. & ad Paulinum Petrocorium p. 348.

nium in Hispania sua (*a*) optime de pluribus locis hujus Poematis esse meritum. Avienum ipsum scriptorem luculentissimum vocat, Poëtam vero tam excellenti spiritu, ut nonnumquam se ipsum vix videatur capere, quod mihi ridiculum videtur. (*b*)

IV. *Fabulæ Æsopi XLII.* latinis elegis ab Avieno conscriptæ & (*c*) Theodosio dicatæ, sæpius minore forma lucem adspexerunt una cum fabulis Græcis Aesopi, aliisque Mythologis, & inter vetera poemata *P. Pithœi*, & inter fabulas variorum auctorum recensitas & illustratas ab *Isaaco Nicolao Neveleto* Heidelb. 1610. Francof. 1660. 8. Præterea à *Thedoro Pulmmanno* castigatæ è tribus Codd. MSS. Antvverp. 1585. 12. additis Variis Lect. Prodierunt etiam Genevæ in corpore Poetarum latinorum, & Madriti una cum reliquis Avieni poematis. Arnhemii itidem A. 1649. 8. & cum Homeri Batrachomyomachia selectisque Aesopi fabulis Græco-latinis Lugd. Bat. 1632. 8. Recensuerat quoque ad MS. & prelo paraverat Joannes Cabeliavius, cujus librum vidi inter codices Gudianos. * Avieni fabulæ cum commento A. 1494. 4. sine loci notatione, & eodem anno Daventriæ in quarto sub titulo: *Æsopus moralisatus cum bono commento*. Aesopi & Avieni fabulæ opera Hadriani Barlandi, Lips. 1514. 4. Disticha epimythia quæ singulis Avieni fabulis subjunguntur, omnia supposititia esse καὶ κακῶ κόμματος, & in Codice Galei nulla comparere notat Richardus Bentleius ad Horatium p. 433. Auctor glossarum ad Institut. lib. 3. tit. 26. allegat *fabulam Aniani* (Avieni) *de societate leonina*. At nulla hodie legitur fabula hujusmodi, neque in editis, neque in tribus Codd. MSS. quos consuluit Rigaltius, ut ipse monet ad Phædrum p. 409. editionis Burmannianæ.

V. Feruntur præterea sub Avieni nomine *breve carmen ad Flavium Murmelium V. C.* quo malogranata mitti sibi rogat, fellito oris sapore affectus. Fallit Crinitus, qui lib. V. de Poetis c. 80. hoc carmine oram maritimam nuncupari Murmelio affirmat. *Sirenum allegoria*, Avieno haud indignum poemation, *Juliano* cuidam ab aliis adscribitur. Vide lib. 4. Vett. Epigramm. p. 127.

Ada-

(a) Prodiit Nonii liber Antvverp. 1607. 8.

(b) Hic Auctor supplementum lacunæ Scholiorum Eustathii ad versum Dionysii Periegeseos 889. & sequentes inseruerat. Nos illud ad calcem voluminis rejecimus.

(c) Theodosius hic non Imperator, sed Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius, qui Avienum loquentem inducit in libris Saturnaliorum. Confer Colomesii Κειμήλια litteraria c. 38. Porro falli puto eos qui fabulas illas nescio cui Aviano, vel alii scriptori præter Avienum nostrum tribuunt. Abidui enim, & Anieni, vel Aniani, & Aviani, & Abieni nomina librariorum hallucinationes esse videntur. *Flavium Avianum* in priscis schedis vocari ait Barthius lib. 39. Adversar. c. 7. & 13. Vide & 50. 7. Flavium Avianum vocat etiam Vossius Barthium secutus lib. 1. Instit. Orator. cap. 15. themate 5.

Adamicos, de agro suo, inter Martialis Epigrammata libro IV. quondam editum, sed à P. Scriverio aliisque auctori suo restitutum. Vide Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam T. 1. p. 161. Occurrunt hæc poematia in editione Arati Avieni Veneta An. 1488. & Madritensi omnium Avieni scriptorum A. 1634. ut P. Pithœi Epigrammata vetera omittam.

VI. Livium totum jambis scripserat Avienus, quæ Metaphrasis intercidit. Meminit Servius ad X. Aeneid. 388. *Rhœti de gente vetusta Anchemolum. Hæc fabula in latinis nusquam invenitur auctoribus. Avienus tamen qui totum Livium jambis scripsit, hanc commemorat* (in illa nempe Metaphrasi Livii, obiter) *dicens Græcam esse*. Male ex hoc Servii loco viri docti quidam affirmarunt Virgilianas fabulas composuisse Avienum.

VII. Ni ætas obstaret, ad eundem Avienum cum Vossio de Hist. lat. conferre non dubitarem *Breviarium de Victoriis ac provinciis populi Romani ad* (a) *Valentinianum II. Augustum*, prosa scriptum, & jam sub *Sexti Rufi*, jam sub *Rufi Festi* nomine vulgatum. At enim qui sub Valentiniani I. Imperio senem se ævoque graviorem profitetur, idem sub Theodosio cum Macrobius sua scriberet Saturnalia, juvenis esse non potuit. Itaque malo assentiri Nic. Antonio., qui lib. 2. Bibl. Vet. Hispanæ c.6. p. 161. Sextum Rufum breviarii auctorem à Sexto Rufo Avieno distinguendum duxit. Editiones hujus libelli, tum in Dan. Gvil. Molleri diss. de Sexto Rufo Altdorf. 1688. §. 22. tum apud Clariss. Hankium, videri possunt, quibus addes Mediolanensem ad calcem Justini, & Flori an. 1510. fol. apud Leonardum Vegium. Pithœanam in operibus *P. Pithœi* à Josia Mercero collectis pag. 309. seqq. & Cizensen *Christophori Cellarii*, qui post Pithœum, Jo. Cuspinianum, & Frid. Sylburgium insignem huic breviario operam navavit notasque addidit anno 1679. 8. *& alteram Christophori Cellarii cum notis uberioribus Halæ 1698. 8. cui editioni accessit *Libellus vetustus locorum Urbis, & Provinciarum*, quem Antonius Schonofius edidit scriptum circa A. C. 390. Florus Camertis, Sextus Rufus, Corvinus de Augusti progenie, Vviticbindus Saxo, Eginhardus, Luitprandus, &alii Basil. 1532. fol. In capita primus Sextum Rufum distinxit *Janus Gruterus*, qui inter alios Historiæ Romanæ scriptores edidit Hanov. 1611. fol. Etiam cum eruditis *Henrici Meibomii* notis, lucem vidit se-

(a) Auctor illud Valentiniano obtulit extremis temporibus ejus imperii post victoriam à Gothis partam. Vide Salmas. Epist. p. 21. Ex hoc Rufi Festi breviario ad verbum quædam mutuatus est Ammianus Marcellinus, ut in extremo libri XXII. observavit vir summus Henr. Valesius, * Jornandes quoque Rufo usus est, ut Rufus Eutropio, & Floro.

paratim Helmst. 1588. 8. Florus, Sextus Rufus, & Eutropius Germanice prodierunt Basil. 1536. fol. & Gallice J. Constantino interprete Genev. 1580. 8. Sextum Rufum breviarium hoc suum Valenti A. C. 370. obtulisse existimat Jac. Gothofredus ad legem *quisquis* p. 16. Confer Jo. Georgii Walchii præfat. ad Christoph. Cellarii Epistolas capite 3. & 8.

VIII. Extat etiam sub Sexti Rufi nomine opusculum *de regionibus urbis Romæ* cum *P. Victoris* libello ejusdem argumenti editum ab Onufrio, ut dixi infra libro IV. Etiam novissime in Cl. Grævii thesauro Antiquitatum Rom. Tomo (*a*) III. in quo opere Tomo IV. etiam occurrit Famiani Nardini Roma antiqua ex Italico sermone translata in latinum, qui liber justorum instar commentariorum est in illa P. Victoris, & Sexti Rufi opuscula.

CAPUT XII.

DE AMMIANO MARCELLINO, VEGETIO, ET MACROBIO.

Ammiani Marcellini ætas, & Historiarum libri. 1. *Editiones.* 2. *Excerpta Anonymi veteris Ammiano subjecta.* 3. *Index Scriptorum ab Ammiano memoratorum.* 4. *Vegetii ætas, & libri de re militari.* 5. *Editiones.* 6. *Vegetii libri de mulomedicina.* 7. *Scripta deperdita Vegetii.* 8. *Ætas Macrobii.* 9. *Commentar. in Somnium Scipionis.* 10. *Libri Saturnaliorum.* 11. *Editiones.* 12. *Liber de differentia verbi Græci, & Latini. ibid. Nonnulla sub Macrobii nomine (fortassis) inedita.* 13. ** Syllabus Auctorum à Macrobio laudatorum.* 14.

I. AMMIANUS MARCELLINUS (*b*) homo græcus, & militaris, sed doctus, sub Constantio & proximis Impera-

(a) Non Tomo V. ut legas in observationibus Hallensibus T. 4. p. 13.

(b) Antiochenum patria fuisse, H. Valesius observat è Libanii ad Marcellinum Epistola. Ipse quidem expeditioni Juliani Imp. in Parthos interfuisse se innuit 24. 1. Si Gesnero credimus, hic idem est Marcellinus, à quo vitam Thucydidis Græce scriptam habemus. Sed illum Marcellinum recte eundem putant viri docti cum Marcellino Rhetore, cujus commentarii ad Hermogenem extant. Vide Vossium p. 253. de Hist. Græcis. Nostrum vero à Rhetore illo diversum fuisse mihi persuadeo, virum militarem, & rebus gerendis vitæque pragmaticæ quam Rhetorum umbræ, & lenociniis adductiorem. Alius quoque Marcellinus, & junior de quo Svidas è Damascio, ut prætercam Marcellinum notarium qui gesta collationis Carthaginiensis calamo excepit, è quibus abbreviata sunt quæ

peratoribus usque ad Theodosium vixit: scriptor curiosus, nec absurdo judicio, veritatis autem (*a*) studiosissimus composuit Romæ inconcinna licet dictione (*b*) Historiarum sive *rerum gestarum* (*c*) à Nervæ principatu ad excessum usque Imp. Valentis libros XXXI. (*d*) Horum primis tredecim deperditis soli ætatem tulerunt postremi duodeviginti, qui incipiunt à facinoribus Cæsaris Galli propinquitate Regiæ stirpis (Constantii enim patruelis fuit) elati & adspirantis ad imperium. * Ammianus Marcellinus in Assyria se versatum testatur XVIII. 6. p. 370. expeditioni Juliani Imperatoris in Parthos interfuisse se innuit XXIV. 1. XXV. 2. &c. Idem libro XIV. cap. 9. (ad A. C. 353.) *à Nisibi quam tuebatur accitus Ursicinus, cui nos obsecuturos junxerat*

quæ hodie habemus. Possid. in vita Augustini, c. 13. & Baluz. T. 1. Concil. pag. 117. Alios quosdam Marcellinos refert Jo. Glandorpius p. 575. Onomast. Rom. Undecim Marcellinos observat Dan. Guill. Mollerus diss. de Ammiano Marcellino § 8. Altdorf. 1685. De Tullio Marcellino Seneca Ep. 77. Ammianus Poeta apud Cœlium Rhodiginum L. XVII. 11. Ejus hoc est Epigramma:

θᾶττον ἔην λευκὰς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον Ῥήτορα Καππαδόκην.

De Marcellino Narbonensi Advocato Ausonius carmine 23. & Sidonius L. I. Ep. 13. Ammianum nostrum diligentem Thucydidis imitatorem probat H. Valesius ad lib. 21. c. ult. Passim quædam sumsisse à Solino, observavit Salmasius: pertinacissimum Gellii imitatorem vocat Pricæus p. 487. ad Milesias Apuleii. Quæ vero sacra cum secutum opinemur? Equidem CHRISTO nomen haud dedisse, vix dubium esse videtur legenti. Pro Christiano tamen habuere viri doctissimi P. Pithœus, & Claudius Chiffletius. Confer P. Bælii Lexicon in Marcellino nota B. At si Christianus fuisset, qui sub Christianis scribebat Imperatoribus, in Historia non ita dissimulasset suam religionem, ut Ethnicismo favere etiam videretur. Homo Ethnicus autem Christianorum Principum auctoritate permotus facilius potuit à se impetrare, ut ab iniquiore de Christianis judicio abstineret.

(a) Gabriele Naudæo Viro doctissimo, & ante eum Lud. Vivi visus est Ammianus interdum quædam nimis exaggerare, & addere veritati complura, fidemque habere narrationibus parum verisimilibus: *on reconnoit par toute la suite de son Histoire qu' il estoit fort sujet & adonné à croire, & amplifier de telles narrations, sur lesquelles je croy que Vives s'est en partie reglé quand il à croire prononcé un tel jugement de son Histoire: Ammiani quod superest opus nec Oratoris omnino nec Historici.* Naudæus in Apologia pro Doctis Magiæ falso accusatis p. 207. Locus Ludovici Vivis occurrit libro quinto operis aurei de tradendis disciplinis. Vide & Barthium lib. 45. c. 2. Adversar.

(b) Salmasius præf. de Hellenistica p. 39. *Quis compositione magis est inconditus, & lutulentus quam Ammianus Marcellinus? quis phrases unquam usurpavit duriores, inconcinniores, ac rusticiores? ut homo Græcus, & militaris qui voces tantum latinas teneret, quomodo collocandæ essent nesciret, prorsus loquitur. Is tamen Tacito quo nihil est concinnius, nec compositum magis, longe lucidior, Sallustius etiam eo obscurior.*

(c) Priscianus lib. IX. p. 870. *Marcellinus rerum gestarum quarto decimo: tanquam licentia crudelitati indulta.* Occurrit locus lib. XIV. p. 4. edit. Paris. A. 1681. fol.

(d) Claudius Chifletus non contemnendis rationibus evincere conatur libros XXXII. ab Ammiano scriptos fuisse, & præter primos tredecim (quos in Bibliotheca Poli Cardinalis obvios incerta fama exstitit) etiam penultimum librum desiderari.

rat Imperiale praeceptum*; & Libro ac capite ultimo: *Hac ut miles quondam & Graecus* (a) *à principatu Caesaris Nerone exorsus ad usque Valentis interitum pro virium explicavi mensura. Opus veritatem professum nunquam (ut arbitror) sciens silentio ausus corrumpere, vel mendacio. Scribant reliqua potiores, aetate doctrinisque florentes. XXII. 9. io actibus Commodi Principis digessimus. XXII. 13. in actibus Magnentii meminimus. XXII. 15. quorum notitiam in actibus Hadriani, & Severi digessimus late. XXXIII. 5. Gordiani actus à pueritia prima exercituumque felicissimos ductus & insidiosum interitum digessimus tempore competenti. XXV. 8. in Trajani, & Severi actibus* &c. Libanius in vita sua pag. 65. Marcellinum Epirotam vocat. Liceat etiam Libanii hoc loco Epistolam afferre ad Ammianum, nescio an eundem, necdum quod sciam vulgatam typis.

Ἀμμιανῷ.

Τὸ μὲν ὠφελεῖν τοὺς παρ' ἡμῶν ὡς σὲ ἰόντας καὶ Χρηστοῦ καὶ φίλου. τὸ δὲ χαίροντας ἀποπέμπειν, καὶ ἄμφω ὑπερβαίνει. Δεῖ δέ σε κατ' ἄμφω χαίρειν, καὶ βοηθήσαντα καὶ μή, ἵνα νῦν μὲν μὴ τὸ μεῖζον διδοὺς φθονῇς τοῦ δευτέρου· νῦν δ' ἀντὶ τοῦ μείζονος παραμυθεῖται τὸ δεύτερον. Ἀλλ' Ἡρακλείδης ἐπιτοῦ καὶ τυγχανέτω προνοίας, καὶ κομιζέτω γράμματα. Δίκαιος δὲ εἶ συλλαβεῖν ἀνδρὶ φίλῳ Καβειρίῳ. Καβείριος δὲ οἷς ἐκινδύνευσεν οἶσθα. Εἰ δὲ καὶ μισθὸν τελεῖσθαι δεῖ, πολλὰ ἄν σοι διηγήσαιτο περὶ τοῦ Νείλου. Καὶ τί ἂν μεῖζον Ἀμμιανὸς ζητοίη;

Ammiano.

Boni viri & amici facis officium, quod eos, qui à nobis ad te veniunt, juvas. Utrumque supergreditur etiam, quod remittis ad nos gaudentes. Utroque autem casu scribere te decet, sive juveris, sive non juveris: ut vel majus largitus nec id quod minus est invideas, vel ut majoris loco alterum nos soletur. At Heraclides iste utinam cura sublevetur tua, & litteras à te nobis afferat. Id vero non putabis à te alienum, amico Cabirii succurrere. Nec te fugit quibus eidem rebus Cabirius adfuerit: Quod si & mercedem retribui ab illo oportet, tibi multa illa referet de Nilo, quo quid demum majus Ammianus desideret?

Marcellinum Rhetorem Graecum, qui in Hermogenem scripsit, ab Ammiano Marcellino, licet & ipso Graeco, diversum esse non dubito. Rhetori etiam illi libenter tribuerim vitam Thucydidis: quanquam vir doctus in observationibus ad Thucydidem, quae leguntur in Ephemeridibus literariis Hagensibus (Journal literaire) Tom. IV. p. 429. seq. contendit, quae sub titulo

(a) De Graecis qui Latine scripserunt diatribam promisit Allatius de Georgiis p. 350. quam dolendum est lucem haud vidisse.

tulo vitæ Thucydidis feruntur ut à Marcellino scripta, non esse unius auctoris, sed trium diversorum scriptorum de Thucydide apospasmatia quorum secundum incipit pag. 7. edit. Oxon. col. 1. versu antepenult. à verbis; ἱστέον δὲ ὅτι στρατηγήσας ὁ Θουκυδίδης. Tertium pag. 9. col. 1. à verbis: ἐστὶ δὲ τὴν ἰδέαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπής.

II. In lucem primum emissi sunt Ammiani libri XIV. XXVI. Romæ, *A. Sabini* Poetæ celeberrimi opera an. 1474. fol. quam editionem cl. Perizonius legavit Bibliothecæ Leidensi. Hinc Bononiæ curante *P. Castello* (de quo hoc est Henr. Valesii judicium ad XXII. 15. p. 339. *Diceres id consilium fuisse Castello, ut omnia contaminaret*) Anno 1517. & Basil. Anno 1518. apud Jo. Frobenium. Liber XXVII. una cum proximis quatuor usque ad XXXI. primum lucem viderunt in editione Ammiani, quam curavit *Mariangelus Accursius* Augustæ anno 1533. quinquies mille mendis scriptorem hunc liberasse se professus. Eodem anno *Sigismundus Gelenius* eosdem libros excepto postremo, & libri trigesimi pagina ultima adjecerat in editione Ammiani Basileensi. Gelenianam Basileensem secuta editio Rob. Stephani 1544. 8. Paris. & Basileensis ann. 1546. apud Hieron. Frobenium, tum H. Stephani, aliæque, & Seb. Griphii Lugd. 1552. 12. Insertus est etiam corpori histor. Rom. Genev. 1609. 1653. fol. Quemadmodum vero uni Gelenio plurimum debere Ammianum Valesius affirmat, ita idem notat integros quandoque versus eum inseruisse, conjecturane an ex fide codicis MSti incertum. Vide ad lib. 22. c. 1. Ab eo tempore castigatum illustratumque Ammianum edidere *Janus Gruterus* (a) T. 2. hist. Augustæ scriptorum Hanov. 1611. fol. *Fridericus Lindebrogius* (b) Hamb. 1609. 4. *Marcus Zuerius Boxhornius* (c) Lugd. Batav. 1632. 12. & idem quem dixi *Henricus Valesius* Paris. 1636. 4. Lindebrogii, & fratris notis auctioribus suas addidit *Hadrianus Valesius* ibid. 1681. fol. qui cum vetustis Codicibus Colbertinæ Bibliothecæ hunc scriptorem de integro commisit, & *Claudii Chiffletii* dissertationem de vita, & scriptis Ammiani præfixit. Chiffletii libellus de vita Ammiani, & statu Reip. sub Constantino lucem viderat Lovanii 1627. 8.

(a) Janus Gruterus Ammianum primus in capita distinxit, & ad hunc scriptorem emendandum testatur se usum esse Accursii editione, & variis lect. Codicum Gall. & Vatican. Ejus notas ab Hadr. Valesio in luculenta sua, & nitida editione, & à Jac Gronovio omissas, est quod mireris.

(b) Frid. Lindebrogii Ammianus indici expurgatorio Madritensi insertus est, quod miratur Matthias Zimmermannus in montibus pietatis pag. 458.

(c) Extat & Nic. Aagardi Prof. Sorani examen animadversionum Boxhornii ad Ammianum Marcellinum Soræ 1640. 1654. 4.

Denique *Jacobus Gronovius* V. C. Lindebrogii, & Valesiorum notis iterum excusis novas observationes, & variorum numorum monumentorumque figuras auctori majorem lucem affusuras adjunxit in præstantissima Ammiani editione Lugd. Batav. 1693. fol. quæ minori typorum charactere ibidem simul vulgata in 4. * Dan. Guil. Mollero p. 17. memorantur præterea editiones Lugd. 1591. 8. Francof. 1588. f. Tom. II. Hist. Rom. scriptorum à Frid. Sylburgio recensitorum.

In *Hetruscum* sermonem vertit Remigius Florentinus. *Gallice* an. 1672. additis notis Mich. de Marolles, minus, ut videtur viris doctis, feliciter.

Exstant quoque *Marcelli Donati* (*a*) in quædam hujus scriptoris loca animadversiones Venet. 1604. & T. VI. Lampadis artium Gruterianæ. Ceterum Jacobii Schegkii, Theodori Canteri, & Claudii Salmasii in Ammianum commentaria auctorum fato intercepta sunt. * Salmasianarum observationum in Ammianum specimen habes in ejus Epistola IV. & VI. Illustris vir Gisbertus Cuperus per literas mihi significavit emendationes in Ammianum Salmasii manu ad Lindebrogii editionem notatas descripsisse se Parisiis in Bibl. Menteliana.

III. In Valesii & Gronovii editionibus subjiciuntur *Excerpta vetera auctoris ignoti de Constantino Chloro, & aliis quibusdam Impp.* tum *excerpta de Odoacre, & Theodorico Rege Italiæ ex Chronicis antiquis deprompta*, & Hadr. Valesii dissertatio de hebdomo. * Hæc autem excerpta recusa etiam sunt à Simone Pauli Bibliopola Argentinensi in Miscellis antiquæ Lectionis, Argentorat. 1670. 8. in quibus præterea exstant Capitulario Caroli Magni de partibus Saxoniæ, quam è MS. Palatino Holstenius ediderat: Christophori Brovveri diss. de veteri Trevirorum lingua ex ejus porparasceve Annalium Trevirensium capite 10. Lex Ludovici, & Lotharii Augusti, lingua veteri Teutonica cum interlineari latina versione, & Constitutio Caroli Crassi de expeditione Romana cum Marqu. Freheri commentario.

IV. Index Scriptorum quorum meminit in historiis suis Ammianus Marcellinus.

(a) Hadr: Valesius indignas duxit quas suæ adderet editioni. Habentur & ejusdem Donati observationes in Livium, Sveton. Tacitum, & Hist. Augustæ scriptores, quæ non magnæ rei videntur Is. Casaubono in Svetonii Cæs. c. 11. & Barthio ad Stat. T. 1. pag. 171.

G 4 Au-

(a) Alius Athanasius favorabilis tunc auriga de quo XXIX. 3.

(a) Eodem capite etiam Eupraxii magistri memoriæ mentio.

pua

V. FLAVIUS VEGETIUS RENATUS, Vir illustris (a) Comes scripsit ad Valentinianum II. Augustum *Epitomen* (b) *Insti-*

(a) Comitem CPolitanum vocat Volaterranus, quod Scriverio & aliis quibusdam eruditis minus probatur. Naudæus tamen in Bibliographia militari meminit binorum Vegetii Codicum MSS. Peirescianorum è quibus editio Stevvechiana & Scriveriana in quibusdam melior reddi possit, testatus eos hujusmodi notis in principio & fine exornatos, quæ suffragium ferre Volaterrano videantur. Patria Romanum esse affirmat Petrus Andlous lib. 2. c. 13. de Imperio Romano.

(b) Quod putat Barthius XXVII. Adversf. & alibi Epitomen tantum librorum Vegetii atque adeo Epitomen Epitomes hodie superesse, minus verisimile videtur. Et nescio quomodo ille vir doctissimus mirifice facilis errat in olfaciendis usquequaque Epitomis.

Institutorum rei militaris libris V. (*a*) ex M. Porcio Catone, Cornelio Celso, Paterno (*b*), Frontino, Varronis Navalibus & Constitutionibus Augusti, Trajani & Hadriani. Vide lib. 1. cap. 8.* Videtur fuisse Christianus. Meminit illius præter alios juniores Petrus Blesensis Ep. 94. Sui ac superioris ævi instituta non raro confundere notat Lipsius lib. 1. dialogo 2. de militia Romana, cui junge Salmasium de re militari Romanor. Tom. X. Thesauri Antiquitatt. Rom. Græviani p. 1294. seq.

VI. Prodiit primum Romæ 1478. 4. deinde 1494. 4 tum Paris. 1523. 8. cum Frontino, Æliani Tacticis, & Modesto, & 1535. 1553. fol. & ne Coloniensem *Francisci Modii* 1580. 8. aliasque editiones memorem, cum *Godescbalci Stevvechii* commentariis notisque Francisci Modii Lugd. Batav. 1607. 4. Addidit *P. Scriverius* recensita à se M. Porcii Catonis ex libro de re militari & L. Cincii Alimenti ex libris ejusd. argumenti fragmenta, Claudii Æliani Tacticam ex interpretatione Theodori Gazæ Thessalonicensis, Polybii tractationem de militia & castrametatione Romanorum ex libro VI. Historiarum, interprete Jano Lascari Rhyndaceo, *Hygini* Gromaticum sive de castrametatione librum, quem primus edidit è codice Sixti Arcerii: librum *Anonymi de rebus bellicis* scriptum ut videtur ad Theodosium Aug. ejusque filios Honorium & Arcadium Cæsares, *Modesti* (*c*) libellum de vocabulis rei militaris ad Tacitum Augustum, cujus se jussu, Martii operis præcepta per diversos auctorum libros dispersa abbreviasse affirmat, *Rufi* leges militares ex interpretatione Jo. Leunclavii Amelburni, *Sexti Julii Frontini* scripta, de quibus supra lib. 2. c. 19. cum commentario *Aggeni Urbici* in librum Frontini de qualitatibus agrorum, *fragmentis legum agrarium* & *finium regundorum constitutionibus*. Editi præterea Vegetii de re militari libri cum Frontino, Æliano & Ænea P. Scriverii castigationibus illustrati Lugd. Bat. 1644.

(a) In Bibl. Simlero-Gesneriana referuntur *libri IV.* quia liber quintus sive præcepta navalis militiæ quarto libro (poliorcetico) adhærent in antiquis editionibus ante Scriverium, qui fide Codicum quorundam disjunxit.

(b) De hoc Paterno consulendus Catanæus ad Plinii lib. I. Epist. 22.

(c) Hunc Modestum sunt qui Tacito Imp. & Vegetio ipso recentiorem faciunt, licet Barthius lib. 2. Adversar. c. 20. & Gisb. Cuperus exercit. 2. de elephantis in numis c. 5. p. 157. tom. 3. Thesauri Sallengriani, non dubitant Modesti libellum verbatim à Vegetio exscriptum. Sed hoc si ajamus, mirum videbitur cum alios auctores passim laudet Vegetius, Modesti nomen supressisse. Ac Modesti libello nihil se unquam putidius vidisse Modius affirmat, cui suffragatur in Bibliotheca militari præstantissimus Naudæus, Modestum vocans infelicem Vegetii Epitomatorem. Prodiit Modesti libellus separatim Francofurti 1602. 12. * Antiquior longe Vegetio fuit *Julius Modestus* Hygini (teste Svetonio) libertus, cujus *de feriis* laudat Macrobius, & *Librorum Quæstionum confusanearum* Gellius.

1644. 12. & iterum cum Stevvechii, Modii & Scriverii observationibus, addito etiam Modesti libello, Vesaliæ Clivior. 1670. 8. quam editionem non satis emendatam esse queritur Tho. Crenius V. C. in limine partis nonæ animadversf. philolog.* Vegetii de re militari synopsis dichotomica lucem vidit Halæ Saxonium A. 1639. auctore Christiano Gueintzio. MS. Chorierii codicem, in quo L. I. c. 5. legitur *proceritatem tironum III. C.* (i. e. *trium cubitorum*, pro quo editiones habent *a COS Mario*) *scio semper exactam*, laudat Gilbertus Burnetus in Epistolis de itinere suo p. 11. Sed legendum *ad encomma* sive *ad incomam*, ut in Codice Hittorpiano Stevvechius reperit. Vide. Salmasium ad Lampridii Alex. Severum c. 4. Cangii glossar. in *incoma*, & appendice ad calcem glossarii Græci pag. 115. Ruinarti acta selecta martyrum pag. 300. & Memorias Trevoltinas A. 1707. pag. 434. sq.

Frid. Lindebrogii notas in Vegetium ineditas evolvi in Bibliotheca hujus urbis Hamburgensis Joannea. Commentarios politicos in scriptores militares atque adeo Vegetium quoque molitus fuit Gruterus, ut testatur in Epistola ad Scriverium edita à nobilissimo Meelio p. 67. Scriverius ipse in litteris datis ad Jungermannum Idibus Martii 1607. *inter annum*, inquit *σὺν θεῷ animadversiones novas & notas satis prolixas in Vegetium Frontinumque dare certum est, nisi steterit per typographum.*

Gallice prodiit Vegetius per Jacobum de Walhausen A. 1616. additis figuris sive iconibus. Veterem Vegetii versionem *Gallicam*, fortasse Jo. Clopinelli, qui sub Philippo IV. vixit, (vide Sorelli Bibl. Gallicam pag. 195.) cui titulus *de l'art de Chevallerie*, memorat Salmasius Lib. de re militari Rom. c. 1. Prodiit etiam Vegetius Frontinus & Modestus Gallice 1536. fol. apud Christian. Wechel. In Catalogo Bibliothecæ insignis Seidelianæ Berolin. 1718. 8. pag. 299. inter libros in quarto n. 735. memoratur Grafen Flavii Vegetii Renati. Hinc *Germanice* lucem vidit Vegetius Augustæ Vindelicorum A. 1529. fol. Geunf Beucher der Nitterschafft. *Lusitanice* vertit Petrus Dux Conimbricensis, idem qui Officia Ciceronis in linguam illam transtulit. *Hispanice* Jo. Venegas Quixada, cujus versionis MS. meminit Nic. Antonius Tom. 1. Bibl. Hispan. p. 607. *Germanicè* lucem vidit Augustæ Vindelicorum A. 1529. fol. V. Beucher der Ritterschafft.

VII. Exstant itidem Vegetii nomine, sed alterius utique, *Publii* nimirum *Vegetii* artis Veterinariæ (a) sive *Digestorum artis Mulo-*

(a) *Veterina* animalia dicuntur ad vecturam idonea, veluti *vecterina* vel *vehetrina*, equi, asini, muli; quos *generis veterini* nomine complectitur Plinius VIII. 42. Hist.

Mulomedicinæ Libri IV. Basil. 1528. 4. primum editi per Joh. (a) Fabrum Emmeum Typographum Juliacensem, cum præfatione Hermanni Comitis à Nuenare, præpositi primariæ ædis Coloniensis, ad Ferdinandum Hungariæ & Bohemiæ Regem. Hæc editio cum notis MSS. fuit in Bibl. Clariss. Almelovenii. Eandem editionem cum antiquissimo Corbejensi & optimæ notæ codice litteris uncialibus exarato (licet lacunis hinc inde deformato) collatam accepi ex auctione Gudiana. Ex eodem Codice V. C. Marquardus Gudius supplevit præfationem Libri IV. quam donec novam totius operis editionem curare detur, h. l. integram apponere volui.

Solennis excusatio negligentium est, dispendia ex dissimulatione venientia DEO imputare vel casibus. Minus namque peccare se credit ignavia, si id, quod ipsius culpa accidit, ad potestatem incipiat deferre fortunæ. Sic de ægrotantibus dicitur moriturus, & si Medicina cesset, evadit. Cui disputationi, quia non solum iners sed etiam impia est, non libenter assenserim. Malo enim nihil expertum relinqui, quam si quid calamitatis evenerit, avaritiæ vel dissimulationibus imputari. Sed fortasse aliquando vera videantur in homine, qui divina providentia ac dispositione fatorum creditur regi: Animalia vero, cum quibus divinitas nihil dignatur habere commune, nisi hominum studio impensisque curentur, absque ambiguitate depereunt. Quid enim jumentis spei superest, quæ divinitas fovere respuit, si hominum medela cessaverit. Sæpe accidit, ut neglectis animalibus, quæ primo cum perirent morbo, contactu crescens pestilentia greges integros perimat, quum polluta à languidis pascua infectique fontes ita noceant, quasi in venena vertantur. Postremo ægroti odor cum sanorum impleverit nares, ipso fœtore visceribus inseret morbos. Sic ad pullos mors à matribus corrupto lacte transmigrat. Sic in numerosis stabulis quamvis vile jumentum, si contagiosam semel susceperit passionem, veloci transitu pretiosa quoque jumenta consumet, sed adversum omnia, diligentia, studium, herbarum potestas, curandi scientia prodesse consuevit. Sicuti Medicorum prima doctrina est, humani corporis partes organorumque cognoscere, ita necessarium

Mulo-

Hist. & XI. 46. & veterina pecori opponit X. 73. Vide Festum, Noniumque. Lucretius V. 888.

Ne forte ex homine & veterino semine equorum
Confieri credas Centauros posse. --

(a) In Merklini Lindenio renovato p. 1037. male vocari videas *Jo. Febrium*: apud Vossium p. 79. de Philosophia perperam legitur *Jac. Fabri*. Idem ait se accepisse libros illos Londini apud virum doctum exstare Motos alteraque parte auctiores. In catalogo librorum MSS. If. Vossii inter Codices latinos num. 115. video memorari Vegetium de re Veterinaria editis auctiorem & emendatiorem.

Mulomedicis de ossibus, de nervis ac venis jumentorum universa perdiscere. Neque enim curare rationabiliter potest, qui qualitatem rei quam curat, ignorat: Prodiit deinde Vegetius è pluribus codicibus castigatus, curante Sambuco, Basil. 1574. 4. Novam operis supra memorati editionem molitus est *Casp. Bartholinus* Thomæ filius cum suis & *Jo. Rhodii* notis: ejusque jam primum folium speciminis loco typis exscriptum est una cum dedicatione ad Illustrem Virum Ant. Magliabechium. Codex membranaceus hujus scriptoris servatus Neapoli apud illustrem Virum Josephum Vallettam. Jo. Rhodius in Lexico Scriboniano pag. 369 promisit se *Gargilii Martialis* Veterinarii nondum editi fragmentum cum Publio Vegetio emendatiore editurum. Multa Vegetii mulomedici loca emendat notis ad eundem Scribonium. Vegetium de mulomedicina, nec minus Chironis Centauri, Absyrti & Cl. Hemerotis de arte Veterinaria Libros X. & Oliverii Neapolitani Librum de equis, MS. servat Norimbergæ Vir nobiliss. D. Gottfridus Thomasius.

Hetrusca lingua prodiit Venet. 1543. 8. cum Hippiatricis Græcis in idem idioma translatis, & Laur. Rusii libro ejusdem argumenti. *Gallice* vertit præter Carolum Stephanum, teste Crucimanio Bibl. Gal. p. 43. Bernardus Podius (du Poy mon clar) Lucensis in Bearnio Paris. 1563. 4. vide Antonii Verderii Bibl. Gallicam p. 117.

Auctores Vegetius laudat Pelagonium, Columellam, Chironem & Absyrtum, ex quibus Absyrti & Pelagonii nomen occurrit etiam inter Græcos Veterinariæ sive Hippiatricæ scriptores duobus libris collectos, & in Geoponicis, de quo utroque opere opportunior dicendi locus erit in Bibliothecæ Græcæ libro quinto.

VIII. In Bibliotheca Simlero Gesneriana lego Vegetium Prætextatum Aristotelis priora & posteriora Analytica, sive potius Themistii in illos commentaria latino sermone tradidisse. Quod hauserunt è Boethii libro 1. majorum commentariorum in librum Philosophi περὶ ἑρμηνείας. Sed de illa translatione quia edita haud est nihil habeo quod dicam.

IX. MACROBIUS AMBROSIUS AURELIUS THEODOSIUS (a) Vir Consularis & illustris, sacrique cubiculi præfectus,

(a) De patria ejus quæ fuerit non certo constat. Pro Græco habere videtur Erasmus in Ciceroniano: *Æsopicam corniculam mihi nominas, ex aliarum pennis suos contexuit centones. Itaque sua lingua non loquitur, etsi quando loquitur Graculum latii ne balbutire credas.* Romanum se ipse diserte negat præfat. in Saturnal. ubi æqui bonique consuli cupit, *si sub alio ortum cælo latina lingua vena non adjuvat,* vel *si in suo*

fectus, Honorii & Theodosii jun. temporibus floruit, ut patet è Codice Theodosiano lib. VI. titulo 8. * MACROBII Commentarios in Somnium Scipionis respicit, Macrobium subinde allegans Honorius Augustod. in Libris IV. de Philosophia mundi & Libro de Solis affectibus. Macrobium Theodosium testem citat Zacharias Chysopolitanus T. XIX. Bibl. Patrum, edit. Lugd. p. 859. Macrobium *Grammaticum Romanum* h. e. Romanis disciplinis innutritum vocat Reinesius p. 460. Epist. ad Rupertum, qui p. 461. & 492. de eo plura. Patria Parmensem scribit Ricciolus in Almagesto, ubi recte reprehendit Genebrardum, Sansovinum & Thevetum, qui ad seculum secundum à nato CHRISTO retulerunt, & confectores indicis Bibliothecæ Vaticanæ qui ad decimum. De dignitatibus quas gessit Macrobius, vide Jac. Gothofredum ad Codicem Theodos. & Reinesii Epistolas ad Rupertum p. 462. 492.

X. Exstant ejus *commentariorum in Somnium Scipionis, à Cicerone descriptum libri duo*, magna eruditione referti, ad Eustathium filium; hos Græce transtulit, non Gaza, sed Maximus Planudes, cujus versione hactenus inedita usus Jac. Cujacius, & in Thesauro Græcarum Vocum Guil. Morellius. Occurrit illa in Bibl. Regis Galliæ codice 683. teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 280. * Versio Græca commentariorum in Somnium à Planude composita memoratur etiam in Catalogo MSS. Græcorum (*a*) Seguierii p. 12. Commentarios illos partem esse Saturnaliorum perperam ab illis divulsam notat Barthius ad Claudianum p. 918. Idem p. 791. *Somnii commentationem, partem esse Saturnaliorum suspicari faciunt manu exaratæ membranæ, in quarum antiquissimis reperio:* Macrobii Theodosii Viri Consularis & Illustris Commentariorum tertiæ diei Saturnaliorum liber primus incipit: *Ut non in libros opus illud suum, sed in dies distribuisse videatur Macrobius; singulorum autem dierum operas aliquot libris distinxisse, quorum tertium occuparint hi de somnio Scipionis enarrato Commentarii. Quæ res & reliquorum tenori congruit, qui non aliter interiores Maronis sensus & doctrinam inquirunt quam iste Marci Tullii. Potest autem, ut ante exordium tertii hujus Saturnaliorum libri exciderit minutum quoddam Epistolium, quod hos Commentarios ordini Operis instituti conciliaverit; Tertius vero quartusque, ut hodie positi sunt, vix unum librum faciunt, ubi cum præcedentibus & sequentibus comparave-*

sno sermone Romani oris elegantia desideretur. Non minus incerta res de religione Macrobii. Christianis eum annumerat Barthius p. 2258. Adversar. contra homo Ethnicus dicitur Spanhemio dub. Evangel. T. 1. p. 533. cui assentiri malim. Ambigui hærent Grotius ad Matth. II, 16. & Huetius p. 789. demonstrat.

(*a*) In Celeber. Montfauconi Bibl. Coisliniana p. 520.

raveris. Nec tertius omnino secundum, talis quidem sequi debet: cum finis secundi dicat alterius diei operas apud Symmachum disceptandas esse, principium autem tertii de Vettii domo ubi conventum fuerit, sermonem habeat. Omnino aliis libris inventis opus erit, ut is auctor concilietur ordini suo, quos inquirere adhortor quibus talium copia est: utilis enim est scriptor, quamlibet aliorum excerptor: cum sic etiam non pauca nos doceat nullibi Antiquitatis alibi exstantia. Raphael Volaterranus libro XVII. Commentariorum Urbanorum scribit Macrobium de Saturnalibus à Maximo Planude in Græcum sermonem esse conversum. Fortasse is non alios quam libros de somnio dicere voluit aut debuit. De eo quod ex Seneca, Gellio præcipue, tum ex Valerio Maximo & aliis scriptoribus, etiam quando non nominat, multa mutuatus est Macrobius, adi Jacobum Thomasium de plagio §. 503. Hieron. Mercurialem III. 5. Var. Lect. & Guilelmum Saldenum de libris pag. 167. 176. seq.

XI. *Saturnaliorum (a) Conviviorum* sive variarum dissertationum super variis jucundæ & reconditæ doctrinæ argumentis ad eundem Eustathium *libri VII.* veluti totidem dies, quibus ad convivia convenere qui inter se colloquentes (*b*) inducuntur narrante ad Decium Posthumiano, Vettius Prætextatus Rex mensæ, Flavianus Q. Aurelii Symmachi frater, Symmachus ipse, Cæcinna Decius Albinus, Furius Albinus, Eustathius, Nicomachus Avienus admodum adhuc adolescens, Evangelus, Eusebius Rhetor, Disarius Medicus, Horus & Servius Grammaticus. Multa in his libris ex Gellio mutuatum Macrobium, & librum septimum fere integrum ex Plutarcho repetiisse observatum est, sed propterea plagiariis merito annumerandum esse non facile dixerim. * Sub extremum libri septimi videntur quædam ad operis absolutionem deesse.

XII. Prodiere hæc Macrobii scripta Venet. 1482. Brixiæ 1483. Venet. 1492. fol. nec non 1500. fol. typis Philippi Poncii Mantuani & iterum Brixiæ 1501. fol. quæ fuit apud V. C. Jac. Perizonium; Bononiæ 1501. Florent. 1515. 8. è Nic. Angelii castigatione

(a) Hos libros Saturnaliorum Macrobii intellige quando in Petri Blesensis prologo commentarii de amicitia vides laudari *librum Saturni*. Nisi Verrii Flacci Saturnum innui malis. Sed apud Marium Victorinum in 1. Rhetoric. Ciceronis pag. 86. edit. Pithœi pro *Saturno* lege *Socratem*. Est vero judice Joh. Sarisberiensi lib. 8. Policrat cap. 10. Macrobius *conspicuus in sententiis, in verbis floridus, & tanta rerum venustate redundans, ut in institutione convivii & dispensatione Socraticam videatur dulcedinem propinare*. Diversus ab hoc Macrobius Presbyter, de quo Clariss. Caveus in Hist. litteraria scriptorum Ecclesiasticorum ad A. C. 344.

(b) De his consule Pontani auctarium notarum ad Macrobium p. 741. seq. & Macrobium ipsum lib. 7. c. 4.

& Basil. 1519. fol. ex emendatione Jo. Rivii Veneti. Coloniæ etiam lucem adspexit A. 1521. fol. ex *Arnoldi Vesaliensis* recensione, qui lacunas suppleviſſe, Græca addidiſſe, capita diſtinxiſſe, commata diſcriminaſſe, innumera emendaſſe ſe profitetur nullo MSto Codice adjutum. *En tibi*, inquit in præfat. *Macrobium ex fœdo nitidum, ex obſcuro apertum, expeditum ex intricato, ex confuſo digeſtum. .... Nulla exemplarium vetuſtas, nullæ chartæ excuſſæ pulveribus, nullæ diſpunctæ membranæ, ut fieri ſolet, noſtram hanc opellam promovêrunt: ſed ſi quid præſtitimus, id ſedulo labore & crebris lucubrationibus elimatum eſt*. Coloniæ iterum A. 1526. fol. & 1527. 8. & quæ præ ſuperioribus laudatæ editiones Veneta ap. Aldum 1528. 8. & Baſileenſis 1535. fol. emendata & ſuppleta è Codicibus & inſignibus MSS à Joachimo Camerario. Prodiit & Macrobius Lugduni ap. Gryphium 1532. 1542. 1548. 1555. 8. 1560. 1585. 12. Genev. 1597. 12.

Editionis Pariſienſis A. 1585. 8. auctor & caſtigator H. Stephanus in præfat. primus ſpem fecit vulgandi è codice Pithœano libri Macrobii *de differentiis & ſocietatibus Græci & latini verbi*, ſive excerptorum è libro Macrobiano hujus argumenti auctore *Joanne* quodam, forte ut ſuſpicabantur P. Pithœus & Jac. Uſſerius in Epiſtolis Hibernicis *Erigena Scotto* (*a*), qui temporibus Caroli Calvi vixit. Hic libellus ſeorſim primum prodiit Pariſ. 1588. 8. cum notis Joannis Obſopœi, & inter Grammaticos veteres A. 1605. editus eſt ab Elia Putſchio. Occurrit vero etiam in poſterioribus Macrobii editionibus Lugdunenſi Batav. An. 1595. & 1628. 8. in qua præter doctiſſimas Jo. Iſaaci Pontani notas & Jo. Meurſii caſtigationes, auctorum à Macrobio allegatorum index eſt adjunctus. Lugdunenſem editionem expreſſit Oxonienſis, in qua notæ quæ in priore ad calcem voluminis rejectæ erant verbis Macrobii ſtatim ſubjiciuntur. Denique Lugduni Batavorum Anno 1670. 8. Oxonienſis illa repetita eſt, additis ad commentaria in Somnium animadverſionibus (non Jo. Friderici, ut in Hallervordi Bibl. legitur) ſed Jacobi Gronovii, qui ad commentarios in Somnium Scipionis uſus duobus MSS. & ad Saturnaliorum libros uno MS. chartaceo Bibliothecæ Leidenſis Academiæ, locis quibusdam in utroque opere, priore præſertim, non infeliciter lucem attulit, medicamque manum admovit. Idem in limine operis prolixa quædam loca profert ex *Geometria Anonymi veteris*, quam inter ſchedas Parentis ſui repererat, & ex alio MS. gemini argumenti Anglicano, in quibus Macrobius Ambroſius Theodoſius in teſtimonium citatur, & quorum uterque ſi prodit commenta-

(a) Vide Voſſium lib. 1. Ariſtarchi c. 42.

mentaria in Somnium Scipionis legisse. Gronovii editio recusa est Lond. 1694. 8. Nic. Heinsium & Petrum Lambecium in Macrobio emendando haud parum operæ studiique posuisse constat ex libro VI. de Bibl. Vindobonensi p: 266. ubi mentio Codicum antiquissimorum Neapolitani & Thuanei. * *Gallicam* Macrobii editionem molitus est illustris Couturius, cui Lucretii & Apuleji versiones debemus, nescio an absolverit.

XIII. In Colomesii Catalogo MStorum If. Vossii inter Codices latinos num. 30. occurrit fragmentum è Macrobii *libris de differentia stellarum & de magnitudine Solis*. Et num. 48. *Sphæra Macrobii*. Denique num. 91. *Macrobius de palliis quæ sunt lapidum nomina*. Videndum sintne hæ laciniæ è Commentariis in Somnium Scip. petitæ. * Trotula, *Macrobius*, & Gilbertinus de secretis mulierum, MSS. exstant Norimbergæ apud laudatum D. Gotfredum Thomasium.

XIV. *Syllabus* Auctorum qui MACROBIO nominatim laudati, *ex editione Jo. Isaacii Pontani Lugd. Bat. 1628.*

Labe-

CAPUT XIII.

DE CLAUDIO CLAUDIANO, & RUTILIO.

Claudiani ætas. 1. *Poemata varia.* 2. *Editiones.* 3. *Rutilii itinerarium.* 4.

I. CLAUDIUS CLAUDIANUS Alexandrinus, quem Blondus ridicule pro Hispano, Lud. Morerius in Lexico & Nic. Chorerius pro Gallo; Landinus, Petrarcha, Politianus & P. Collutius pro Florentino perperam venditarunt, sub Theodosio M. sed maxime sub ejus filiis Honorio & Arcadio floruit, à quibus (b) Statua est honoratus, poeta floridus & amœnissimi ingenii, sed Augustino lib. 5. cap. 26. de Civ. DEI teste à Christi nomine alienus, qui si Orosium VII. 35. audimus, *paganus pervicacissimus.*

(a) *Lege*, Tarquitius Tuscus.
(b) Vide Barthii Adversaria lib. 49. cap. 1. & 19. Et varia de Claudiano collecta in parte 13. Animadversionum Thomæ Crenii.

mus (*a*) & Paulo Diacono lib. 12. judice *poeta eximius sed infidelis*. Unde Barthio qui lib. 1. Adversar. c. 7. & in notis p. 1070. Christianum cum Christophoro Landino facere non dubitat, adsentiri haud possim. * De patria & religione Claudiani bene Nic. Antonius lib. 3. Bibl. vet. Hispanæ cap. 5. *Claudianus poeta celeberrimus, Theodosii filiorum æqualis, inprimis remittendus est Ægyptiæ suæ genti & Alexandriæ urbi, quam ejus patriam cum Apollinaris Sidonius* (b) *qui Carmine ad Felicem eum* Pelusiaco satum *dixit* Canopo, *tum Suidas in* Κλαυδιανός, *cæterique ab iis noviores* (c) *laudant*. *Florentini quidem cives* (d) *arrogant urbi suæ parentem ejus, sive originem, nullo autem vetustatis documento. Aliis* (e) *Ægyptium eum natalibus, Florentiæ habitasse excidit. Genere tandem Hispanus audit apud Blondum* (f) *, cui statim credidit noster Tarafa dum Theodosii res persequitur in tractatu suo de Hispaniæ regibus* (g) *eaque res jam aliquibus videtur maxime certa, ex quo Pseudo Chronico Dextri Toletani fuit insertum:* Claudianus poeta ex Hispania oriundus Romæ floret. *Poetæ originem civi ejus & æquali Dextro crederemus utique: novitio & abortivo Toletanæ*

(a) Guil. Caveus V. C. parte 1. Hist. litterariæ Scriptor. Ecclesiast. ait hinc jure aliquem inferre posse, *quod Claudianus scriptis editis fidem Christianam oppugnaverit, etiamsi in iis, quæ supersunt, nulla vestigia deprehenduntur*. Sed argumentum hoc ab Orosii verbis petitum levius, quam ut eo facile duci se quis patiatur. Christianum Poetam hunc Claudianum plerique suspicati sunt ex his quæ de Theodosio scripsit:

O nimium dilecte DEO, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Ita enim versus ejus afferuntur ab Augustino, Orosio, Paulino Petrocorio, Paulo Diacono & junioribus infinitis, licet Poetæ ipsius verba fuerint hæc:

O nimium dilecte DEO, cui militat alto
Æolus, & rapidi veniunt ad classica venti.

(b) Emendandus hinc Volaterranus libro XIV. Commentar. Urban. p. CXLIX. b. ubi de Poeta Claudiano: *Sed Possidonius* (lege: *Poeta Sidonius*) *qui fuit Claudiani familiaris, dicit Pelusiacum genitum Canopi* (Lege *Pelusiaco Canopo*.)

(c) Parrhasius in Claudiani vita, Petrus Crinitus cap. 86. de poetis Latin. Bergomensis lib. 9. Chronic. Sabellicus ennead. 7. lib. 9. Vadianus de Poetica, Vives ad Augustin. de Civ. Dei lib. 5. c. 26. Petrus Mexia in vita Theodosii, Salmasius præf. in exercit. Plin. & alii à Barthio laudati in sua edit. *HanKius* de Rom. rer. scriptoribus pro quo male apud Nic. Antonium pag. 201. excusum *StancKius*.

(d) Petrarcha, Politianus, Landinus, Collatius, apud Barthium in Claudiani vita, quos taxat Jo. Lud. Brassicanus notis ad Politiani nutritiam. Et fortasse, si Franciscum Bivarium notis ad Pseudo Dextri Chronicon pag. 415. audimus, laborant æquivoco. Habuit enim in amicitiis Claudianus sibi conjunctissimum *Florentinum* V. Clariss. cujus apud Græcos de re rustica libri leguntur, & ad quem libros III. de raptu Proserpinæ ipse dedit: Exstat etiam elegia sub utriusque nomine, cujus initium: *Oria sopitis ageret cum cautibus Orpheus*. Inde factum est ut unus idemque crederetur Claudianus & Florentinus, & hoc quasi prioris à patria cognomen.

(e) Bergomensis lib. 9. Hartmannus Schedelius in Chron.

(f) lib. 7. Romæ triumphantis.

(g) Hispan. illustratæ tom. 1.

letanæ urbis partui cras credemus. Sed neque hic subsistit thrasonica mentiendi audacia. Nam quod ante aliquot annos erumpere fecit è lethæa abysso Gregorius Argaizius Lucroniensis Benedictinus, Hauberti Hispalensis Chronicon, patriam quoque Claudiani apud nos constituit ad A. 391. n. 1. Claudianus Poeta Juliobrigæ natus, Romæ floret. *Quod interpretatur Argaizius Lucroniensis*, Juliobrigæ, id est, Lucronii; *ut hinc verti in dubium possit, inventorisne Antonii Lupiani, an scholiastis Argaizii Haubertus ita primum conceptus fuerit. At egregiam se navasse operam in re comprobanda, tam Bivarius, quam idem Argaizius putant, quod Hispaniæ laudes apud Claudianum sæpius recurrentes collegerint. Cum vere id Hispanis Imperatoribus Arcadio & Honorio, Augustæque familiæ, urbane & obnoxie, ne dixerim adulatorie datum fateri satius sit. Adeo ut ex his qui ethnicum & idolorum cultorem cum Augustino & Orosio Claudianum jure credunt, non nemo existimet carminis illius in Christi laudem, quod incipit;* CHriste potens rerum, *auctorem quoque eum fuisse in Christiani Imperatoris gratiam compositi, quemadmodum de Triboniano dicitur, tam recta & plura de religione Christianorum in Pandectis Justiniani, Imperatoris Christiani, quantumvis paganum inseruisse.* Claudianum Poetam, Claudiani Philosophi, cujus Eunapius meminit, filium esse suspicatur Barthius in notis p. 105. Hoc Poeta inprimis delectatus est Casp. Barlæus ut ipse testatur his versibus Tom. I. Poematum pag. 417.

Te sequimur, Phario vates celebrate Canopo,
Solaque laus nostri carminis umbra tui est.

Statii infinitis locis æmulatorem Claudianum notat Barthius T. 1. ad Statium p. 352. Barthius idem recte pagamum agnoscit in notis ad Claudian pag. 204. licet & ipse alibi & alii plerique Christianum suspicati sunt ex his, quæ de Theodosio scripsit adversus Eugenium & Arbogasten feliciter pugnante A.C. 394. præcipue ut versus illi afferuntur ab Augustino V. 26. de Civitate DEI, Orosio VII. 35. & aliis Christianis. Inscriptionem statuæ Claudiano positæ, quæ exstat in Mazochii inscriptionibus pag. 8. & apud Gruterum pag. CCCXLI. 5. à Pomponio Læto (perinde ut L. Cuspidii testamentum) ex ingenio confictam putant auctores Diarii Veneti, Giornale de' letterati d' Italia T. XXII pag. 400. Traditur illa reperta Romæ in domo Pomponii Læti in Quirinali in tabula marmorea A. 1493. atque ita se habet: *Cl. CLAUDIANO V. C. tribuno & notario inter ceteras vigentes artes prægloriosissimo Poetarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, adtamen testimonii gratia ob judicii sui fidem DD. NN. ARCADIUS & HONORIUS feli-*

cissimi

cissimi ac doctissimi Imperatores statuam in foro Divi Trajani erigi. collocarique jusserunt.

'Εν ἑνὶ Βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου
Κλαυδιανὸν Ῥώμη καὶ Βασιλῆες ἔθεσαν.

Comitem Orientis fuisse Claudianum, esseque eum ipsum ad quem exstat lex 2. Cod. Theodos. de Judæis, Cœlicolis & Samaritanis, putat Seldenus lib. 2. de jure Nat. & Gent. cap. 5. Atqui in editis tantum vocatur Claudius, ut Gudius ad Gruterum annotavit.

II. Exstant (a) ejus. 1. *De* (b) *Olybrii & Probini fratrum Consulatu Panegyricum scriptum* A. Christi 395. * Panegyricos Claudiani etiam Plinii Epistolis subjecit H. Stephanus A. 1591. 12

8. *In Consulatum Mallii Theodori* A. C. 399

10. 11. *In Consulatum duplicem Flavii Stiliconis* Libri III. & liber *de bello Getico* sive Pollentino, hoc est prælio, quo Alaricum Stilico ad Pollentiam profligavit. Confer Barthii notas p. 182. 184. & Thomam de Pinedo ad Stephanum Byz. in Πόλλεντος pag. 558. ubi adulatorii dedecoris exemplar in hoc Claudiani poemate exstare ait.

7. *De bello Gildonico* quod Consulatu quarto Honorii gestum est *liber*, cujus altera pars vel potius liber secundus desideratur.

13. *Panegyris Serenæ Reginæ*, Conjugi Stiliconis dicta.

14. *Palladii & Celerinæ Epithalamium* à milite Claudiano scriptum.

3. 4. 12. *Consulatum tertium & quartum & sextum Honorii Augusti* tria Panegyrica, A. C. 395. 398. 404. * *In Consulatum quartum Honorii* Augusti commentario illustravit V. C. Jo. Casp. Kuhnius Argentor. 1707. 4. Mariangelus Accursius diatriba in Ausonium, proferens locum ex Claudiano in sextum Honorii Consulatum, testatur se ex vetustis exemplaribus hunc Poetam, dum Germaniam Sarmatiasque peragraret, septingentis fere mendis inter equitandum eluisse.

5. 6. *In*

(a) De Claudiani scriptis atque editionibus consulendus Polycarpus Leyserus in hist. poetarum & poematum medii ævi. Halæ 1721. 8. p. 17. seq.

(b) Numeri quos singulis poematis præmissos vides, respiciunt ordinem editionis Nic. Heinsii. Cæterum primum hoc esse inter ea quæ latino carmine Claudianus edidit, Barthius probat ex Epist. 4. ad Probinum.

Romanos bibimus primum te Consule fontes,
Et Latia cessit Graja Thalia toga.

Equidem de Græcis hujus Poetæ scriptis nihil exstat præter pauca quædam ex Anthologia inedita producta à Salmasio ad Hist. Augustam & fragmentum Gigantomachiæ, de quo vide etiam Bembi Epistolas pag. 429. seq & duo Epigrammata de Crystallo. Ad Epigrammata nescio quis in margine notavit eum origines Tarsi, Anazarbi, Beryti, atque Nicææ scripsisse Οὗτος ὁ Κλαυδιανὸς ἐστιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ Νικαίας, Vide Allatium de Georgiis p. 362.

5. 6. *In nuptias Honorii Augusti & Mariæ* Carmen Heroicum, cum quibusdam fescenninis, Alcaico & Anacreontico versuum genere.

15. *Raptus Proserpinæ Libri III.* ad (*a*) Florentinum, quod opus eximium fatis prohibitus Poeta non videtur ad umbilicum perduxisse. Hos libros post *Janum Parrhasium* Mediolan. 1500. fol. & 1505. 4. Paris. 1517. 4. Basil. 1539. 4. uberius commentariis illustravit *Nic. Bissius*, Nobilis Bergomensis, quibus vitam Poetæ præmisit Mediolani 1684. fol. * Hoc poema & alia quædam Claudiani *Gallico* carmine feliciter reddidisse Franc. Pipinum scripsit Franc. a Cruce Cenomana Bibl Gallicæ pag. 102. Italico carmine donavit etiam Marcus Antonius Cinucci, Senensis A. 1542. quanquam lucem demum vidit Venet. 1608. 8. recusum (*b*) Senis 1715. 8. Anglice nuper reddidit Hughesius Londini 1715. *Gaufridi Viteracensis* commentariis in hos libros usus est Theodorus Pulmannus. Exstat etiam raptus Proserpinæ Claudianeus ex veteri editione in 4. sine anni notatione & loci.

16. *Gigantomachia* (*c*) quam Græco etiam carmine descripsit Claudianus, ex quo versus quosdam profert Arsenius Monembasiæ Archi-Episcopus in Apophthegmatis Græce editis Leonique Decimo ab auctore dicatis p. 137. b. & ex eo Barthius in notis ad Claudian. 938. Nic. Heinsius p. 236. Ceterum Gigantomachiæ quoque latina pars extrema desideratur, quæ è Græco translata vel ab ipso Claudiano, vel ut Nic. Heinsius pag. 241. suspicatur, ab alio temporum istorum scriptore. Idem quoque sibi persuadet de Epistola ad Hadrianum & Idylliis nonnullis qualia Phœnix, histrix, torpedo, Nilus & Magnes. *Ut enim aliquid Claudianeum*, inquit, *in illis facile agnoscas*, *ita languent numeri plerumque* &c. *Nec accesserim iis qui seni & effœto ista excidisse opinantur*.

17. *Epistolæ IV.* ad Hadrianum, Serenam, Olybrium & Probinum. *Tria* item *Epistolia* sive *Epigrammata* ad Gennadium ProCOS. Æternalem & Maximum, quorum duo postrema Nic. Heinsius inter ea quæ Claudiani haud videntur rejecit.

18. *Epigrammata & Poematia XLVII.* hoc est *Idyllia VII.* Phœnix, hystrix, torpedo, Nilus, Magnes, Aponus & Pii fratres.

(a) Si Gyraldum sequimur, hic est Florentinus cujus fragmenta occurrunt in Græcis Geoponicis.

(b) Giornale de' letterati d'Italia Tom. 26. pag. 280.

(c) Hieron. in Esaiæ XXVII. *Pulchre quidam Poeta in Gigantomachia lusit: Quo fugis Encelade? quascunque accesseris oras, sub Jove semper eris.* Respicit iterum in Amosi V.

tres. Tum *Epigrammata* de mulabus Gallicis, de sene Veronensi, de apro & leone, descriptio armenti, de concha, de crystallo, septem latina & bina Græca (ex libro IV. Anthologiæ) Græcum itidem εἰς μιμάδα γηράσασαν (al. μαχλάδα, confer Jac. Gronovii notas ad Arrianum de Alexandro p. 198.) εἰς δῆλον τυπωθέντα παρ' αὐτῷ. De Polycaste & perdice. De Zona equi regii missa Honorio à Serena Regina. De Zona missa Arcadio. De chlamyde & frenis. De freno, phaleris & cingulo equi, Honorio à Serena missis. Deprecatio ad Alethium quæstorem. In Curetium duo Epigrammata. In Jacobum Magistrum equitum. * Claudiani *Phœnicem* cum amplissimo commentario ab Ignatio Bracci vulgatum Italice Maceratæ A. 1622. laudat Crescimbenius in Historia Poeseos Italicæ lib. V. pag. 362. Ad *bistricem* conferendus Ez. Spanhemius notis ad Callimachum pag. 199. *De fontibus Aponi*, habetur etiam inter scriptores de balneis Venet. 1553. fol. Leo Allatius de Georgiis pag. 362. testatur in MSto Epigrammatario Græco ad Claudiani Græca Epigrammata notari in margine: ὅτι ὁ Κλαυδιανός ἐστιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας. Hisce Heinsius subjicit, Claudiano ut ipse quidem putat minime tribuenda: In podagrum. Ad Æternalem. Ad Maximum qui mel misit. Rimanti telum ira facit, sive de iracundo. De locusta fragmentum. De balneis Quintianis. In Theodorum Mallium & Hadrianum. Descriptionem portus Smyrnensis. Descriptionem Insulæ sive, *Est in conspectu longe locus*. De quadriga marmorea. Fragmentum duorum versuum: *Sordidus ex humeris* &c. De paupere amante bina Epigrammata. In sepulcrum speciosæ. De birro castoreo. Carmen paschale: Εἰς τὸν Σωτῆρα, Εἰς τὸν δεσπότην χριστόν. Laus Christi. Miracula Christi. In Sirenas. Ex his *Carmen paschale*, *laus Christi* (a) *& miracula Christi* alterius Claudiani (Mamerci) vel S. Damasi Papæ sunt, etsi Barthio aliter visum, qui Poetam nostrum ut diximus accenset Christianis. * De Carmine paschali, laude CHristi, miraculisque CHristi, quæ S. Damasum fortasse auctorem agnoscunt, vide Martium Milesium Sarazanium ad carmen nonum Damasi pag. 167. Cum notis G. B. Speltini prodierunt etiam Erfurti 1501. 4. in collectione poematum Speltini. Ab eodem Barthio p. 1071. seq. tria afferuntur Epigrammata, *de aquila*, *laus Liberi* & *in Marcum*, quæ Claverius primus ediderat, & Barthius tertio excepto non indigna Claudiano arbitratur.

2. & 9.

(a) In quibusdam Codicibus Damasi nomen præferre ait Colomesius ad Gyraldum de poetis p. 259. Damaso etiam tribuit Antonius Delrius in calce conjecturarum ad Claudianum.

2. & 9. *In Rufinum* (a) *libri II. & totidem in Eutropium Eunuchum*. Denique hisce Claudiani scriptis subjici solent *laudes Herculis* ab Anonymo Poeta Heroico carmine decantatæ. Ut omittam epigrammatia in Nic. Heinsii notis p. 274. 275. vulgata, quæ inscribuntur de Dulcio, de Hippopotamo. Quæ in mensa de Sardonyche lapide, & Euclerius Comes. * In Codice Vaticano Nic. Heinsius reperisse se testatur *Epithalamium Laurentii*, Claudiano indignum, versuum LXXXVII. *De liberalibus*, VI. versuum. *Laudem Martis*, versuum XII. *De Junonalibus*, III. versibus & quidem mutilis.

III. Editio Claudiani princeps Veneta A. 1470. laudatur à Thoma Dempstero notis ad Corippum: Vicentina Anni 1482. usus Nic. Heinsius. Has demum insecuta Parmensis Angeli Ugoleti 1493. 4. & Vicentina altera 1498. fol. *Pontici Virunii* Tarvisini, sive Bellunensis potius commentarios memorat auctor additionum ad Trithemium. Cum notis *Jo. Camertis* prodiit Claudianus Viennæ 1510. 4. Neuter inspectus Nic. Heinsio, vel qui eos pag. 1360. Adversariorum videre optabat Barthio. Sine commentariis postea Claudianus excusus ap. Aldum A. 1523. 8. tum eadem forma Parif. 1530. Basileæ 1534. apud Mich. Isingrinium, castigatus insigni Studio Mich. Bentini, & *Jo. Honteri* Coronensis. Florent. 1549. Lugduni 1551. & ibid. A. 1548. 12. Porrò ex Theodori Pulmanni recensione cum M. Antonii Delrionis notis, Antvverp. ap. Plantin. 1572. 1585. 1596. & deinde sæpius, 12. Cum Stephani Claverii (*b*), Parrhasii & Delrionis notis & Jo. Tornorupæi (*c*) commentario ad carmen de tertio, & quarto Consulatu Honorii Parif. 1602. 4. Cum *Thomæ Dempsteri* annotatis, Flexiæ 1607. minore forma, non magnæ rei, Heinsio judice, qui uberiorem ejusdem, quem promisit, commentarium luce donatum haud esse annotat. Cum observationibus Barthii vix viginti annos nati prioribus Hanov. 1612. 8. Ceterum præstantissimæ Claudiani editiones sunt Heinsiana cum Nic. Heinsii (*d*) notis Lugd. Bat. 1641. 12. Barthiana

(a) De hoc Rufino uti de Eutropio quoque fuse *Zosimus* libro V. Ceterum fallitur Auctor pandectarum Brandenburg. qui T. 1. p. 76. *Alani Anti-Claudianum* oppositum esse Claudiani Rufino, cum sit poema Theologico philosophicum, quod inscribitur Anti-Claudianus h. e. poema Claudianeis haud inferius, perinde ut [illegible] est [illegible].

(b) Cluverius typographi vitio vocatur in Actis eruditor. Anni 1655. p. 557.

(c) *Joannis Tornorupæi*, non indocti, & admodum industrii lucubrationes in Claudianum desiderare se scribit *Barthius* ad Statium Tom. 3. pag. 392.

(d) In Heinsium Poetarum latinorum Æsculapium iniquior Jacobus Gronovius in Exercitationibus de Juda pag. 173. testatur se ex auctione Heinsiana redemisse quinque exemplaria Claudiani, quibus omnes collationes MStorum codicum vir ille doctus commiserat.

na cum commentario ſive ſecundis curis (a) Caſp. Barthii Francof. 1650. 4. Neque recuſa eſt hæc editio A. 1654. ſed novum tantum, ut ſolet à Bibliopolis fieri, titulum præfixum oſtentat. Recenſendam ſibi ſumpſit Barthius Raphelengianam editionem omnium tum emendatiſſimam: à Joſepho Scaligero, ut perſuaſum eſt viris eruditis, caſtigatam. Schreveliana cum notis Variorum, Amſtel. 1659. 1665. 8. & denique Pariſienſis cum interpretatione & notis Gvilelmi Pyrrhonis in Academia Cadomenſi doctoris Eloquentiæ in uſum Delphini 1677. 4. * De altera ſe editione Claudiani cogitaſſe *Nic. Heinſius*, qui XXXVIII. Codices MSS. & editiones plurimas inſpexit, teſtatur in litteris ad Sirmondum datis Holmiæ 1650. Tom. IV. Operum Sirmondi pag. 726: *quod & negligentiorem ſe præſtitit typographus me abſente, & ego quoque dum libris deſtituor, nimis præcipitarim has curas*. Sed neque poſteriores illæ Heinſii curæ, uti nec Delrii, vel Claverii, aut Dempſteri uberiores in Claudianum lucubrationes viderunt lucem, uti nec annotationes *Hieronymi Suritæ*, quas Cæſarauguſtæ ſervant Carthuſiani, nec *Bartholomæi Morlani* notæ indexque locuples, & accuratus. Leonardum Digges Londinenſem Claudiani Poemata de Latino in *Anglicanum* ſtylum vertiſſe teſtatur Antonius Wood in Hiſtoria, & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis Tom. 2. pag. 64. *Italica* metaphraſi nuper donavit *Nicolaus Beregani*, Poeſie di Claudio Claudiani, tradotte da Nicola Beregani, Nobile Veneto, con l'annotazioni ſopra l'erudizioni, favole, iſtorie antiche &c. aggiontovi l' argumento ad ogni poema, Venetiis 1716. 8. duobus Voluminibus. De aliis hujus viri nobiliſſimi poematis, & lucubrationibus vide ſis Diarium Hagenſe Journal literaire Tom. IX. pag. 474.

IV. CLAUDIUS RUTILIUS NUMATIANUS Gallus, Vir Conſularis urbique præfectus, & Magiſter officiorum, ſive Magiſter palatii, Theodoſio juniore imperium tenente Anno Urbis ut ipſe innuit MCLXIX. h.e. Anno Chriſtiano (b) CCCCXVI. ſcripſit de *reditu ſuo*, ſive *Itinerarii* libros II. Verſibus elegis, ad Rufium Venerium Voluſianum, in (c) præfectura Urbana ſucceſſorem. Poſterioris libri maxima parte amiſſa, quæ hujus inſignis Poematis ſuperſunt primus edidit poſt Petrum Summontium, qui Neapoli vulgaverat, Jo. Baptiſta Pius, inſcripſitque: *Poema*

(a) Pag. 182. Barthius ait ſe peculiari volumine daturum fuiſſe commentarium in libros de laudibus Stiliconis toto ſuo in Claudianum opere ampliorem. Idem T. 1. in Statium pag. 434. queritur ſuam Claudiani editionem minus emendate prodiiſſe.

(b) Confer Scaligeri prolegomena ad Euſebium.

(c) Sirmond. ad Sidonium p. 103. & 17.

Poema (a) de laudibus Urbis, & Etruriæ, & Italiæ, Bononiæ 1520. 4. in ædibus Hieronymi de Benedictis, ac dicavit Leoni Pontifici, præmisso carmine elegiaco non ineleganti. Onufrius deinde Panvinius Rutilium à Gabriele Faerno recensitum adjecit commentariis suis de urbe Imperio & civitate Romana Venet. 1558. & Paris. 1588. 8. Josias Simlerus additis Onufrianæ & Bononiensis edit. variis Lectionibus prælo iterum subjecit Basil. 1575. 12. una cum Æthici Cosmographia aliisque quæ supra in Mela indicavi. Hinc Josephus Castalio suis adnotationibus illustratum castigatius edidit Romæ 1582. 8. Petrus quoque Pithœus inter poematia vetera Paris. 1590. 12. recensuit & paucas quasdam emendationes subjunxit. Porro Lugduni A. 1616. cum Theodori Sizmanni animadversionibus recudi curavit Justus Zinzerlingius. Quem secutus Caspar Barthius addito Commentario primus in Germania edidit Francofurti 1623. 8. Denique Vir Cl. Theodorus Jansonius ab Almeloveen in elegantissima sua hujus Poetæ editione omnium hactenus memoratorum castigationibus, & notis, animadversiones eruditissimi Grævii propriasque addidit Amstelod. 1687. 12.

RUTILIUS ipse de se v. 21. & 157. seq. Lib. 1. & 563. seq. de ætate sua lib. 1. v. 135. & de parente suo prætore Tusciæ v. 173. seq. Scripsit Poema suum ad Rufium Venerium Volusianum Albani F. in præfectura Urbana successorem. Confer lib. 1. v. 417. & Christoph. Brovverum ad Venantium Fortunatum carm. lib. III. 8. pag. 67. Huic ut videtur Rutilio inscripta Comœdia Querolus ad Plautinæ Aululariæ exemplum composita, incerto auctore: Pro Claudio Rutilio Numatiano alii malunt Munatianum. Vide Vossium de Hist. & poetis Latinis. Posterioris Libri de reditu ex Gallia in Urbem, maxima pars amissa est. In celebranda lib. 1. v. 47. seq. Roma, Claudiani vestigiis insistere notatur à Barthio VI. 12. Advers.

CA-

(a) Volaterranus auctor est Rutilii poema inventum sua ætate in cœnobio Bobiano: A Josepho Quesnello autem perperam recentioribus Poetis Italis annumeratur in Catalogo Bibl. Thuanæ. Ceterum Ethnicus fuit Rutilius, & in Judæos, ac Christianos non obscure invehitur, Monachos præcipue acriter perstringit lib. 1. v. 383. seq. 439. seq.

CAPUT XIV.

DE SYMMACHO & SIDONIO Apollinari.

*Symmachi ætas. 1. Epistolæ. 2. Editiones 3. Ætas Sidonii. 4. Carmina 5. Epistolæ. 6. Editiones 7. * Indices eorum, ad quos scripsere Symmacus & Sidonius. 8.*

I. Q. AURELIUS SYMMACHUS Romanus, Vir Consularis & præfectus Urbis, causæ gentium adversus Christianos pertinax & ingeniosus assertor Valentiniani II. Theodosii & filiorum tempora ingenio suo illustravit, inter præcipua, Ammiano judice (a), Exempla doctrinarum & modestiæ numerandus. Perdita ejus Oratione in Vettium Agorium (b) prætex-

(a) Lib. XXVIII. cap. 4. Laudat Symmachum Socrates V. 14. Hist. Eccles. Ausonius Epist. 17. Macrobius lib. V. c. i. *Quatuor sunt genera dicendi, copiosum in quo Cicero dominatur, breve in quo Sallustius regnat, siccum quod Frontoni adscribitur, pingue & floridum in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo Veterum minor noster Symmachus luxuriatur.* Symmachos alios ab Epistolarum scriptore ita distingues ex Reinesio Epist. ad Bosium p.133. 141. Sirmondo ad Sidonium p.34.& ad Ennodii VII.25. Jac. Gothofredo in prosopographia Codicis Theodos. p.386. Petro Relando in fastis consularibus &c. [1] L. Aurelius Symmachus qui Consul fuit cum Gallicano A.C.330. [2] L. Aurelius Avianus Symmachus præfectus Urbi A. C. 364. De hoc Valesius ad Ammiani XXI.12. p. 282. seq. [3] Hujus filius, scriptor Q. AURELIUS SYMMACHUS, Romanus, ProCos. Africæ A. C. 370. Consul A. C. 391. & Præfectus Urbis A. C. 384. in qua præfectura urbana Epistolas ad Imperatores libro decimo comprehensas exaravit *e*. Pontificem etiam fuisse observat Juretus ex Epist. lib. I. 41. 45. II. 36. & IX. 99. Hine forcasse *virum religiosum* appellat Radulphus Ardens, licet illud etiam elogium potuit mereri, quod pro suæ cultu religionis summis eloquentiæ viribus decertavit. Vitam hujus Symmachi in *Jo. Philippi Parei* gratiam composuit *Jacobus Gothofredus*, qui eam Lexico Symmachiano, electis, & Calligraphiæ Symmachianæ præfixit Neapoli Nemetum 1617. 8. [4] Q. Flavianus Memmius Symmachus, nostri filius unicus, præfectus Urbi A. C. 415. [5] Q Aurelius Symmachus Consul A.C. 446. cum Aetio tertium Consule. [6] Q. Aurelius Memmius Symmachus (superioris nepos forcasse) qui Consul fuit A. C. 485. pater Rusticianæ, secundæ Boethii uxoris. Ad hunc Symmachum data Epistola 31. Alcimi Aviti, nec non Ennodii lib. VII. 25. [7] Hujus nepos Q. Aurelius Anicius Symmachus Consul cum Boethio filio A. C. 522. Symmachus Græcus scriptor ἐν τρίτῳ [illegible] citatur à Tzetza ad Lycophronem: Idem forcasse quem laudant Schol. Aristophanis Etymol. M. in [illegible], & Svidas in [illegible] & [illegible]. De Symmacho Samaritano, Græco librorum sacrorum Vet. Test. interprete dixi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 12. §. 10. Hujus ut opinor Symmachi (non nostri Q. Aurelii) imitatorem Helvidium vocat Gennadius c. 32. de scriptor. Eccl. ideo nempe quod Mariam conjugio junctam fuisse contendens, ad Symmachi Ebionitæ errorem propius accedere visus fuit. Symmachi Medici, centum comitati discipulis mentio apud Martialem V. 9. VI. 70. VII. 17. Alius Symmachus ὁ [illegible], Senator, Prætoris Symmachi F. qui memoratur Olympiodoro apud Photium Cod. LXXX. pag. 114. Alius Symmachus Papa Romæ urbis ab A. 498. ad 514. Symmachus alius Attaliæ in Lydia Episcopus, qui interfuit Synodo Ephesinæ A. C. 449.

(b) De hoc Agorio vide Sponii Miscell. p. 149.

tatum cujus meminit lib. 1. Epist. 52. aliisque scriptis, Exstant

II. *Epistolarum ad diversos libri* X. post ejus obitum editi a filio Q. Flavio Memmio Symmacho V. C. quorum liber postremus Plinii junioris imitatione exhibet Epistolas scriptas ad Imperatores. Hujus libri Epistola LXI. est celebris illa *relatio pro ara Victoriæ* (a) Valentiniano oblata, sed fructus expers, & ab Ambrosio Prudentioque valide confutata. * *Relationis* Symmachi *pro ara Victoriæ* A. C. 384. Valentiniano oblatæ meminit S. Prosper de promissionibus p. 102. his verbis: *Theodosii vero religiosi Principis imperio per Jovium & Gaudentium Comites omnia templa expoliata, quæ vana figmenta quis nostrum permittitur ignorare? Cui Symmachus ille mirabili eloquio & scientia præditus, tamen paganus, præconio laudum in consistorio recitato, subtili arte qua valuit, aram victoriæ in Senatu restitui Christiano, ut noverat, Principi intimavit. Quem statim a suis aspectibus pulsum in centesimo lapide rhedæ non stratæ impositum eu die manere præcepit.* Vide & notas Benedictinorum ad S. Ambrosium T. 2. pag. 825. seq. Prudentius 1. in Symmach. v. 633:

O linguam miro verborum fonte fluentem
Romani decus eloquii, cui cedat & ipse
Tullius, has fundit dives facundia gemmas.
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro
Si mallet laudare DEum ...

Alia in Symmachi laudem v. 647. seq. & præfat. lib. 2. v. 55. seq. & lib. 2. v. 19. 91. 645. 760. seq. Dictionis ejus floridam & rotundam brevitatem his verbis laudat Alanus in Anti-Claudiano lib. 3. p. 167.

Symmachus in verbis parcus, sed mente profundus,
Prodigus in sensu &c.

Sed Erasmus in Ciceroniano, *Symmachum admirentur*, inquit, *quibus studio est moleste potius quam bene dicere*. Olaus Bortichius in conspectu præstantiorum auctorum latinæ linguæ p. 22. de Symmacho: *Stylus non raro offendit aures melioribus seculis adsuetas*. Ita enim legendum, non *ostendit*.

III. Prima Symmachi editio Argentinensis, 1510. 4. cui additæ Epistolæ Magni Turci, interprete Laudino equite Hierosolymitano; quam qui curavit non levi errore nostrum cum Symmacho Boethii socero confudit. Sed hoc mox emendatum est in edit. Basil. 1549. 8. Ab eo tempore triumviri clarissimi egregiam Symmacho operam navaverunt *Franciscus Juretus*, *Jacobus Lectius*

(a) Confer. Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam part. 1. p. 170. Gallice utramque Symmachi, & Ambrosii orationem vertit Giryus.

ctius, & *Caspar Scioppius*. *Jureti editio lucem adspexit Parif. 1580. Jac. Lectii notæ Juretianis adjunctæ Genev. 1587. 1599. 8. Symmachus iterum ex recensione Jac. Lectii 1601. ad fanum S. Gervasii 12. Jureti notæ auctiores habentur in edit. Parif. 1604. 4. Cum Scioppii (*a*) notis prodiit Symmachus Moguntiæ 1608.4. Denique Philippus Pareus Symmachum aliquoties recensuit, electa Symmachiana, & Symmachianum Lexicon adjecit, Neapoli Nemetum 1617. 1628. Francof. 1642. 8. In Bibliotheca Jac. Oiselii fuerunt Jo. Gabeliavii in Symmachum notæ MSS. Symmachum itidem castigavit Martinus Lipsius Justi patruus, ut omittam Bonaventuram Vulcanium, qui Symmachi editionem promisit præf. ad Isidori origines. * Novam Symmachi editionem paravit etiam vir doctus *Christianus Gueintzius*, Rector scholæ Hallensis, cui suas in Symmachum observationes misisse se testatur Reinesius pag. 244. Epist. ad Rupertum.

Pareus, Daumio judice, multis in locis Symmachum corrumpit potius, quam corrigit. Non contemnendam tamen operam posuit in lexico, electis, & calligraphia Symmachiana. Prodierunt quoque Symmachi Epistolæ Lugduni Bat. 1653. 12.

IV. C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS, patria non Arvernus, ut Savaroni visum, sed Lugdunensis (*b*) Gallus, Christianus, inter doctissimos suæ ætatis, Græce (*c*) non minus quam Latine peritus, & Poeta non absurdus, post varios honores seculares, quibus Imperator Anthemius eum ornaverat, Anno Christi 472. electus Claromontanus Arvernorum Episcopus obiit A. C. 482. * Alius, & longe quam SIDONIUS antiquior, *doctus* ille *Apollinaris*, de quo Martialis IV. 87. & ad quem Pli-

I 2 nii

(a) Scioppius suas in Symmachum animadversiones surripuisse dicitur Oberto Gifanio. Vide vitam Scioppii confutationi fabulæ Burdonum præmissam pag. 161. seq. Philippi Parei litteras ad Tossanum in monumentis Palatinis A. 1701. 4. Francofurti vulgatis parte 2. p. 463.

(b) Consule Sirmondi notas p. 254. seq. qui etiam videndus de more illius ætatis, quo non contenti prænomine, nomine, & cognomine, quartum etiam adsciscebant, vel quintum quoque. Sane in Epitaphio quod à Pithœo acceptum edidit Vir supra laudes Josephus Scaliger VI. de emendat. temporum pag. 614. dicitur *C. Sollius Apollinaris Modestus Sidonius*.

(c) Hermolaus Barbarus, qui Sidonium Græcarum litterarum inscitia notaverat, castigatur à Jo. Savarone pag. 258. ad Sidon. Porro hujus Sidonii amicus fuit Claudianus Mamertus, qui eum fratrem amantissimum, & eruditissimum virorum vocat, librosque tres egregios de statu animæ diverso tempore scriptos (Barth. 53. 8 Advers.) illi dicavit, qui ejusdem Barthii notis illustrati prodierunt Cygneæ 1655. 8. Idem Barthius 54. 3. huic Claudiano incerta conjectura tribuit librum ad Jovium qui legitur inter opera Paulini. In trascursu etiam notandus error Gvil. Crovvei, qui in elencho interpretum S. Scripturæ p. 65. Apollinarem Sidoninm confundit cum Apollinari Græco Psalmorum Davidis Metaphraste. Sidonium laudat Alanus lib. 3. Anti-Claudiani p. 68.

nii Epistolæ II. 9. & V. 6. Alius quoque C. Sulpicius Apollinaris, Carthaginiensis, Gellio, qui doctorem illum audivit, sæpius laudatus, cujus extrant periochæ Comœdiarum Terentii, & Epigramma in Catalectis veterum Poetarum, quod in Virgilii Æneidem flammis ab auctore suo destinatam composuit. Huic Apollinari in disciplinam datus est P. Helvius Pertinax, grammaticen etiam post eum professus teste Capitolino cap. 1. postea Imperator. De Apollinari, Sidonii Apollinaris (*a*) filio accurate Tillemontius Tom. 16. memor. Eccles. pag. 181. qui etiam de Sidonio ipso præter editores Jo. Savaronem, & Jac. Sirmondum, & Theophilum Raynaudum in Sanctis Lugdunensibus Tom. 8. opp. p. 81. seq. consulendus omnino. Alios Apollinares veterum scriptis claros referre me memini libro V. Bibl. Græcæ cap. 16. Volumine VII. p. 660. seq. Alius *Sidonius* Moguntiacensis Episcopus, ad quem Venantius Fortunatus lib. IX. carm. 9. Tom. X. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 582.

V. Exstant ejus Carmina XXIV. quorum secundi, quinti & septimi locum occupant panegyrici Romæ dicti Anthemio Augusto A. C. 468. secundum Consuli, Majoriano Augusto sub extremum Anni 458. & Avito Augusto Socero A. C. 456. Carmini 14. Epistola ad Polemium, & carmini 22. Epistola ad Pontium Leontium prosa scripta præmittitur. Claudiani non raro insistere vestigiis notavit Sirmondus p. 214. Lapsus ejusdem nonnullos in prosodiam admissos p. 244. * Carmina ante A. C. 472. à Sidonio edita notat Tillemontius Tom. 16. pag. 216. Affectatum scribendi genus in illis reprehendit Barthius ad Claudian. p. 465. seq. 538. 793. 816. 1169.

VI. *Epistolarum libri IX.* post carmina editi, & suadente Constantio Lugdunensi Presbytero, secunda ἐκδόσει (*b*) circa A. C. 478. collecti, quibus etiam passim versus intermixtos videre est. Libri septimi Epistolæ nonæ annectitur sermo, quem Sidonius Biturigis habuit in electione Benedicti Simplicii Episcopi. * Descriptio curiæ Romanæ, quæ in MSS. rectius, ut opinor, tribuitur Hildeberto Cenomanensi, ab aliis refertur ad Sidonium Apollinarem, ut notavit Eduardus Brovvn in tomo secundo fasciculi rerum expetendarum, & fugiendarum editi Lond. 1690. f.

Opera Sidonii deperdita præstantissimus Caveus hæc recenset: (1) *Attilæ Regis, & obsidionis Aurelianensis historiam*, cujus Sidonius in Epistola 15. libri VIII. meminit: sed quam ab ipso inchoatam, non perfectam fuisse, docet eadem Epistola. (2) *Apollinarii*

(a) Alter filius fuit Alcimus, duæ filiæ Severiana ac Roscia.

(b) Vide Sirmondum ad lib. IV. Epist. 10. & Tillemont. Tom. 16. p. 264. & seq.

lonii Tyanei vitam è Græco in Latinum versam; at Sirmondi notæ ad epistolam 3. libri VIII. ubi illius vitæ mentio est, ostendunt à Sidonio intelligi, non versionem, sive interpretationem Latinam, sed Græcæ Apollonii vitæ exscriptionem, quam Euricus ad se mitti postulaverat. (3) *Tractatum adversus quendam dies bonos male ferentem*, cujus operis mentio est in Epist.17. libri V: quod fortasse epigramma fuit, aut non multo longius carmen. (4) *Contestatiunculas* (a) *Megethio Episcopo nuncupatas*. Harum meminit in Epist. 3. libri VIII. quodnam operis argumentum fuerit, non indicat. (5) *Satyram in Pæonium Marcellianæ conjurationis ducem*, de qua sermo est in Epistola ultima libri I. At satyram de qua illic sermo, quicunque titulus fuerit, Sidonius ipse ibi prorsus à se abjudicat. (6) *Librum de Missis*. Memorat quidem Gregorius Turonensis lib. 2. Hist. c. 22. *librum quem de Missis à Sidonio compositis conjunxerat*, id est contexuerat ipse; alium de Missis librum à Sidonio scriptum nemo quod sciam perhibet. (7) *Librum Causarum*. De hoc Sidonii libro nihil comperiri potuimus, nisi forte Caveus respexit ad versum hunc epitaphii Sidonii, *Causarum moderans subinde motus*. At his verbis nihil minus quam liber causarum denotatur. (8) *Panegyricos duos, alterum ad Majorianum, alterum ad Anthemium Impp.* Præter duos qui exstant, unus Anthemii, alter Majoriani, uterque metro scriptus, alium aliquem à Sidonio eorundem Impp. panegyricum scriptum fuisse, divinat, ut putamus, vir doctus. (9) *Epistolas plures*. Notavit Sirmondus gemino loco indicari, primam ipsius Epistolarum editionem non fuisse, quam Constantio nuncupavit, & quam nunc habemus, sed earum aliquot libellos ante Constantianam, sive Constantio suadente susceptam collectionem in lucem emissos. Verum hos etiam libellos complecti potuit Constantiana collectio. Fieri tamen potest, ut cum tam multas Epistolas Sidonius scripserat, nonnullæ interciderint. Num aliud intelligat auctor historiæ literariæ, nescimus. *Hæc Jacobus de la Baune S. J. præfat. ad Tomum I. Operum Sirmondi, in quo Sidonius cum Sirmondi notis splendide recusus exstat Parif.* 1690. *fol.*

VII. Lucem adspexerunt Sidonii carmina, & Epistolæ Mediolani primum A. 1498. cura Jo. Baptistæ Pii, qui in præfatione ad Jo. Franciscum Marlianum equitem Senatorem, & JCtum Mediolanensem civem hæc habet: *Præcipitavimus editionem, in tan-*

(a) *Le mot de* contestatio *signifioit dans les anciens, ce que nous appellons aujourdhui la preface de la Messe (Mabillon. liturg. Gallican. p. 24.) ainsi ces* contestatiunculæ *pourroient bien estre la meme chose que les Messes composees selon Gregoire de Tours par S. Sidoine, qui en forma un livre & y ajouta une preface.* Tillemont. T. 16. p. 277.

tantum ut una diecula elucubraverimus hasce quas vides annotatiunculas, tumultuario, & incondito schedio, Hieronymo presbytero Asulano, divi Joannis Muri, quem vocant, Hierodulo meritissimo, qui ἀγαθῶν θάλασσα est, hoc est bonorum mare. Cujus industria, & erogatione, Sidonii mille voluminum imprimitur. Deinde Basil. apud Henr. Petri A. 1542. 4. & 1597. 8. cum commentariis *Jo. Baptistæ Pii*; hinc ex *Eliæ Vineti* recensione, Lugduni 1552. 8. apud Tornes. Cum *Petri Colvii* (*a*) notis Sidonius prodiit Paris. 1598. 8. cum præstantissimis *Jo. Savaronis* commentariis ibid. 1599. 4. cum *Jo. Vvowerii* observationibus posthumis ex *Geverb. Elmenhorstii* recensione, Hanov. 1617. 8. cum *Jac. Sirmondi* notis doctissimis, Paris. 1614. 8. quæ post ejus obitum, cura Philippi Labbei auctiores exhibentur in edit. præstantissima ibid. 1652. 4. Exstat quoque Sidonius è Sirmondi recensione in Bibliotheca Patrum edit. Lugdunens. tomo VI. sed omissis ejus notis. * De Joannis Wovverii studio, quod jam ab an. 1595. in emaculando Sidonio posuit, nec non de Codicibus per Nansium, Colviumque collatis, vide Jac. Fried. Reimannum in Vvovverii vita Germanice edita p. 135. seq.

VIII. Indices eorum, ad quos Epistolas scripsere Symmachus, & Sidonius.

I. SYMMACHUS.

Car-

(a) Confer Colvii Epist. ad Lipsium quam edidit Tho. Crenius parte 7. animadvers. p. 76. seq.

II. SIDONIUS.

Avi-

Re-

CAPUT XV.

DE MARCIANO CAPELLA & SEVERINO BOETHIO.

Marcianus Capella. 1. *Ejus ætas & libri*. 2. *Editiones*. 3. *Conjectura de loco ipsius*. 4. *Index Scriptorum a Marciano laudatorum*. 5. *Boethii ætas*. 6. *Libri de consolatione Philosophiæ*. 7. *Sacri argumenti scripta*. 8. *alia*. 9. *Boethii Operum editiones*. *ibid. Liber de disciplina scholarium Boethio male tributus*. 10. *Scripta Boethii deperdita*. 11. *Index Scriptorum in operibus Boethii laudatorum*. 12.

I. MARTIANUS MINEUS (*a*) FELIX CAPELLA (*b*) patria, ut Cassiodori (*c*) testimonio viri docti notarunt Madau-

(a) Jo. Sarisberiensis lib. 2. c. 19, Policratici: *quorum neutrum, teste Mineio, Astrologia regulis invenitur adversum*.

(b) Capellam ab acumine ingenii ita dictum esse ait Jacobus Gaddius de scriptoribus non Ecclesiasticis T, 1. pag. 145. Fuerunt autem alii quoque hoc nomine, ut (1) Capella elegorum poeta, de quo Ovidius IV. 16. è ponto: *clauderet imparibus verba Capella modis*. (2) Julius Capella (Κάπελλος) cujus meminit Flavius Josephus in vita sua p. 1000. (3) De alio Juvenalis V. 155. *Discit ab hirsuto jaculum torquere Capella*; ita enim legendum cum Yvone Villiomaro p. 137. (4) Antistius Capella literator qui Commodum Imp. teste Lampridio c. 1. docuit. (5) Capella à quo *ruta Capelliana*, Martial. XI. 32. (6) C. Alburius Capella VI. Vir, in veteri Inscriptione apud Gruterum p. 350. 5. Ceterum falli puto Glandorpium, qui in præclaro opere quod Onomasticon Romanum inscripsit p. 338. scribit *Capellam patre natum Felice, è Martis curia, unde illi cognomen Marciano*. Aliud certe sibi volunt Capellæ verba in extremo libri ultimi:

——— ——— ---- utque è Martis curia
Felicis inquit sed Capella flamine
Indocta rabidum quem videre secula
Jurgis caninos blateratus pendere
Pro consulari jura dantem culmine
Ipsoque dudum bombilatore flosculo.
Decerptum falce jam canescenti rota
Beata alumnum urbs Elissa quem videt.

(c) Hugo Grotius in notis: *Carthaginiensem indicant libri omnes Manuscripti, Cassiodorus tamen Madaurensem appellat*.

Madaurensis, etsi in libri ultimi extremo ipse prædicat se urbis Elissæ alumnum, unde eum Carthagine vixisse, vel saltem educatum fuisse cognoscimus; Vir proconsularis, longeque diversus à Marciano JCto, quem Alexandri Severi temporibus celebrem fuisse constat. * Marcianum laudat Scotus Erigena libro tertio de divisione naturæ pag. 147. 148. Honorius Augustodunensis lib. 2. de Philosophia Mundi cap. 5. ubi Hispanum videtur innuere, fortasse Carthagine Hispaniæ non Africæ ortum ratus. Meminit & libri de nuptiis Mercurii & Philologiæ Petrus Blæsensis Epist. 101. & auctor libelli de disciplina scholarium (non Boethius sed Thomas Cantipratanus) reponit Marcianum inter scriptores indagandos memorialique cellulæ commendandos. Gregorius Turonensis libro decimo historiarum extremo: *Quod si te, sacerdos DEI quicunque es, Marcianus noster septem disciplinis erudiit, id est si te in* Grammaticis *docuit legere, in* Dialecticis *altercationum propositiones advertere, in* Rhetoricis *genera metrorum agnoscere, in* Geometricis *terrarum linearumque mensuras colligere, in* Astrologicis *cursus siderum contemplari, in* Arithmeticis *numerorum partes colligere, in* Harmoniis *sonorum modulatione suavium accentuum carminibus concrepare: si in his omnibus ita fueris exercitatus, ut tibi stilus noster sit rusticus, nec sic quoque deprecor ut avellas quæ scripsi.* Ex quo loco prælectos in scholiis & juventuti ediscendos propositos Capellæ libros colligunt viri eruditi, quod ex Joanne Sarisberiense etiam & Nicolao de Clemangis observat Barthius p. 32. ad Claudianum, ubi exinde factum opinatur ut tot mendis contaminata scripta Marciani, carmina præcipue ad nos pervenerint, quod toties descripta novis semper erroribus per librarios corrumperentur, *quibus exosa erant omnia, ad rem ut opinio erat, non facientia, nec tot modi & genera metrorum cujusquam fere captum subibant, consuetudine accedente quæ paganismum talibus indeclinabilem adscriberet.* Ad verba Capellæ, quibus *Pegaseo se gurgite haurire* ait, idem Barthius p. 8. ad Britonem annotat, *tempestate pluvia sane & luculento vase hausisse.* Adde pag. 110. Eodem Barthio judice Marcianus Capella *medii ævi scholas tenuit, adolescentiæ prælectus: itaque ultra nativa vitia insititiis pessime corruptus est. Tota poesis distorta & stribliginibus persita. Solinum in Geographicis, alios aliis artibus exscribit, unde & ii & ipse potest corrigi. Rhetoricam etiam & dialecticam Musicamque alibi* κατὰ λέξιν *sæpe offendes.*

II. Scripsit Romæ, ut par est credere temporibus (a) Leonis Thra-

(a) Aliquanto Juniorem facit Vossius lib. de Poetis Latin. & de scient. Mathem. Christianus fuisse videtur Barthio p. 517. Adversar. quod Gregorii Turonensis quoque testimonio videtur confirmari.

Thracis, cum jam ipse ætate provectus esset. Sed scripsit, ut est mos Afrorum, dictione aspera, semibarbara (*a*) quandoque & difficili Satyram prosa oratione, interjectis passim varii metri carminibus, quod scribendi genus longe felicius posteà imitatus Boethius est (*b*) etsi in Marciano quoque doctrinæ & ingenii vestigia non proletaria offendantur. Satyra *Capellæ* (c) *novem libris* absolvitur, quorum *duo priores* continent Philosophiæ ἀποθέωσιν, sive delectabilem fabulam *de nuptiis* (d) *Philologiæ & Mercurii*, à quibus p. 16. merito excludit discordiam ac seditionem, quas Philologiæ semper inimicas fuisse vere affirmat. *Reliqui septem, singuli singularum artium liberalium laudes ac præcepta complectuntur*, atque ut Gregorii Turonensis verbis supra relatis utar, *in grammaticis docent legere, in Dialecticis altercationum propositiones advertere, in Rhetoricis persuadere, in Geometricis terrarum linearumque mensuras colligere, in astrologicis cursus siderum contemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus concrepare.*

III. Hoc Satyricon Justiniani Imp. temporibus dicitur emendasse *Securus Melior Felix*, qua de re vide Vossium de Hist. Lat. p. 713. & Sirmondum ad l. 1. Ennodii Ep. 19. Expositionem MS. *Jo. Scoti* A. C. 875. defuncti in Capellam memorat Labbeus p. 45. Bibl. novæ MSS. *Alexandri Necham* clari circa

A. C.

(a) Vossius lib. 1. de Analogia cap. 7. *Mire hallucinatur* (Ramiresius de Prado ad Martial.) *cum scriptorem hunc semibarbarum appellat. bonum latinitatis auctorem*. Lud. Vives lib. 3. de ratione dicendi judicium ferens de Sidonio ac Capella, eorum prosam absurdissimam esse, versum non penitus rejiciendum affirmat.

(b) In vetertimo MSto Bibl. Laurentianæ, libris Boethii de consolatione Philosophiæ hic prologus præmittitur teste Jo. Mabillonio, qui dicitur compositus, vel à Q. Fabio Cos. vel à Boethio ipso, vel quod est verius à quodam Scotigena i.e. discipulo Boethii. *Tempore Theodorici Regis insignis auctor Boethius claruit, qui virtute sua consul in urbe fuit. Cum vero Theodoricus Rex voluit Tyrannidem exercere in urbe ac bonos quosque in Senatu neci daret, Boethius ejus dolos effugere gestiens, quippe qui bonis omnibus necem parabat, videlicet clam litteris ad Græcos missis nitebatur urbem & Senatum ex ejus impiis manibus eruere & eorum subdere defensioni; sed postquam à Rege reus Majestatis convictus est, jussus est retrudi in carcerem, in quo repositus. hos libros per Satyram edidit imitatus videlicet* Marcianum Felicem Capellam, *qui primus libros de Philologia & Mercurii nuptiis eadem specie poematis conscripserat. Sed iste (Boethius) longe nobiliore materia & facundia præcellit, quippe qui nec Tullio impar sit, nec Virgilio in metro inferior floruit.*

(c) In dictionario Historico Ludovici Moreri perperam excusus est septem librorum numerus.

(d) Conf. Vvovverii commentarium de Polymathia cap. 19. & Marqu. Gudii Epistolas p. 211. Allegatur Felix Capella libro de nuptiis Mercurii & Philologiæ à Fulgentio de prisco sermone in *cælibatum*. Anonymi carmen leoninum de nuptiis Mercurii & Philologiæ memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 66. Ad Capellæ exemplum Jo. Boræus scripsit nuptias JCti & Philologiæ, Paris. 1651. 4.

A. C. 1230. commentarium Lelandus pag. 214. de Scriptoribus Britannicis. *Remigii Antisiodorensis* (vixit circa A. 888.) commentarios in Marcianum Capellam manu exaratos habuit Jac. Perizonius, legavitque Bibl. publicæ Leidensi. MStum Capellæ codicem optimæ notæ, qui locis etiam Grotio judice desperatissimis medetur, *glossis* ineditis illustratum memorat Jo. Frid. Gronovius Epistola ad Casparem Hofmannum, inter Epistolas Georgii Richteri p. 561. Glossæ hujuscemodi MSS. servantur Lipsiæ in Bibl. Amplissimi Senatus. Ut vero publice hodie extet, acceptum ferimus Thaddæo (*a*) Ugoleto Italo, quem minores Quintiliani declamationes in lucem protraxisse supra diximus. Prodiit Vicentiæ A. 1499. per Henricum de S. Urso cura Francisci Vitalis Bodiani, qui in Epistola ad Joannem Chæregatum Episcopum Catharensem supra duo millia errorum emendasse se testatur. Vicentinam excepit editio Mutinensis A. 1500. fol. per Dionysium Berthocum Regiensem, quæ utraque editio apud me est. Basileæ quoque editus est Capella ap. Henricum Petri A. 1532. fol. & Lugduni 1539. 8. sumtu heredum Simonis Vincentii excusa à Matthia Bonhomme, atque cum Isidori Originibus aliisque scriptis veterum, & Bonov. Vulcanii Scholiis Basil. 1577. f. Præstantissima hactenus editio *Hugonis Grotii* est, qui editionem A. 1592. (*b*) memorat, & admodum puer, annos non plures 14. natus Scriptorem hunc recensuit, notisque illustravit Lugd. Bat. 1599. 8. Multa adhuc restant in Marciano, quæ Delio notatore indigere videntur. Ea emendatum & illustratum iri speramus à Theodoro Gorallo, sive qui sub hoc nomine latet Joanne Clerico V. C. quem cum voluptate intellexi novam (*c*) Capellæ editionem moliri. * Jo. Clericus V. C. veluti consilium edendi quod prius in animo habuerat Capellæ abjecisset, T. 21. Bibl. Selectæ p. 375. seq. testatur *Josephum Vvasse*, (*d*) Cantabrigiensem (illum, cui præclaram Sallustii editionem debemus) in expoliendo & illustrando Capella studium & operam posuisse. Librum nonum in tomo secundo septem antiquæ musicæ autorum edidit & emendavit vir clarissimus Marcus Meibomius Amstelod. 1652. 4. Amicus & civis Gyraldi

(a) Vide Laur. Pignor. p. 59. Epist. Mediceum codicem Capellæ MS. laudat Politianus cap. 59. Misc. Jo. Scoti Erigenæ expositio in Marcianum Capellam exstat in Bibl. Cottoniana. Alibi ut in Bibl. sereniss. Regiæ Angliæ, occurrit commentarius Dunchanti Pontificis Hibernensis.

(b) Editio Lugdunensis 1592. 8. fuit in Bibl. clariss. Almelooveenii.

(c) Vide T. 3. Bibl. selectæ p. 368.

(d) Ex Clariss. Vvassii litteris memoriæ Trevoltinæ A. 1716. p. 180. *J'ay preparé pour l' impression Lactance, & Marcianus Capella conferé avec de bons MSS.*

Gyraldi, quem ille dial. 4. de Poetis ait commentarium in Capellam ſcribere conatum eſſe, ni fallor fuit Baptiſta Guarinus. Non pauca Capellæ loca emendavit illuſtravitque præter Salmaſium ad Solin. Thomas Munkerus notis ad Mythologos latinos, memorans etiam gloſſam interlinearem quæ huic ſcriptori in veteribus libris adjuncta legitur. In Catalogo Bibl. Carpzovianæ parte 2. p. 141. fertur editio Lugdunenſis A. 1658. 8. hoc titulo: *Martiani Capellæ artes liberales ad mentem veterum explicatæ*. Capellam frequenter imitatur Saxo Grammaticus, ut docet Stephanius, prolegomenis ad Saxonem c. XIX. & in notis paſſim. * Celeberrimo Huetio inſtigante illuſtris *Leibnitius* de Marciano Capella cum notis in uſum Delphini edendo cogitavit, nec à propoſito deſtitiſſet, niſi per malevolorum malitiam, quæ in chartam conjecerat, clam ſurrepta fuiſſent, ut tradit auctor elogii Leibnitiani inſerti Actis Eruditorum A. 1717. p. 327. Fertur in quibuſdam Bibliothecis, *Udalrici Bavenbergienſis epitome artis dictandi* ſive *Rhetoricæ*, ex variis auctoribus, Cicerone potiſſimum, Quintiliano, & Capella decerpta ad Godeſchalcum, quem in prooemio verſibus leoninis ſcripto in hunc modum alloquitur:

Hæc Godeſchalce tibi noſtro cariſſime cordi
Immo pars animæ, rerum dulciſſime, noſtræ
Dimidiumque fere, vigili collecta labore
Offerimus. Nugis rogo non offendere noſtris &c.

Idem hic eſt Udalricus, ex cujus Codice diplomatico nonnulla vulgavit Gretſerus in divis Bambergenſibus & in veteribus pro Gregorio VII. opuſculis, integrum ex Cæſareo Codice edere promiſerunt Lambecius (*a*) & Neſſelius, editum deinceps ex MS. Zuvetalenſi præclaræ Viri inſignis Bernardi Pez (*b*) Monachi Benedictini induſtriæ debebunt ſtudioſi.

IV. In tranſcurſu hic ſubjicere juvat conjecturam de loco Capellæ, quem Vir ſummus Joſ. Scaliger p. 113. ad Euſebium negat ſe unquam aſſequi potuiſſe. Libro 3. p. 58. Z *vero literam Appius Claudius deteſtatur, quod dentes mortui dum exprimitur imitatur*. Nempe (*c*) Z juxta Verrium aliosque Grammaticos componitur ex d & s incipitque a littera d. uti X. à litterà c. Ds itaque pronunciatum imitatur dentes mortui compreſſos. Sed hæc ab

(2) Vide Lambecii Catalogum ſcriptorum edendorum pag. 48.

(3) Acta Erud. A. 1717. p. 30. 316. 432. A. 1718. pag. 345. & A. 1721. ubi Pezii theſaurus anecdotorum recenſetur.

(4) Paulo aliter Lud. Moreri in lexico: *les dents de celui, qui pronence cette conſone reſſemblent à celles d'un mort, tant le ſon en eſt foible & bas.*

ab hoc loco nimis aliena ſunt, quare inſtitutum noſtrum proſequamur.

V. Index Scriptorum à Marciano Capella laudatorum.

Ad paginas edit. Grotianæ.

Mi-

(a) Papia Poppæa. Vide Augustinum de Legibus Rom. p. 1241. T. 2. thesauri Ant. Rom.

VI. ANICIUS MANLIUS TORQUATUS SEVERINUS BOETHIUS, (*a*) Romanus Scriptor Christianus seculo post Christum natum sexto ineunte, summis honoribus functus, cum Theodorici Gothorum Regis Tyrannidem impedire conatus esset, Ticinium in exilium missus est, cujus rei Theodulfus (*b*) Aurelianensis meminit his verbis;

Ipse Severinus magna est dejectus ab urbe
Consul Romana clarus ab arce procul.

Ticini cum Socero (*c*) in carcerem detrusus postquam paulo supra

(a) Alii Boethii in veterum monumentis celebrati colliguntur à Bisciola lib. 3. horarum subsecivarum cap. 5. quibus adjici plures possunt. (1) Boethus pictor ap. Plin. (2) Boethus Tarsensis poeta de quo Strabo lib. 14. (3) Boethus Stoicus Ciceroni memoratus. (4) Boethus Peripateticus Sidonius Strabonis συμφοιτητὴς Diodori Sidonii frater, teste eodem Strabone lib. 16. (5) Alius Boethus Peripateticus Vir Consularis, & Galeni qui libros illi quosdam dicavit amicus. (6) Boethus præfectus prætorio sub Valentiniano II. occisus teste Cassiodoro in Chron. & Paulo Diacono lib. 15 (7) Boethus Platonicus auctor lexici duplicis in Platonem de quo Photius cod. 154. seq. (8) Vulfinus Boethius, Episcopus Pictaviensis circa A. C. 830. qui scripsit de vita & reliquiis Juniani Nobiliacensis.

(b) Lib. 4. carminum p. 221. edit. Sirmondi. Adde Paulum Diaconum lib. 17. & excerpta antiqui autoris, quæ cum Ammiano edidit Valesius. Gerberti Episcopi Epigramma in statuam Boethii ab Ottone III. positam lib. 2. Poematiorum veterum à Pithœo collectorum p. 55.

(c) Uxor quoque *Elpis* Boethium in exilium comitata est, ut constat ex ejus Epitaphio, quod affert Gyraldus Dial. 5. de Poetis, ubi illam litterarum & poetices laude celebratam fuisse ostendit ex duobus ejus qui exstant hymnis in Apostolos non vulgari stylo, quorum unus incipit: *Aurea luce*. Alter vero: *Felix per omnes*. Ceterum in carcere Boethius libros de consolatione scripsisse traditur, velut aliis quoque contigit eruditis, carcere pro Museo uti, cujus rei exempla habes in Vignolii Marvillii T. 1. Misc. litterar. p. 185. seq. & in Actis eruditor. 1693. p. 365. Quid vero in mentem venit H. Glareano, ut præf. ad Boethii opera suspicaretur consolationem non ipsius Boethii esse. *Atqui si quæras*, inquit in præf. Operibus Boethii præmissa ad Fuggerum, *quem auctorem ejus operis putem, haud facile dixerim; conjectura tamen haud exigua colligimus fuisse aliquem non indoctum aut*

ſupra ſemeſtris ſpatium in eo vitam produxiſſet, petens ſolatium à Philoſophia & literis, A. C. 524. juſſu ejuſdem Theodorici eſt interfectus. Vir utraque lingua doctiſſimus, verſuum quos compoſuit ſuaviſſima gravitate paucis comparandus & in omni Philoſophiæ genere excellens. *. In veteribus lapidibus & monumentis jam BOETHIUS, jam BOETIUS ſcriptum invenitur, ut notavit Sirmondus ad Ennodium p. 31. Boethius vir clariſſimus & illuſtris, exConſul ordinarius & Patricius cum Theodorici Gothorum regis, miniſtrorum Conigaſti, Triguillæ, aliorumque Tyrannidem impedire conatus eſſet, Ticinum in exilium miſſus eſt, cujus rei meminit Modoinus Epiſcopus Epiſtola ſolatoria ad Theodulfum Aurelianenſem exulem, libro IV. Theodulfi carm. IX. Tom. 14. Bibl. Patrum Lugd. pag. 48. Boethii Conſulis diptychon aſſervatur Brixiæ à Julio Barbiſono, è Congregat. Orator. Vide ejus iconem deſcriptam ære & erudite illuſtratam in Diario Veneto, Giornale de' letterati d' Italia Tom. 28. pag. 39. ſeq. Alius Boethius Primas Byzacenæ in Africa Provinciæ, de quo Sirmondus ad Facundum T. II. Opp. pag. 838. E recentioribus memorandus & Anſelmus Boethius, qui de lapidibus pretioſis ſcripſit. Uxor *Elpis* Boethium in exilium comitata eſt, ut conſtat ex ejus epitaphio, quod exſtat Romæ in porticu S. Petri, affertque Gyraldus Dial. 5. de Poetis. Epitaphium illud etiam hoc loco integrum apponere juvat ex Præfatione Renati Vallini, quoniam illud in editione A. 1671. eſt omiſſum.

Helpes dicta fui Siculæ regionis alumna,
Quam procul a patria conjugis egit amor:
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora,
Nec ſolum caro ſed ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito
Majorique animæ parte ſuperſtes ero.
Porticibus ſacris jam nunc peregrina quieſco
Judicis æterni teſtificata thronum.
Ne qua manus buſtum violet, niſi forte jugalis
Hæc iterum cupiat jungere membra ſuis.
Ut thalami tumulique comes nec morte revellar
Et ſocios vitæ nectat uterque cinis.

In penultimo verſu male *revellat* legitur in inſcriptionibus

K 2 Gru-

ant aliquot potius doctos qui in gratiam optimi Viri hujuſmodi lamentationem inſtiterint velut funebre ſolatium injuſto caſo. Nam Boethium haud quaquam tam ſtupidum fuiſſe putandum eſt, cum in carcere detineretur, ut tyrannica injuria meminiſſe tam importune voluerit.

Gruteri p. MCLXVI. 6. & Philippi Labbei thesauro Epitaphior. parte 2. n. 51. De Boethii Epitaphio, quod adhuc Papiæ sive Ticini cernitur, vide Joannis Peringskiold notas ad vitam Theodorici a Jo. Cochleo scriptam p. 537. Stockolmiæ A. 1699. 4. Altera Boethii uxor fuit *Rusticiana*, de qua Procopius III. 20. de bello Gothico: Symmachi, qui A. C. 485. Consul fuit, filia, materque plurimorum liberorum, è quibus duo filii, Q. Aur. Anicius Symmachus & Anicius Manlius Severinus Boethius consules fuere A. C. 522. Theodoricum suæ in Boethium iniquitatis sero deinde pœnituit. Vide Procopium L. I. Historiæ Gothicæ. Boethium una cum socero suo Symmacho fuisse capite truncatum scribit auctor vitæ S. Solangiæ Tom. II. Act. Sanctorum Maji p. 594. atque inde pingi caput suum manu portantem. Gerbertus sive Silvester II. Pontifex:

- - - gladio bacchante Gothorum
Libertas Romana perit, tu Consul & exul
Insignes titulos præclara morte relinquis.

Vide etiam quæ notat Papebrochius Tom. 6. Maji pag. 704. seq. & Jo. Peringskiold ad vitam Theodorici p. 566. De rebus Boethii præ cæteris diligenter egit auctor Historiæ ejus in tres divisæ libros & Gallice nuper editæ, *Histoire de Boece, Senateur Romain, avec l'analyse de tous ses ouvrages, des notes & des dissertations Historiques & Theologiques*. Paris. 1715. 12. quinque voluminibus. Vide Ephemerides literarias Paris. 1716. pag. 330. seq. Male pag. 331. Boethius dicitur natus A. C. 407. opinor typographi errore pro 467.

VII. Exstant ejus *De Consolatione Philosophiæ libri V.* (*a*) elegantissimi, soluta partim oratione, partim versibus (*b*) scripti. * Boethii de Consolatione Hincmarus quoque Librum memorat, non libros Tom. I. pag. 211. de prædestinat. contra Godeschalcum & T. II. pag. 62. *quidam catholicus & sapientiæ ac scientiæ multæ Philosophus in quodam suo Libro &c.* Joannes Sarisberiensis VII. 15. Policratici; *Si mihi non credis, liber de Consolatione Philosophiæ revolvatur attentius - - sine difficultate profundus*

(a) in Ælfridi Regis versione non in quinque libros sed capita 42. hoc opusculum distinguitur, ut distinctio in libros fortasse non sit ab ipso Boethio. Confer Goldastum ad Paræneticos veteres.

(b) In metris Boethius fere semper imitatur & exprimit Senecæ Tragœdias, ut Sitzmannus in Epistola ad Putschium testetur nullum fere esse versum in Boethio, qui non è Seneca desumtus videatur. Gaddio quidem judice T. 1. de scriptoribus non Ecclesiasticis p. 206. unumquemque Platonis Dialogum seorsim superat, etsi omnibus ejus dialogis conjunctim sumptis debet concedere. Quod ridiculum mihi videtur Gadii judicium.

dus in sententiis, in verbis sine levitate conspicuus: orator vehemens, efficax demonstrator, ad id quod sequendum est nunc probabiliter suadens, nunc quasi stimulis necessitatis impellens. Praeclarum de Boethio Julii Caesaris Scaligeri judicium exstat libri VI. Poetices pag. 761. *Boethii Severini ingenium, eruditio, ars, sapientia facile provocat omnes auctores, sive illi Graeci sint, sive Latini. Seculi barbarie ejus oratio soluta deterior invenitur: at quae libuit ludere in poesi, divina sane sunt. Nihil illis cultius, nihil gravius. Neque densitas sententiarum venerem, neque acumen abstulit candorem. Equidem censeo paucos cum illo comparari posse. Valla docet cum latina loqui: at Vallam Boethius bene sapere.* De Consolatione Philosophiae eximium opus in Carcere Boethius composuit, quod multis aliis contigisse eruditis, ut carcere pro museo uterentur, observant Gabriel Naudaeus in panegyrico quem ad Urbanum VIII. de liberato Campanella A. 1632. dixit, & A. 1644. 8. Parisiis edidit, pag. 149. seq. Vignolius Marvillius Tom. 1. Misc. literar. editorum Gallice Tom. 1 pag. 185. seq. Acta Eruditor. A. 1693. pag. 365. Rev. Jo. Christoph. Wolfius noster in carcere eruditorum museo, Witeb 1710. Jo. Georgius Betulius sive Burchardus Epistola ad amicum de relatione itineris. C. H. E. D. (*a*) p. 55. seq. Sic scripta in carcere elucubrarunt ex priscis Socrates, (*b*) Anaxagoras, Philoxenus Tragicus, S. Ignatius, Phileas (*c*) Thmuitanus Episcopus, Oribasius Medicus, Gauterius sive Galterius Antiocheni belli scriptor; (*d*) Joannes de Rupescissa, (*e*) Jo. Beccus sive Veccus Patriarcha CPol. E recentioribus Balthasar Alamus, Franciscus Bassompetreus, Franciscus Baco de Verulamio, Stephanus Bathorius (*f*) Jo. Bradefortius, Sain Bremont (*g*) Barnabas Brissonius, Georgius Buchananus, Tho. Campanella, Carolus I. Angliae Rex, Michael Cervantes, Tho. Cranmerus, Nic. Fouquetus, Martinus Frechtus, Nicod. Frischlinus, Gilbertus Gualminus, Guil. Gnapheus, Joanna Graja, (*h*) Petrus Greifenfeld, Hugo Grotius, Detlevus Comes de Holken qui Svetonium Germanice in carcere transtulit, Balthasar Henckelius cujus Epistolae carcerales prodiere Holmiae An. 1640. Rex Scotiae

K 3 tiae

(a) Christiani Henrici Erndt, Dresdensis.
(b) Vide Synesium in Dione pag. 59.
(c) Eusebius Hist. Eccles. pag. 304.
(d) Miraeus auctario de scriptoribus Eccles. pag. 61. edit. à me curatae.
(e) Trithemius cap. 611. de S. E.
(f) Act. Er. 1711. pag. 150.
(g) Lettres de Mr. Bayle Pag. 106.
(h) Acta Erud. 1708. pag. 503.

tiæ Jacobus VI. postea Angliæ inter Reges Jacobus I. Joannicius Hieromonachus Cartanus, à quo liber ἀπὸθος conscriptus in carcere, (*a*) Leonhardus Keyser, Hieron. Magius, Margareta Henrici IV. Galliæ Regis conjux, Andreas Matthæus Adriæ princeps, Tho. Morus, Nicolaus Florentinus, (*b*) Paulus Pelissonius, Caspar Peucerus, Platina cujus libri tres de falso & vero bono, in carcere exarati sunt, Rogerius Rabutinus, Comes de Bussy, Nicolaus Ridley, Hieron. Savonarola, Jo. Serranus, Stephanus Szegedinus, Turennius, Wicquefortius, (*c*) in cujus memoriarum de legatis prima editione litteræ in titulo adscriptæ L. M. P. denotant *le Ministre prisonnier*.

Jo. Mabillonius pag. 221. itineris Italici, de Boethio, inquit, ejusque libris de Consolatione Philosophiæ in veterrimo codice Laurentianæ apud Florentiam Bibliothecæ hæc præmittuntur litteris Saxonicis: QUINTUS FABIUS CONSUL FECIT HUNC PROLOGUM: VEL BOETIUS IPSE, VEL QUIDAM SCOTTIGENA, ID EST DISCIPULUS BOETII. *Tempore Teotrici regis, insignis auctor Boetius claruit, qui virtute sua Consul in urbe fuit. Cum vero Teotricus rex voluit tyrannidem exercere in urbe, ac bonos quosque in Senatu neci dare; Boetius ejus dolos effugere gestiens, quippe qui bonis omnibus necem parabat; videlicet clam litteris ad Græcos missis, nitebatur Urbem & Senatum ex ejus impiis manibus eruere, & eorum subdere defensioni. Sed postquam à Rege reus majestatis convictus est, jussus est retrudi in carcerem; in quo repositus hos libros per satyram edidit, imitatus videlicet Martianum Felicem Capellam, qui primus libros de nuptiis Philologiæ & Mercurii eadem specie poematis conscripserat. Sed iste longe nobiliore materia & facundia præcellit, quippe qui nec Tullio impar sit, nec Virgilio in metro inferior floruit*. Hæc ibi. In eandem sententiam vide, si placet quæ Anonymus Mellicensis de Scriptor. Eccles. c. XV. Versus quidam Boethii è lib. III. metro 9. citantur in specululo quod legitur Augustino suppositum in tomo VI. Operum Augustini p. 627. edit. Amst. Barthius ad Claudian. pag. 147. edit. primæ testatur se ex Biblioth. Martisburgica accepisse MS. Codicem Boethii de consolatione, in cujus statim primo carmine duo sint versus à nemine ullo hactenus visi. Hos *Anglosaxonice* quondam liberiore paraphrasi transtulerat Ælfridus Rex, qui obiit A. Chri-

(a) Crusii Turcogræc. pag. 199.

(b) Hunc inter eos qui in carcere libros scripsere refert Naudæus in panegyrico ad Urbanum VIII. pag. 154.

(c) Lettres de Mr. Bayle p. 144.

Christi 906. Prodiit illa translatio è Francisci Junii apographo cura Christophori Ravvlinson, Collegii Reginæ Socii. Oxon. 1698. 4. * In Alfredi Regis versione *Anglosaxonica* habes carmina reddita primum sermone prosario, deinde versibus. Utramque metaphrasin Ravvlinsonus in sua editione exhibuit, priorem è Bodlejano, alteram è Cottoniano Codice MS. *Græce* vertit Planudes, ex cujus interpretatione nonnulla profert Lambecius lib. 7. commentar. de bibl. Vindobonensi p. 145. seq. * Græca Boethii versione, quam *Maximus Planudes* adornavit, MS. ex Bibliotheca Regis Christianissimi Vallinus quoque usus est. Codex pulcherrimus Patavii donatus Monasterio S. Justinæ, fuit in Bibl. Cancellarii Seguierii. Vide Celeberr. Montfauconi Bibliothecam Coislinianam pag. 140. *Hebraicam* versionem R. Samuelis Ben *Banschat* (בנבשת *Banastum* vocat Bartoloccius T. 1. Bibl. Rabbinic. p. 503. in Vaticana Mstum haberi testatus) memorat Hottingerus Bibl. Oriental. p. 28. * Consule Rev. Wolfii nostri Bibliothecam Hebraicam Tom. 1. pag. 229. 1092. sed & pag. 243. 354. 369. Omitto *Italicas* translationes Thomæ Tamburini, Panorm. 1657. 12. & Benedicti Varchi, elaboratam jussu Cosmi I. magni Hetruriæ Ducis Florent. 1551. 4. & 1584. 12. cum notis marginalibus Roberti Titii: *Anglicam* (a) Mich. Walpolns, *Germanicas*, *Belgicasque & Gallicas*, sive editas illas, sive ineditam Jo. Clopinelli, cujus specimen exstat in Verderii Bibl. Gallica pag. 676. & *Hispanicas* Antonii de Genebrada, Alberti de Agrayo, & Augustini Lopesii qui notas addidit Pinciæ 1598. fol. & 1604. Ex Kielmanniana auctione nactus sum Boethium cum *Belgica* versione Anonymi carminum metrica & prosarum prosaria, atque amplo commentario Belgico, excusum Gandavi apud Arend de Keyser. A. 1485. fol. singulis libris in meo exemplo præfixo icones calamo non ineleganter delineatæ. Ut specimen interpretationis habeas, en tibi metrum 1. libri 1.

Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis heu mœstos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ,
Et veris elegi fletibus ora rigant.

Ban Breugden screef ic misen eer
Mat ic dichte hets laes al seer,

K 4 Dus

(a) Elisabetham quoque Angliæ Reginam hos Boethii de consolatione Philos. libros Anglice vertisse testatur Vossius in dedicatione Aristarchi, & ante Vossium Cambdenus. Æmulati Boethium sunt Bernhardus Sylvester de planctu animæ, & Alanus de Insulis de universitate Mundi.

Dus es verfeert dat eerste scriven,
Dat ic des moet myn oghen mriden.

Recentiores versiones Belgicæ sunt quæ vidit lucem Dordraci 1654. 12. & novissima M. Gargonii Amst. 1703. 8 de qua vide Diarium Belgicum illius anni, Boeksaal van Europe Tom. 2. p. 489. *Hispanica* Augustini Lopesii excusa est Pinciæ sive Vallisoleti 1598. fol. & 1604. fol. *Germanicæ*, Boethii de Consolatione plures exstant, ut quæ Norimb. 1600. 12. prodiit. Sed præferenda cæteris præclara illa Christ. Knorrii de Rosenroth, quæ auctoris nomine prætcrito Solisbaci A. 1667. 12. prodiit & 1697. recusa Luneburgi. Inter *Gallicas* præstantissima est Nicolai Regnierii, Canonici Regularis quæ A. 1675. primum lucem vidit & sæpius deinde prælo subjecta est, ut Bruxellis 1711. 12. De veteri Jo. Clopinelli de Meun sive Mehun, ad Philippum IV. Galliæ Regem, cum Guilelmi le Roy versione Gallica Æneidos Virgilianæ, edita Lugduni 1483. fol. vide Sorellum Bibl. Gallicæ pag. 195. & Mich. Maittaire Annales typographiæ pag. 171. Etiam alteram Joannis de Cis sive de Cys, aut ut alii de This, Poetæ antiqui Gallici metaphrasin memorat Franciscus a Cruce pag. 216. Bibl. Gallicæ. Johannis de Meun sive Mehun, id. p. 247.

Boethii imitatione *EcKardus*, quem A. 1150. constat obiisse, scripsit Laternam sive Consolationem monachorum libris V. laudatam Trithemio cap. 378. de S. E. & II. 107. illustr. Benedictin. *Joannes Gerson* Cancellarius Parisiensis Libros IV. de Consolatione Theologiæ, qui leguntur Tom. I. Opp. edit. novæ à Lud. Elia du Pin curatæ pag. 125. His jungendus liber *le Roman de fortune*, (a) *& de felicité sur Boece de Consolation composé A.* 1336. *par frere Regnault de Lovens des freres prechans*. *Galfridus* etiam *Chaucerus* ad Boethii exemplum de consolatione Philosophiæ librum composuit Anglice, soluta oratione, ut refert Jo. Lelandus de scriptoribus Britannicis pag. 424 ut *Cerisierii* Consolationem Theologiæ, scriptam Gallice prætercam. Argumentum horum Boethii librorum eleganter & succincte complexus est Jo. Clericus V. C. T. XVI. Bibl. selectæ pag. 239. seq.

Petri de Alliaco MSS. commentariorum in hos libros meminit Jo. Launojus Tom. 2. Histor. Academ. Navarr. p. 479. Prodiit hoc opusculum Boethii cum *Jodoci Badii* Ascensii notis Parif. 1495. & 1502. 4. cum commentario *Thomæ* (b) Aquinatis Norimberg. 1473-1476.

(a) Journal. des Savans A. 1718. Aout p. 140. seq.

(b) Rectius Thomæ Anglico tribuitur hic commentarius. Vide Renati Vallini notas pag. 60. & Petri Callyi præf. ad Boethium. Nicolai Traves Anglici Ord. Prædicator. glossulas memorat Labbeus Bibl. MSS. p. 276. Confer Veteres glossas editas à Barthio LVI, 10. Adversar.

1476. 1495. fol. per Ant. Coburger. & Colon. 1481. fol. Lovan. 1484. 1487. 1495. 1499. fol. Lugd. per Jo. de Prato 1487. fol. & 1490. & additis Jodoci Badii Ascensii notis 1514. 4. & inter Doctoris Angelici opera, T. 18. Venetæ & Antu. editionis. * Exstat etiam Thomæ Commentarius in editionibus operum Boethii Venet. 1491. 1499. & Basil. 1546. 1570. fol. Feruntur præterea commentaria literalia & mystica *Dionysii Carthusiani*, Tomo tertio ejus operum, Colon. 1540. fol. Nec non *Raymundi Palasini* Albiensis, dicti *Valderici &c.* Cum commentariis *Jo Murmelii* & *Rudolphi Agricolæ*, Daventr. 4. & inter alia Boethii opera Basil. 1536. 1570. fol. Præterea è recensione *Theodori Pulmanni*, Antvv. 1562. 1580. 1590. 12. & Lugd. 1581. forma minore; & cum animadversionibus *Jo. Bernartii* Antvv. 1607. 8. & eodem anno eademque forma Hanoviæ cum observationibus eximiis *Theodori Sitzmanni* & Pulmanni libro de metris Boethianis. Porro ex *P. Bertii* recensione, præmissa prolixa de Boethio ejusque scriptis præfatione Lugdun. Bat. 1633. 24. Eadem præfatio præfixa legitur editioni cum notis Sitzmanni, & variorum, (a) vulgatæ ibid. 1671. 8. Denique in usum Delphini illustravit *P. Callyus* Paris. 1680. 4. De Callyo vide Huetium lib. 4. de vita sua p. 228. *Renatus* quoque *Vallinus* elegantem librorum de consol. Philosophiæ editionem cum eruditis notis in lucem misit Lugd. Bat. 1656. & 1668. 8. * Commentarios *Roberti Grosbead* sive *Capitonis* & *Nic. Triveti* memorat idem Lelandus de Script. Britannicis & *Asserii* Monachi lucidos commentarios p. 156. *Nicolai Cronii* Car. de Visch Bibl. Cisterc. p. 250.

In Polycarpi Leyseri historia poetarum & poematum medii ævi, edita Halæ 1721. 8. qui editiones Boethii pag. 95. plures enumerat & pag. 105. seq. metra Boethiana universa ex tribus MSS. Codicibus Academiæ Helmstadiensis & quatuor editionibus castigata exhibet, laudatur editio antiqua in folio sine loco & anno, cum his in fine versibus:

Hic mea de prora in littus jactetur apertum
Ancora: parva cadent ducentia vela faselum.

Excusus etiam Boethii liber Pinerolii 1479. fol. per Jacobum de Rubeis. Cum commentario Colon. 1482. 4. & Lovan. per Joannem de Westfalia 1484. fol Cum commentario, & Jo. Gersone de Consolatione Theologiæ, Colon. per Joannem Kœlhof de Lubeck 1488. fol. Lipsiæ 1468. 4. & 1505. 1513. fol. per Bacca-

(a) In editione Boethii cum notis Variorum omissæ sunt Sitzmanni & Vallini (quod merito ægrè fert J. Clericus T. 16. Bibl. Selectæ p. 274.) præfationes.

Baccalarium Martinum Lantzbergk, Herbipolensem. Circa finem seculi XV hoc titulo: *Boethius de consolatione philosophica, & de disciplina scholarium cum commentariis ab infinitis fere erroribus emaculatis. Additum est carmen juvenile* Sulpitii *de moribus in mensa servandis, &* Quintiliani *præceptum de officio scholasticorum erga præceptores. Insigne* Joannis Clein in 4. Commentarii sunt *S. Thomæ* de Aquino & *Jodoci Badii Ascensii*. Pagina ultima legitur: *Antonius Petrus Duvelandus studiosis salutem. Accipite Boethium de consolatu philosophico, duplici commentario explanatum. Erratulis nostris facile parcet spero quicunque hunc nostrum Boethium cum illis qui hactenus impressi sunt conferet: si tamen aliqua non expiabilia invenerit in exemplari quo usi sumus oro ascribat. Ex calcographia Joannis Clein Alemanni nulli impressorum Lugdunens. secundi nono Kalendas Octobris:* Argentorat. 1501. fol. cum iisdem commentariis.

Præterea excusi hi libelli, sine notis, Florentiæ 1513. & per *Nicolaum Crescium*, opera heredum Philippi Juntæ 1521. 8. in qua Sitzmannus deprehendit optimas fere quas è MSS. eruerat ingeniive restituerat adminiculo, lectiones haberi. Ex Jo. Cæsarii recognitione, cum *Jo. Murmelii* notis & *Rod. Agricolæ* 1535. Editionem Paris. 1568. 8. cum *Henr. Cornelii Agrippæ* commentario, in Hendreichii pandectis pag. 622. inter alias plurimas memoratam non vidi. Nec Jenensem *B. Dilberro* curante vulgatam Jen. 1639. 12. Post Pulmanni emendationem denuo recogniti hi libri ad vetustissimas membranas *Conr. Rittershusii* J. C. Lugd. B. apud Raphelengium 1601. forma minore. Nonnulla ex MSS. Codicibus emendat *Casp. Barthius* Adversar. V. 16. XXVI. 15. &c. notas etiam promisit LXVII. 13. *M. MicKelii* Conrectoris Scholæ Arnstadiensis ad optimum MS. castigata Codicem promissa A. 1715. editio necdum vidit lucem.

VIII. A Vallino libris de Consolatione Philosophiæ subjecta sunt similiter illustrata hæcce sacra Boethii opuscula: 1. *Quod Trinitas sit unus Deus, & non tres Dii, ad Q.* Aurelium Memmium Symmachum, socerum. Hunc libellum ex S. Augustini de Trinitate libris concinnatum, & laudatum Hincmaro p. 460, 474. non minus, quam Consolationem dicitur Boethius in carcere conscripsisse. Commentarius qui in hunc librum exstat sub *Bedæ* nomine, Tomo 8. Operum Bedæ pag. 925. seq. Gilberti forte Porretani est, ut suspicabatur Vasquesius * vel potius *Eadmundi Albani*, de quo Jo. Lelandus de scriptoribus Britannicis pag. 316. *Boethii sui, cultoris cælestium rerum, libellum de Trinitate elegantem, conspicuum, sublimem illum, ejusmodi commentariorum genere*

nere illustravit, ut si non eloquentia, interim tamen, vel majestate parem se Manlio ostenderit. Bedæ suppositum esse notat W. E. Tenzelius diss. de Symbolo Athanasii pag. 68. seq. * Alius est *Porretani* in hunc librum commentarius, quem in Boethii operibus Basileenses ediderunt, damnatum in Concilio Remensi an. 1148, & à S. Bernhardo homilia LXXX. in Cantica reprehensum.

2 *Quod Pater, Filius, & Spiritus S. de divinitate non substantialiter prædicentur*, liber ad Joannem Diaconum Romanum, * postea inter Pontifices Johannem I. Memorat Hincmarus Lib. quo trinam Deitatem minus recte dici, contra Godeschalcum disputat. T. I. p. 460, 519.

3 *An omne, quod est, bonum sit, cum non sint substantialia bona*, * ex *Hebdomadibus* (a) suis exemplo Varronis, ut par est credere ita inscriptis, excerpsisse se Boethius testatur. Hinc liber cum duobus præcedentibus in illo de duabus Naturis, exstat in editionibus Basileensibus operum Boethii, adjunctos habens *Gilberti Porretani* Episcopi Pictaviensis (A.C. 1154, denati) (b) commentarios. Inscribuntur autem *libri quatuor de Trinitate*. Videnda etiam Angeli Rocchæ Episcopi Tagastensis Apologia contra Laurentium Vallam pro Boethio, de personis divinis, Venet. 1576. edita cum ejusdem observationibus in sex libros elegantiarum ejusdem Laurentii.

4 *Fidei confessio sive brevis institutio Religionis Christianæ*. Hanc primus Vallinus in lucem protulit. * Boethii *fidei confessio*, sive *brevis institutio religionis Christianæ*, memorata pridem est Trithemio sub Tit. Libri de fide. *Hanc*, inquit Labbeus T. I. de Script. Ecclesiasticis p. 206. *editioni proximæ cum non levi aliquot S. Patrum, & Ecclesiasticorum tractatorum manipulo paratam habebam, sed gaudeo jam Vallinum prævenisse*.

5 *Adversus Eutychen, & Nestorium de duabus naturis & una persona Christi liber ad* Joannem Ecclesiæ Romanæ Diaconum, postea Papam, & Martyrem (memorat Hincmarus T. I. p. 521,) compositus occasione Epistolæ, quam Episcopi Orientales A. C. 512. scripserant ad Symmachum Episcopum Romæ, de Eutychianis motibus. Repetita horum omnium hactenus memoratorum Boethii scriptorum editio cum Vallini, & ad libros de con-

(a) *Boethius de hebdomadibus qui alio modo intitulatur: de paradoxis, videtur potius esse Alani de Maximis Theologiæ*. Hæc in Catalogo MStorum Angliæ T. I. p. 94. n. 1900. Mentio iterum p. 104. n. 2008.

(b) *Gilberti Porretani* commentarios in illum Boethii libellum, sive Libros IV. de Trinitate condemnatos esse in Concilio Remensi ab Eugenio III. Anno Christi 1148. notat Baronius ad illum Annum.

consolatione, Variorum notis, præmissaque præfatione Bertii, *Lugd. Bat.* 1671. 8.

IX. Exstant præterea Boethii, *De unitate & uno* libellus, & *de Arithmetica libri II.* ad Patricium Symmachum, è Nicomacho Geraseno maxime expressi. Libri primi capita in aliis editionibus 27. in aliis sunt 32. Similiter liber secundus in 41. aliis in 54. capitula distinguitur. Videtur eos emendasse olim Adalgadus, ut colligis è Lupi Ferrariensis Epistola 8. Ex ejusdem Epistola quinta videbis eum libris Boethii in capitula distinctis usum fuisse. * Allegatur & Boethii *Arithmetica* ab Honorio Augustodunensi Lib. 1. cap. ultimo de Philosophia mundi. Separatim excusa est per Erardum Ratdolt Augustæ 1488, 4, & cum commentario *Girardi Rufi*, mysticam numerorum explicationem perstringente, Parif. apud Simonem Colineum 1521. fol. Hæc editio à viro docto Frid. Lindenbrogio cum MS. collata, exstat in hac urbe Hamburgensi inter libros Musicos Scholæ S. Joannis. Boethii Arithmeticæ speculativæ compendium concinnatum à Jacobo Fabro, prodiit Parif. 1514, fol. una cum aliis scriptis apud Henr. Stephanum avum, & 1553. 8.

2 *De Musica*, sive *Institutionis Musicæ* (ut auctor ipse V. 6. vocat) *libri quinque*, ex mente Archytæ, & aliorum Pythagoricorum, tum Ptolemæi etiam, quem secutus Boethius Aristoxenum subinde reprehendit. Castigavit hos libros Henricus Glareanus. Libri quarti caput tertium cum Variis Lectionibus Codicis Seldeniani recensuit Marcus Meibomius V. C. T. 2. antiquæ Musicæ auctorum, ante Isagogen Alypil. Ephororum vero Lacedæmoniorum πρόβλημα, quod Græce, sed valde corruptum exstat lib. 1, cap. 1, illustrarunt multi, ut dixi Bibl. Græcæ libro 3, c. 11, p. 290, * De Musica Boethii confer Jo. Lelandum de Scriptoribus Britannicis p. 272.

3 *De Geometria libri II.* ad eundem Patricium, quem Geometrarum exercitatissimum vocat, & utrarumque litterarum peritissimum, è quibus posterior *podismorum*, ut vocat, *notitiam*, sive Gromaticam tangit. Hos libros recensuit Nic. Judecus, Venetus.

4 *In Porphyrii Phœnicis Isagogen de prædicabilibus à Victorino translatam Dialogi II.* * Allegatur Boethii commentarius super Porphyrium ad Fabium, ab Honorio Augustodunensi L. 1, c. 21. de Philosophia mundi, & à Zacharia Chrysopolitano T. 10. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 736.

5 *In eandem a se latine versam* expositio secunda, *libris totidem*. Perperam quinque numerantur in editionibus Basileensibus

bus, in quibus liber primus inter tres, secundus in duos est divisus. At in editione Parisiensi A. 1511. liber primus clauditur his verbis: *quibus absolutis modum voluminis terminabo, ut secundi area libri differentiæ reservetur*. Pro quo Basileenses in extremo libri tertii excuderunt: *ut quarti area libri differentiæ reservetur*.

6 *In Categorias Aristotelis libri itidem duo*, non quatuor ut in edit. Basileensibus, qui posteriorem librum perperam in tres discerpsere

7 *In librum Aristotelis de interpretatione minorum commentariorum libri II. Majorum* sive secundæ editionis *libri VI.*

8 *Analyticorum Aristotelis* priorum & posteriorum *Boethio interprete* libri *IV*.

9 *Introductio ad Categoricos Syllogismos*.

10 *De Syllogismo Categorico libro II. de Hypothetico totidem; Ad Symmachum*.

11 *De divisione liber & liber de definitione*, qui duo separatim editi à Sim. Colineo Paris. 1540, 8. * *Librum divisionum* laudat Jo. Sarisberiensis III. 9. Metalogici pag. 165. aitque eum compendio verborum, & elegantia sensuum inter opera Boethii, quæ Logicam spectant, singularem gratiam nactum esse.

12 *Topicorum Aristotelis, Boethio interprete, libri VIII.*

13 *Elenchorum Sophisticorum ex ejusdem interpretatione libri II.* Laudant Boethii Scripta Logica Cassiodorus, Alanus p.36. anti Claudiani &c.

14 *In Topica Ciceronis libri VI.* ad Patricium Rhetorem. Seorsim vulgati Lugd. 1536. 4. Meminit Lupus Ferrariensis Epist. 16. * *Libri VI. in Topica Ciceronis*, occurrunt etiam in primo Tomo Operum Ciceronis cum Manutiorum commentariis editorum Venet. 1582, fol. Boethii Dialectica in compendium missa & in linguam Græcam translata usi sunt etiam Græci. Vide Lambecium VIII. p. 385. Scholiorum Græcorum in libros de differentiis Topicis Auctor est Maximus Planudes, ut constat ex Codice Græco MS. Bavarico LXXXIII.

14 *De differentiis topicis* sive localibus *libri IV*. seorsim excusi à Sim. Colineo Paris. 1541, 8, & curante *Jo. Wegelino* Augustæ Vindel. 1604, 8. in qua editione tres priores quidem cum incerti auctoris non tam metaphrasi quam scholiis Græcis illustrati exhibentur, quartus latine tantum ad MSS. membranas castigatus occurrit. Ejusdem sive Metaphraseos sive commentarii Græci in codice 604, Regis Galliæ obvii meminit Labbeus Bibl nov. MSS. p. 279, & 114. Iidem quatuor libri latine cum aliis Boethii scriptis ad Logicam disciplinam spectantibus (præter illa in Ciceronem

nem

nem) prodiere Ven. 1559, f. ex officina Valgrisiana, & apud Henricum Stephanum avum Paris. 1510, 1511. fol. recensente Jacobo Fabro Stapulensi. Edita sunt junctim Boethii opera Venet. 1491, 1499, fol. & curante Henr. Glareano, præfixa vita Boethii à Julio Martiano Rota scripta Basil. 1546, & 1570, fol. Indicem scriptorum à Boethio allegatorum dare me memini lib. 3, Bibliothecæ Græcæ capite undecimo. * Boethii *sententiæ* editæ sunt ab Henrico Ernstio, forma minore.

X. *Libellum de disciplina Scholarium* Boethio minus recte tribui communis hodie doctorum sententia est, licet sub Boethii nomine laudatur à Vincentio Bellovacensi lib. 1, speculi doctrinalis capite 30. Falluntur equidem qui cum Buleo in Hist. Academiæ Parisiensis illum tribuunt *Joanni Scoto* Erigenæ, cui Chrysostomi nomen tribuerunt suæ ætatis homines; vel qui cum Labbeo putanr esse fœtum *Dionysii Carthusiani*. Nam diversum longe opus est quod eodem titulo scripsit Dionysius, qui ducentis annis junior fuit Vincentio. Aliis ut Lælio Bisciolæ T. 2, hor. subcesiv. lib. IX. c. 2. verisimiliori conjectura refertur ad *Petrum Blesensem* vel *Hugonem Eterianum*. Sed Jacobus Tomasius programmate XXV. ex editione Coloniensi An. 1509. docet auctorem verum esse *Thomam Brabantinum* sive *Cantipratanum*, qui clarus circa A. C. 1250. libellum suum modestiæ & majoris auctoritatis causa Boethio adscripsit. * Libellum *de disciplina Scholarium* Colon. 1493. 4, cum commentario pridem editum, Boethio minus recte tribui in edit. Veneta 1516, 8, aliisque quam plurimis, jam Murmelio animadversum est. Opinionem Labbei, qui illum DionysioCarthusiano tribuit, refellit etiam Papebrochius T. 6, Act. Sanctor. Maji pag. 706. Et sane in libro excuso A. 1509, 4, qui inscribitur Auctoritates Aristotelis & aliorum Philosophorum, jam notatum reperio *quod liber de institutione Scholastica Boethio humilitatis & majoris auctoritatis causa adscriptus sit à* Thoma Brabantino *Græce ac Hebraice docto, qui ex Græco transtulit libros Aristotelis, quæ translatio apud nos habetur ut testatur Abbas* (Trithemius) *in Catalogo Scriptor. Eccles. Vetelegi* in eundem Libellum commentarius memoratur à Jo. Lelando p. 360. de scriptoribus Britannicis. *Erant eo sæculo quemadmodum & hoc quidem nostro Boethii lucubrationes in magna gloria, quare Vetelego Boethiano operæ pretium visum est ejus Libellum de desciplina scholasticorum commentariis in gratiam pubis illustrare. Frequens est in Bibliothecis libellus olim a multis curiose lectus, at nunc eloquentia eam excrevit fœcunda in magnitudinem, ut qualecunque opus sit, blattas & tineas modo pascat.*

XI.

XI. Plura alia Boethii scripta periisse dolendum est, de quibus fuse Bertius. Certe omnes disciplinas latine expositis græcorum auctoribus optimis mirifice illustraverat vir ille maximus & eruditissimus, ut vel ex Cassiodoro (*a*) constat ejus summo admiratore, de quo jam est deinceps dicendum.

XII. Index Scriptorum, aliorumque quorundam, in operibus Boethii (*b*) laudatorum, ad paginas editionis Basileensis an. 1570. fol. *Sch.* denotat librum Thomæ Cantipratani de disciplina Scholarum, Boethio suppositum. *Confess.* Confessionem fidei inter Boethii Opera non editam, sed vulgatam cum nonnullis Boethii opusculis à Renato Vallino Lugdun. Bat. 1656. 8.

(a) Cassiodorus lib. 1. Variar. Epist. 45. ad Boethium: *Translationibus tuis Pythagoras Musicus, Ptolemæus Astronomus leguntur Italis. Nicolaus* (leg. Nicomachus) *Arithmeticus, Geometricus Euclides audiuntur Ausoniis. Plato Theologus, Aristoteles Logicus Quirinali voce disceptant; Mechanicum etiam Archimedem latialem Siculis reddidisti, & quascunque disciplinas vel artes fœcunda Græcia per singulos viros edidit, te uno auctore patrio sermone Roma suscepit.*

(b) Boethii libri in Porphyrium pag. 1. In prædicamenta p. 112. De interpretat. p. 215. Syllogism. p. 558. de divis. p. 638. In Topica Cic. p. 757. De consolat. Philos. p. 905. De S. Trinitate p. 1119. Arithmet. p. 1295. Music. p. 1371. Geometr. p. 1487.

(a) Vide supra pag. 155. 156.

L Si-

(a) In hoc decreto emendando, & illustrando certavit eruditorum hominum industria, è quibus nominare licet Lilium Gyraldum dialogo IX. de Poetis. Paulum Leopardum VIII. 4. emendat. Jos. Scaligerum p. 385. ad Sphæram Barbaricam Manilii, Is. Casaubonum VIII. 11. ad Athenæum, Jo. Meursium III. 5. Misc. Lacon Joh. Seldenum II. 10. §. 8. de Synedr. (ubi peculiari dissertatione illud Sctum exposuisse se affirmat, quæ non vidit lucem, licet tribus verbis idem Ephororum decretum tangit notis ad Chron. Marmoreum pag. 197.) Ism. Bullialdum ad Theonem Smyrnæum p. 295. seq. Claud. Salmasium de Hellenistica pag. 82. G. I. Vossium lib. IV. Inst. Orator. pag. 50. A. Schottum ad Procli Chrestomathiam, & Jac. Gronovium præf. ad Tomum quintum thesauri Antiquitatum Græcarum. Vide & Steph. le Moyne pag. 882. ad varia sacra, & Tho. Pinedo ad Stephanum pag. 776.

CAPUT XVI.

DE CASSIODORO SENATORE.

Cassiodori ætas. 1. *Var. Epistolarum libri* 2. *Historia tripartita*. 3. *Chronicon*. 4. *Computus Paschalis* 5. *Commentarius in Psalmos*. 6. *Institutiones divinæ* 7. *de septem disciplinis*. 8. *De Orthographia*. 9. *De ratione animæ*. 10. *Commentarius in Donatum de partibus Orationis*. 11. *Supposita*. 12. *Deperdita Cassiodori scripta* 13. **Index eorum ad quos, & quorum nomine scriptæ à Cassiodoro Epistolæ*. 14. *Index scriptorum, qui à Cassiodoro citantur*. 15.

I. MAGNUS AURELIUS CASSIODORUS SENATOR; (*a*) Scriptor Christianus, è Romana Senatorum fami-

 lia

[a] *Non officio, sed nomine Senator.* Colomes. p.207. Opusc. Alios hujus nominis vide in Glandorpii Onomastico Romano p. 783. * & apud Sirmondum ad l. 3. Ennodii ep. 1. & in Actis SS. tom. 6. Maii p. 769. De Patre, & Avo suo Cassiodorus ipse lib. 1. ep. 4.

lia in Brutiis natus: ab Athanasio Kirchero p. 217, libri de turre Babel male refertur ad tertium à nato Christo seculum, cum medio seculo sexto floruerit, variisque honoribus auctus sit à Regibus Gothorum Teodorico, Athalarico, Amalasventha, Theodahado & Vitige. Consul A. C. 513. Denique rerum aulicarum turbarumque civilium pertæsus Vivariense monasterium in extrema Calabriæ parte condidit, inque illo quod supererat ætatis (centum fere propemodum annos implevit) pio & erudito otio transegit. * Ex Ethnicismo ad Christiana sacra perductum Cassiodorum colligas ex verbis quæ præfationi in Historiam Tripartitam subjiciuntur: *Cassiodori Senatoris, jam Domino præstante conversi, explicit præfatio.*

II. *Exstant ejus Variarum Epistolarum* (a) *libri XII.* quorum quinque priores, Epistolas, & edicta Regis Theodorici nomine scripta continent, in sexto, & septimo occurrunt formulæ (b) dignitatum, & Magistratuum in Rep. Romana: octavus, nonus ac decimus complectitur rescripta & edicta eorum qui Theodorico successerunt, Athalarici, Amalasvinthæ, Theodahadi & Vitigis. Undecimus denique ac duodecimus rescripta præfecti prætoris ipsius nempe Cassiodori exhibet. * In Bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis exstat MS. codex Epistolarum Cassiodori hoc titulo: *incipiunt capitula M. Aurelii Cassiodori Senatoris, Viri clarissimi & illustris, exquæstoris pallacii, exconsulis ordinarii, exmagistri officii præpositi atque Patricii Romanorum, variarum formularum liber primus incipit.* In extremo operis: *Nota quod iste vir clarissimus Cassiodorus composuit Libros supra scriptos ad diligentem petitionem & coactionem & rogatum venerabilium virorum Joannis Leoginensis Episcopi, Petri Forsinifromatis, Johannis Eustanensis, Joannis Datini Episcoporum, amicorum collegarum suorum fidelium &c.* Primus Anno 1526. 8. *Jo. Cochleus* (c) vulgavit antiqua regum Italiæ Gothicæ gentis rescripta ex XII. libris Epistolarum Cassiodori ad Eutharicum, Romæ quondam à se excerpta & in 13. titulos digesta. In quorum præfatione ad Henricum VII. Angliæ Regem ait se Cochleus XII. libros Epistolarum Cassiodori laboriose descriptos & in unum volumen collectos Romæ reliquisse, ut cum exemplari, quod in Vaticani secretiore Bibl. adservatur integrum conferret, atque ederet

(a) Merito opus hoc laudat Christophorus Colerus c. 30. parergon juris, ubi quædam ejus loca à se emendata exhibet.

(b) Libri IV. Epist. 19. sive formulam comitis Archiatrorum seorsim edidit, ac libro commentario illustravit Vir doctissimus Jo. Henricus Meibomius Helmst. 1668. 4.

(c) Confer & eundem Cochleum in vita Regis Theodorici, quam cum additamentis, & annotationibus in lucem edidit V. C. Joannes Peringskold, Holmiæ 1699. 4.

ret, cum nullum ex vetustis exemplaribus, quæ sibi obtigisse ait, omni ex parte plenum atque salvum esset. Queritur autem per militarem urbis Romæ direptionem ex eo labore nihil sibi modo esse reliqui præter ista non magnæ molis excerpta. Itaque optat libros Cassiodori integros ipsos ab alio edi, in cujus manus ea forte sint perventura, quod illi pulchri velut speculi instar sint non male ordinatæ Reip. variarumque antiquitatum. Paucis deinde annis interjectis à *Mariangelo Accursio* in lucem dati sunt Augustæ Vindelicor. 1533. sæpius postea excusi, cum Cassiodori scriptis & Fornerii notis Paris. 1588. fol. & 1599. 4. & seorsim Lugduni 1595. 8. cum notis *Petri Brossei* Anno 1609. & 1650. editio parum emendata, notante Zinzerlingio; & in Bibliotheca Patrum Lugd. Tomo undecimo. *Jo. Garetius* præter proprias notas, *Claudii* quoque *Grularti* & *Francisci Jureti* hactenus ineditas castigationes & observationes in sua Cassiodori editione adtexuit. At Bonaventuræ Vulcanii editio, qui Cassiodori Epistolas emendaturum & illustraturum se recepit præf. ad Origines Isidori, non vidit lucem.

III. *Historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ* ex tribus Græcis scriptoribus Sozomeno, Socrate, ac Theodorito, per *Epiphanium Scholasticum* Cassiodori jussu latine translatis collectæ libri XII. à temporibus Constantini M. usque ad Theodosium juniorem. Prodierunt Parisiis sine temporis nota in 8 apud Franciscum Regnault, ad calcem Hist Eccl. Eusebii a Rufino translatæ & continuatæ. In calce voluminis adscriptum: *Gloria individuæ Trinitati, pax legentibus, credulitas audientibus, vita facientibus Amen*. De his libris præter cæteros bene promeritus *B. Rhenanus*, qui diligenter recensitos & emendatos cum Eusebii & Rufini historia vulgavit Basil. 1523. fol. recusos ibidem 1528. 1533. 1568. Francof. 1588. &c. Gallice quoque *Ludovico Cyaneo* interprete prodierunt Paris. 1568. fol. apud Aegidium Gourbinum. Vide Franciscum à Cruce Bibl. Gall. p. 293 Porro tripartitam istam hodie non valde curamus, cum scriptores ipsi, ex quibus Cassiodorus hæc digessit, integri exstent, luculentis etiam commentariis ab Henr. Valesio illustrati: præcipue quia Epiphanium Scholasticum interpretis officio non optime functum esse ac linguam utramque ex æquo ignorasse, plerorumque post Rhenanum est judicium. Etsi me non fugit causam Epiphanii agi a *Jo. Garetio*, qui Epiphanium barbari quidem at fidelis interpretis munus obiisse, Valesiumque in versione pariter ac observationibus, qui Socratem, Sozomenum, ac Theodoritum illustravit, eo cum fructu usum esse observat præf. ad Rotomagen-

ſem operum Caſſiodori editionem, in cujus priore tomo Hiſtoriam illam tripartitam exhibet, quæriturque Rhenanum in interpretandis Epiphanii Gothicis Barbariſmis nimium paſſim ſibi indulſiſſe. Idem Garetius librorum capitumque numeros in Socrate ac reliquis duobus appoſuit ſingulis capitibus Hiſtoriæ tripartitæ.

IV. *Chronicon breve* jubente Rege Theodorico ſcriptum, atque ipſi dicatum, ab orbe condito ad annum Chriſti 519. ſive Conſulatum Eutharii, Cillicæ & Juſtini à præcipuo argumento dictum vulgo Chronicon conſulare, ex Euſebio, Proſpero, Hieronymo, Victore conſutum admodum negligenter, niſi cum Baronio, Bucherio, Jureto, Fratre Dionyſio Sammarthano (*a*) Monacho Benedictino congregationis S. Mauri & eodem Garetio pleraſque hallucinationes & parachroniſmos in librarios rejicere velis. Confer Barthium p. 2381. ſeqq. Adverſar. Primus commentario illuſtravit Joannes Cuſpinianus (*b*) etſi Phil. Labbeus à Cochleo primum vulgatum eſſe affirmet, qui id dicavit Thomæ Moro; ſæpiſſime deinde prodiit, non modo inter opera Caſſiodori, ſed & in corpore ſcriptorum Latinorum Hiſt. Romanæ: in tomo primo ſcriptorum ejuſd. argumenti caſtigatorum à Frid. Sylburgio: in antiqua Hiſtoria Dionyſii Gothofredi &c. illuſtratum etiam in faſtis Onuphrii, Pighii, Andreæ Schotti. Denique partem poſteriorem hujus Chronici, quæ à Julio Cæſare incipit, in antiquitate Eccleſiæ illuſtrata Tomo I. recenſuit Emanuel à Schelſtrate Bibliothecharius Vaticanus (paulo poſt defunctus) Romæ 1692. fol. Seorſim quoque Caſſiodori Chronicon editum eſſe narrat Gvil. Caveus cum commentariis Cuſpiniani Baſil. 1552. Heidelb. 1588. Lugd. Bat. 1632. 8. * De hoc Chronico vide etiam Robertum Epiſt. XLVIII. ad Reineſ. ubi notat Caſſiodorum vel Euſebium cujus ille inſiſtit veſtigiis, nonnunquam Conſules Ordinarios exturbaſſe, ſuppoſitis eorum loco qui ſuffecti erant. Georgii Haloandri editionem memorat atque in ea quædam notat Alciatus lib. V. parergon juris cap. 11. Zachariæ PrueſchencK à Lindenhoven, Conſiliarii Saxonici notæ in Caſſiodorum, quarum editionem iterum iterumque ab eo flagitat Epiſtolis ad eum datis illuſtris Boineburgius (*c*) haud viderunt lucem quod ſciam.

V. *Com-*

(a) Hic eſt, qui noviſſime poſt Jo. Garetium Caſſiodori vitam fuſe & erudite deſcripſit Gallico idiomate, libris quatuor, quorum poſtremo agit de ejus ſcriptis. Prodiit Pariſ. & Amſtelod. 1695. 12.

(b) Obiit menſe Aprili Anno 1519. Viennæ Auſtriæ. Ejus commentarius in Caſſiodori Chron. una cum aliis Cuſpiniani ſcriptis recuſus Francof. 1601. fol.

(c) Apud Clariſſ. Struvium in Collectaneis MStorum, faſciculo VIII.

V. *Computus Paschalis* sive de indictionibus, Cyclis Solis & Lunæ, Epactis, tempore Paschatis celebrandi &c. adinveniendis brevia præcepta, quæ à Jos. Scaligero, Ægid. Bucherio, Dionysio Petavio & aliis Chronologis fusius illustrantur.

VI. *Commentarius in Psalmos Davidis* ex Augustino præcipue, tum ex Hilario, Ambrosio & Hieronymo collectus, ut ipse innuit c. 4. divin. lect. lucem adspexit seorsim Basil. 1491. 4. & emendatius Paris. 1529. fol. (Vide Colomesii Opera pag. 441. editionis à me curatæ.) tum novissime in T. 2. editionis operum Rothomagensis emendatus (*a*) ope quatuor codicum MSS. Erasmus lib. 25. Epist. 11. de hoc commentario agens, *Cassiodorus*, inquit, *maluit omnia scribere quomodocunque, quam pauca exactè*. Garetius in præfat. ait, se citationes ex versione LXX. Interpretum, qua sola hic scriptor usus est, ad formam editionis vulgatæ reduxisse, quod non ita est intelligendum, ac si loco verborum ex versione secundum LXX. Interpretes verba vulgatæ reposuisset, (cui enim cordato id facinus probaret.) sed quod locis à Cassiodoro adductis in margine apposuerit capita & versus vulgatæ, ubi eadem sententia legitur.

VII. *Institutionum ad divinas lectiones* liber, indicans quo ordine quaque ratione libri Sacri legendi sunt & quanam Ecclesiæ doctores in iis interpretandis sint imprimis cum laude versati, vel quorum præterea librorum lectione monachi teneri debeant. Prodiit seorsim Jac. Pamelio curante, qui Catalogum commentatorum veterum selectorum in universos & singulos libros Biblicos subjecit. Paris. 1575. Antvv. 1566. 8. Ex hoc opere in primis eruditio pietas & sollicitudo Cassiodori apparet, unde multus in illius laude est Jo. Mabillonius libro Gallice scripto, de studiis Monasticis. Etiam in Critica sacra exercitatissimum hoc de scripto ostendere, judicium est Richardi Simonis lib. 3. Historiæ Criticæ N. T. c. 10.

VIII. *De septem disciplinis* sive de arte Grammatica (*b*) de Rhetorica, de Dialectica & quatuor partibus Mathematicis, Geometrica, Arithmetica, Musica & Astronomia. Garetius primus his libris præ-

(a) Jo. Marcianæus prolegom. 3. in Bibliothecam divinam S. Hieronymi: *Displicuit invenisse apud Garetium tot veterum librariorum errores, quos utique castigare potuisset studio sacrarum litterarum mediocriter eruditus, atque lectionibus Hieronymianis plusculum exercitus*. Confer Richardi Simonis Epistolas Criticas p. 89. 91.

(b) Grammaticæ institutionis major pars extremæ intercidit: quod vero exstat, editum est etiam à *Jo. Sichardo* una cum Consentio, & in antiquis Grammaticis Putschii. De Rhetorica in vulgatis inscribitur *Rhetorica compendium ex Magno Aurelio Cassiodoro Senatore Viro clarissimo*. Tale etiam prodiit inter antiquos Rhetores Francisci Pithœi. At Garetius primus ex Mss. genuinum ipsius Cassiodori de Rhetorica scriptum in lucem protulit.

præfationem restituit, quæ inter Alcuini opera, post tractatum de virtutibus & vitiis legebatur. Idem hoc opus longe auctius & emendatius dedit ope MSS. codd. Compendium de quatuor Mathematicis disciplinis prodiit Parif. 1540. 4. * Liber *de septem disciplinis* lucem viderat Parif. 1580. 8. *Basil.* 1528. 4. Grammaticæ institutionis meminit Petrus Blæsensis Epist. 101.

IX. *Liber de Orthographia*, de quo vide quæ dixi infra libro IV. ubi Grammaticos Putschii recenseo.

X. *De ratione animæ liber* à Cassiodoro scriptus antequam Monasticen professus esset, separatim editus Parif. 1500. & cum libris variarum Epistolarum ex Mariangeli Accursii editione Augustæ Vindel. 1533. in Garetii editione emendatus & Francisci Jureti castigationibus ac notis illustratus occurrit.

XI. *Commentarius in Donatum* sive *de Oratione* & *partibus orationis* primum editus à Garetio. Joannis vero Harduini sententiam qui Cassiodori scripta omnia, exceptis Epistolarum libris, tractatu de anima & commentario in Psalmos à Gallo quodam supposita arbitratur, refellit Lud. Elias du Pin in præfatione ad Bibliothecam scriptorum Ecclesiasticorum Sæculi sexti. * *Complexiones in Apocalipsin* Basil. 1500. 8. editas inter Cassiodori scripta etiam refert Dan. Georgius Mollerus differt. de Cassiodoro Altdorf. 1686. pag. 20. *Complexiones in Epistolis Apostolorum & Apocalypsi* illustris Vir Scipio Maffeus, Veronæ MStas reperit & pro ineditis habet. Vide Memorias Trevoltinas A. 1714. p. 1481.

XII. *Supposita* Cassiodori sunt *Expositio in Cantica Canticorum*, cujus Epitome occurrit inter scripta Isiodori Hispalensis. Edita est Friburgi 1538. fol. cum Aponio in Cantica, & in editione operum Cassiodori Garetiana. *Liber de Schematibus & tropis, locisque quibusdam Rhetoricis S. Scripturæ* è commentariis Cassiodori in Psalmos excerptus, forte à *Beda*, inter cujus opera T. I. legitur; * inscribitur etiam *Collectio ex Sacerdote*, id est ex Beda presbytero Tom. XI. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1287. *Liber de Amicitia Christiana*, quem Petri Blæsensis esse constat, inter cujus opera aliquoties prodiit. Separatim editus & illustratus est sub Cassiodori nomine Rostoch. 1667. 8. à Jo. Bernardo Zinzerlingio, ut didici ex poematis D. G. Morhofii p. 702. * Exstat etiam Tom. 24. Bibl. Patrum edit. Lugdunensis pag. 1209. licet sub Cassiodori nomine jam fuisset Tom. XI. pag. 1326. Idem reperitur in MSto Codice, quem servat Lipsiæ Bibliotheca Amplissimi Senatus, ac tribuitur *Albertano*, Caussidico Brixiensi. *Liber de amicitia* qui inter Petri Blæsensis opera legi-

legitur, tantum epitome est Cassiodorani hoc de argumento libri, nec integri, ut Jo. Bernhardus Zinzerlingius, Justi F. observat, qui emendavit notisque & indice illustravit Rostoch. 1667. 8. Idem in præfat. promisit etiam novam editionem Codicis Epistolarum Cassiodori, sed quam dare fuit impeditus. *Sanctorum Paphnutii & Spiridionis aliorumque quorundam vitæ* ab Aloysio Lipomanno T. 1. Legendarii sub Cassiodori nomine editæ. His adde librum de Ecclesiasticis officiis, sententias è Cypriano, & Scintillarium scripturarum, quæ Cassiodoro in MSS. perperam tribui notat Garetius. *Librum de Trinitate*, quem Petrus de Natalibus Cassiodoro adscribere non dubitat, & *libros sexdecim de re rustica*, quos Gesnerus in Bibl. ait reperiri in Bibl. monasterii S. Michaelis de monte, cum & in numero librorum & in auctore quem Columellam (a) esse certum est erraverit. Non minus falli videtur Baronius qui Cassiodorum *in Parabolas* sive *proverbia* Salomonis commentarium edidisse contendit T. 7. Annal.

XIII. Inter *Deperdita* Cassiodori scripta, quorum ipse præf. Variarum & libri de Ortographia meminit, sunt etiam *breves explanationes in Acta Apostolorum*, quo editis falso habitæ à Guil. Crovæo p. 259. Elenchi scriptorum in Sacram Scripturam. Tum *libri XII. de rebus gestis Gothorum*, cujus operis brevis Epitome a *Jornande* concinnata cum Cassiodori operibus edi solet, de qua mox plura dicturi sumus. Præstantissima omnium operum Cassiodori & unica editio est, cujus hactenus sæpius meminimus *Joannis Garetii* Monachi Benedictini congregat. S. Mauri cura digesta & emendata, inque duos distincta tomos Rothomagi 1679. fol. Prædicat se Garetius adjutum opera Nicolai Nurriti, & præter alia, quæ in hac edit. præstitit, à nobis jam suo loco laudata, Epistolis singulis nova argumenta præfixit, intelligens quam sæpe inepta & aliena essent quæ in superioribus editionibus præmittuntur.

Index eorum ad quos & quorum nomine scriptæ à CASSIODORO Epistolæ:

(a) Vide quæ dixi supra lib. 2. c. 7.

Brandilæ

Felici,

(a) Cassiodoro intellige;

XV. Index Scriptorum qui à Cassiodoro citantur. Numeri additi paginas Tomi secundi editionis (*a*) Garetianæ denotant.

Ano-

(a) Commentarius in Psalmos incipit à p. 1. In Cantica Canticor. p. 505. Institutio divinarum literar. p. 537. De septem artibus pag. 558. De octo partibus orationis p. 592. De orthographia pag. 605. De schematibus & tropis p. 610. De anima p. 627.

vide

CAPUT XVII.

DE JORNANDE.

Jornandis ætas, & liber de rebus Geticis. 1. Ejus editiones & Hug. Grotii Gothicorum recensio. 2. Liber Jornandis de Origine mundi. 3.

I. JORNANDES sive ut à Sigeberto, Geographo Ravennate & Honorio Scholastico (a) dicitur, JORDANES gente Gothus, & notarius Regis Alanorum, postea CHRISTI nomen professus, & Gothorum denique Episcopus Ravennæ agens scripsit Anno (b) CHRISTI 552.

Librum

(a) Honorii Scholastici versiculi ad Jordanem Ravennensem Episcopum præceptorem suum exstant in Mabillonii Analectis T.1. p.364. * Tornandem Alanum vocat B. Rhenanus præf. ad Procopium.

(b) Hoc Vossius p. 241. de Hist. latin. probat ex eo quod Jornandes cap. 19. edit. Vulcanii

canii

Librum de rebus Geticis ſive Hiſtoriam Gothorum à Gentis origine uſque ad Vitigem Regem à Belliſario ſuperatum, contractam ex opere dodecabiblo Caſſiodori (*a*) de origine actuque Getarum, cui tamen nonnulla convenientia ex hiſtoriis Græcis & Latinis addidiſſe ſe ait, & capite 4. laudat Ablabium Gothorum deſcriptorem egregium. Dicavit hunc librum Jornandes Caſtalio (*b*) quem fratrem chariſſimum vocat. * Capite ultimo narrat Jornandes quod Anno U. C. 1300. CHriſti 548. contigit, Gothos domitos à Conſule Beliſario, & Vitigem ductum CPolin, & Patricii honore mactatum. In hoc libro citantur.

Cypriani liber de mortalitate, p. 57. edit. Vulcanii.
Dexippus hiſtoricus 62.
Dio 6. 8. Dionis Getica 19, 24, 29.
Dionyſius hiſtoricus 57.
Fabius hiſtoricus 83.
Joſephi annales 13.
T. Livius 4.
Lucanus 20.
Oroſius 20, 29, 66.
Priſcus hiſtoricus 67, 98, 123, 144
Cl. Ptolemæus 7. 8.
Strabo 5.
Symmachi inſignis locus de ortu Maximini, & quibus modis ad Imperium pervenerit, 45, 46, 47.
Corn. Tacitus 6.
Trogus Pompejus 23.
Virgilius 3, 19, 25.

II. Prodiit Auguſtæ Vindelicorum cum Pauli Warnefridi libris VI. de geſtis Longobardorum Anno 1515. fol. apud Joannem Miller. Deinde cum altero mox memorando volumine, plus vice ſimplici; Sæpius etiam inter Caſſiodori opera. Ex MS. Pithœi vero emendatus à Gvil. Fornerio in editione Caſſiodori Pariſ. 1588. quam deinde aliæ ſunt inſecutæ. Ex recognitione Bonav. Vulcanii cum aliis ejuſdem argumenti caſtigatus & diſtinctus in capita LX. Lugdun. Bat. 1618. Vulcanii editionem exhibuit etiam Elzevirius Typographus in Hiſtoria Gothorum, Vandalorum & Longobardorum ab Hugone Grotio partim verſa, partim in ordinem digeſta, & poſt ſummi illius viri obitum

canii (edit. Lindebrog. p. 100.) de peſtilenti morbo agens, qui A. C. 543. graſſatus eſt, addit: *ut nos ante hos novem annos experti ſumus*. Qui hoc argumentum infringere vellet, diceret, Caſſiodori verbis uſum Jornandem, neque ex hoc loco aliud conſtare, quam Caſſiodorum libros ſuos illo anno, non autem Jornandem ſuam Epitomen ſcripſiſſe.

(a) Jornandes præf. ad Caſtalium: *relicto opuſculo quod intra manus habeo, id eſt breviatione Chronicorum ſuades, ut noſtris verbis duodecim Senatoris volumina de origine actuque Getarum ab olim uſque nunc per generationes Regeſque deſcendente in unum & hoc parvo libello coarctarem.*

(b) In Geſneri & Simleri Bibl. legas: *Jordanus - - in libris excuſis nominatur Jornandes Caſtalio*. Ac ſi Caſtalio eſſet nominativus, & Jornandis cognomen. Sed eſt dativus, & nomen ejus cui Jornandes librum deſcripſit.

tum edita Amstelod. 1655. 8. in qua collectione, ut id obiter adjiciam, post Grotii prolegomena de Regum Gothorum in Hispania origine Chronologia & elogiis exhibetur ejusdem latina versio Vandalicorum & Gothicorum Procopii, pluribus locis ex libris MSS. emendatorum, tum eorum quæ ex ejusdem Procopii arcana Historia ad res Vandalicas & Gothicas pertinent.. Ex Agathiæ historia, quæ de Gothis occurrunt, ubi desinit Procopius, Grotio interprete. Nomina appellativa, & verba Gothica, Vandalica, Longobardica, quæ in hoc volumine reperiuntur, una cum explicatione. Hinc post Jornandis, de quo agimus librum, *Isidori* Archi-Ep. Hispalensis Gothorum Vandalorum & Svevorum in Hispania Chronicon, altera parte auctius ex Bibl. Is. Vossii, & denique *Pauli Vvarnefridi Longobardi filii*, Diaconi Forojuliensis de gestis Longobardorum libri sex, in quibus ista Grotiana rerum Gothicarum Sylloge desinit. * Codicis Palatini Varias Lectiones exhibet Gruterus ad calcem edit. Hanov. 1611. fol. inter scriptores hist. Rom. minores. Editio Frid. Lindenbrogii collata cum Codice Atrebatensi in Collegio S. Mariæ, per Heribertum Rosvveidum exstat in Bibl. S. Johannis hujus urbis Hamb. Ex Codice Ottoboniano emendatiorem edere Jornandem voluit Romæ vir eruditus Leonardus Adami, sed quo an. 1719. defuncto etiam Libanii, quam ab eo exspectabamus editionem decollasse dolendum est. *Suecice* Jornandis librum de rebus Geticis vertit Joan. Fridericus Peringskiœld, ediditque Holmiæ 1719. 4. Idem latine eundem daturus emendatum ex ingenio, & Palatino Codice, illustratumque ex numis Regum Gothorum, qui Italiam olim Hispaniamque perdomuerunt. Vide Acta literaria Svecica edita Upsaliæ 4. An. 1720. trimestri IV. p. 106. ubi traduntur *Cassiodori* libri XII. de rebus Geticis, quorum Jornandes compendium est, in Galliæ Bibliothecis adhuc delitescere MSti.

III. Exstat & alius Jornandis *(a) liber de Origine mundi & actibus Romanorum ceterarumque gentium* sive *de Regnorum ac temporum successione* ad *Vigilium*, quem nobilissimum & magnificum fratrem appellat. Hunc librum Trithemius ab argumento potiore *de gestis Romanorum* inscribit, uti Trogus Pompejus historias suas, in quibus similiter aliarum gentium præter Macedonum Historiam attigit, Philippicarum nomine inscripsit. Prodiit cum superiore Jornandis de rebus Geticis libro primum in lucem editus à *Beato Rhenano*, una cum Procopii & Agathiæ libris, aliisque Basil. 1531. fol. Occurrit quoque in historiæ Augustæ Scri-

(a) Hunc respicit cum Jordanem sapientissimum Cosmographum laudat auctor Geographus Ravennas lib. 1. p. 17. & alibi.

Scriptoribus latinis minoribus à Jano. Grutero collectis, & castigatis Hanov. 1611. fol. Utrumque librum etiam recensuit & observationibus illustravit Frid. Lindenbrogius Hamb. 1611. 4. qui diversarum gentium Historiæ antiquæ scriptores tres in lucem prodire jussit, quorum primus est hic ipse *Jornandes*, alter *Isidori Hispalensis* de Gothis & Vvandalis ac Suevis & Chronicon Vvisigothorum, postremus *paulus Vvarnefridi filius*, cujus libros VI. de gestis Longobardorum Gruterus quoque dicto opere inseruit & castigavit. Denique hic Jornandis liber de Regnorum ac temporum successione, in quo Flori Historiam aliosque præterito nomine gnaviter exscribit, occurrit etiam in corpore Historiæ Romanæ scriptorum latinorum veterum; Genev. 1609. & 1652. fol. Tomo secundo; & in Historiæ Romanæ scriptoribus, à Friderico Sylburgio collectis Francofurti 1588. fol. * Uterque Jornandis liber, & ille de rebus Geticis, & alter de regnorum ac temporum successione ab origine rerum ad suam usque ætatem, recusus etiam est Genevæ & Lugd. 1594. 8. additis Procopii historia ex Volaterrani & Personæ versione, libro Procopii de ædificiis Justiniani ex versione Arnoldi Vesaliensis, nec non historia Agathiæ ex versione Personæ. Occurrit etiam uterque liber Jornandis in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. Tomo XI.

In Gothicarum & Longobardicarum rerum scriptoribus, ex *Bonav. Vulcannii* recensione excusis Lugduni Batav. 1597. & 1617. 8. in tres distinctis partes, exhibentur (Parte 1) *Jornandes* de rebus Geticis, cum Indicibus. Sidonii Apollinaris Epistola de vita Theodorici, Vesogothorum Regis. Excerpta è Conr. Peutingero de inclinatione Rom. Imperii, & exterarum gentium migrationibus. *Isidori* Chronicon Gothorum. Ejusdem Historia Vandalorum: Svevorum, & Regum Vvisigothorum Chronica. Excerpta ex Procopii libro IV. de bello Gothico (qui tunc nondum lucem viderat) de priscis sedibus Gothorum, Hunnorum & Vandalorum. Græcè. Castigationes in Isidori Chronicon & Procopium de sedibus Gothorum. (Parte 2) *Jornandes* de regnorum ac temporum successione. Excerpta è L. Marineo Siculo de Gothorum in Hispaniam adventu & Regum serie. Excerpta è Ricobaldi Ferrariensis Historia MS. cui titulus pomœrium Ecclesiæ Ravennatis de Theodorico Rege Gothorum. Variæ lectiones & notæ aliquot in utrumque Jornandis librum. (Parte 3) *Pauli Diaconi* de gestis Longobardorum (*a*) libri VI. cum an-

(a) Apud Fulbertum Carnotensem Ep. 96. sine nomine auctoris citatur historia Longobardorum.

annotationibus & Variis Lect. Commentariolus Vulcanii in literas Gothicas notasque Lombardicas p. 1-17. Imperatorum nomina, notis Lombardicis id. Salutatio Angelica, lingua Gothica p. 31. Oratio Dominica p. 33. Canticum Virginis Mariæ p. 36. Canticum Simeonis p. 41. Quadruplex alphabetum Gothicum pag. 43. 44. 46. Inscriptiones veteres Gothicæ p. 45. 46. 47. Specimen linguæ Gothorum qui hodie Turcicam Chersonesum incolunt pag. 49. Salutatio Angelica, Canticum Mariæ, Zachariæ & Simeonis veteri lingua Thoetisca p. 55. Initium Cantici Canticorum. pag. 60. Rhythmus de vita S.Annonis, (a) ArchiEpiscopi Coloniensis, eadem lingua. p. 62. Vocabula aliquot linguæ veteris Teutonicæ pag. 65. Formulæ duæ juramentorum præstitorum à Carolo & Ludovico Regibus Francorum lingua Romana sive Gallica veteri & Teudisca, excerptæ ex libro III. Historiæ Nithardi pag. 67. Alfredi Anglorum Regis præfatio in pastorale Gregorii I. Papæ Rom. veteri lingua Saxonica à se versum cum versione Anglica interlineari p. 73. & Latina p. 81. Persica vocabula quæ cum Theutonicis conveniunt, & initium Geneseos Persica lingua pag. 87. Specimen Cantabricæ, i. e. veteris Vasconum linguæ p. 89. Oratio Dominica, lingua Frisica. p. 98. Initium Geneseos lingua Wallica & Islandica pag. 99. De Nubianis erronibus, (b) eorumque lingua p. 100. De idiotismo aliorum quorundam erronum. pag. 105. *Gallice* non ineleganter translatus liber Jornandis de rebus Geticis vidit lucem Paris. 1703. 8. auctore Droveto de Maupertuys. Confer memorias Trivultinas s. Memoires de Trevoux, A. 1705. Februar. p. 81. seq. ubi notatur in nominibus propriis quandoque interpretes cespitasse, ut quando Venedos cum Venetis confudit. Flori vestigiis passim insistere Jornandem jam multi annotarunt. Ex Marcellini Chronico quædam describere observat Valesius ad Sozomenum VIII. 25.

LIBER

(a) Separatim velut ἀνέκδοτον antea cum notis edidit Martinus Opitius, Dantiscæ 1639. 8.

(b) Cingaros, Zigeuner vulgo appellamus.

LIBER IV.

De Fragmentis variisque Collectionibus veterum Scriptorum Latinorum.

CAPUT I.

DE ENNII, LUCILII, & ALIORUM VETERUM POETARUM FRAGMENTIS, ET COLLECTIONIBUS.

Fragmenta Ennii. 1. *Lucilii*. 2. *Veterum Poetarum Latinorum à Rob. & Henrico Stephanis collecta*. 3. *Tragicorum*. 4. *Comicorum*. 5. *Epigrammata, & Poematia vetera à P. Pithœo collecta*, 6. 7. *Catonis disticha*. 8. *Fragmenta Poematia, & Epigrammata vetera à Clariss. Almeloovenio, & aliis collecta*. 9. *Petronii appendix*. 10. *Corpus Poetarum latinorum*. 11.

I. Q. ENNII, patria Rudii (*a*) è Calabria, Poetæ eximii, quanquam temporum vitio admodum hirsuti, sed quem eruditio, ut cum Catone loquar in maximum decus, atque in excelsissimam claritudinem sublimavit; Scipio Africano perdilectus, cujus

Hærebat doctus lateri, castrisque solebat.
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Natus est an. urbis 513. C. Claudio Centhone, & M. Sempronio Tuditano Coss. Vide Pontacum ad Eusebii Chron. pag. 459. & de Ennii patria p. 468. Generis quoque nobilitate efferre se Ennius potuit, quod à Messapo Rege repetebat, unde [illegible] ὁ Μεσσάπιος dicitur Æliano apud Svidam in Ἔννιος. Vide Neocorum ad Svidam Tom. 1. p. 747. & Henningi Forelii diatribam de Ennio, editam Upsaliæ 1707. 8. Obiit septuagesimo ætatis anno, Urbis DLXXXV. Fragmenta ejus dispersa, in unum velut corpus redigere in animo habuit Lud. Vives ad cap. 21. libri 2. Augustini de Civitate Dei. Susceptus hic labor postea à Stephanis duobus non infe-

(a) Patriam Ennii plerique viri docti habent Rudiam prope Tarentum, de qua Christophorus Cellarius T. 1. notitiæ Orbis p. 901. At Dominicus de Angelis in diss. Italice edita de patria Ennii Rom. 1701. 8. Rudiæ hoc tribuit alteri, quæ duobus Aletio millibus distat.

infeliciter, & quod ad *Tragedias* attinet à Martino Delrione; & Petro Scriverio. Ex *XVIII. Annalium libris* (*a*) Hexametro carmine historiam Romanam olim complexis, aliisque Ennii scriptis (*b*) quæ reperire potuit majore studio collegit, digessit, commentarioque pereruditо illustravit *Hieron. Columna* politissimi vir ingenii, & Nobilis Romanus, ad Joannem Filium (*c*), Neapoli 1590 4. Hunc secutus *Paulus Merula* Ennianorum *Annalium* fragmenta, & ipse diligentissime collegit, cumque suis animadversionibus vulgavit Lugd. Bat. 1595. 4. Columnæ editionem, quæ rarissima fuerat, nitide recudi curavit typographus insignis H. Vvetstenius Amst. 1707. 4. recensente Francisco Hessellio (*d*) qui eruditorum Virorum emendationes undique conquisitas, & ad tragediarum fragmenta notas Vossii, Delrionisque opinationes, & denique fragmenta Annalium è Merulæ collectione (omissis ejus animadversionibus) adjunxit. Illam Merulæ collectionem Italice vertit Bernardus Philippinus; inter cujus opuscula Romæ An. 1659. 8. edita habentur etiam Ennii versus, quos imitatus est Virgilius, collati cum Maronis versibus à pag. 724--757. Fallitur autem Campanella, qui pag. 189. de libris propriis ait fragmenta Ennii fraudem subolere. Ennium passim laudat Cicero, & Vitruvio IX. 3. judice *quicunque litterarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere sicuti Deorum, sic & Ennii Poetæ simulacrum.*

* De

(a) Annales Ennii in libros dispescuit Quintus Vargontejus, ut colligas è Svetonio c.2. de Grammaticis, ad quem locum Casaubonus è Gellii XII. 5. observat, Annales istos solitos ad populum legi in theatro, quique id facerent, dictos Enniastas. Male XL. liber à quibusdam Festi Codd. memoratur, neque enim plures scripsit quam XVIII. De tempore, quod singulis Annalium libris Ennius fuit complexus, videndus Merula p. 54. 55. Primum Hexametros latinos composuisse Ennium notat pag. 93. & 599. ex Diomede.

(b) Cetera scripta Ennii sunt: Phagetica, Epigrammata, Scipio, Epicharmus, Asotus, & aliæ Satyræ, Protrepticus, & Præcepta. Tum Tragœdiæ Achilles, Ajax, Alcestis, Alcmæon, Alexander, Andromache, Andromeda, Athamas, Cresphontes, Cressæ, Dulorestes, Erechtheus, Eumenides, Hectoris lustra (λύτρα) Hecuba, Iliona, sive Polydorus, Iphigenia, Medea, Melanippe, Nemea, Phœnix, Telamon, Telephus, Thyestes. Comœdiæ vero: Amphithraso, Ambracia. Pancratiastes. Denique Evemerus, sive sacra Historia Evemeri, soluto sermone conversa. De Satyris Ennii videndus Casaubonus l.2. de Satyrica poesi c.2.

[c] Neapolitana fragmentorum Ennii editio cum Mss. Joannis Gravii adnotationibus fuit apud Joannem Morum, Episcopum Eliensem. Hieronymus Columna, cui Neapolitana illa editio debetur, Dausquejo in notis ad Silium p. 267. appellatur *Italiæ decus, à cujus ditissimis commentariis latrunculi manum non abstinuerunt.*

[d] V. C. *Franciscus Hesselius* Eloquentiæ, & historiarum in Athenæo Roterod. Professor, cui Vibium Sequestrum novis curis expolitum, curasque in Gruterianum Veterum inscriptionum corpus impensas debemus, novæ suæ atque elegantissimæ fragmentorum Ennii editioni etiam indicem omnium vocabulorum adjunxit.

*De Ennio, quem *alterum Homerum* vocabat Horatius, ita Josephus Scaliger in Scaligeranis p. 136. *Ennius Poeta antiquus magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum, & amisissemus Lucanum, Statium, Silium, Italicum, & tous ces garçons la.* Fuit & alter Ennius junior, qui de literis syllabisque, item de metris & de augurandi disciplina scripsit. Sveton. c. 1. de Grammaticis * Vide & Paulum Merulam ad Ennii Vetustioris fragmenta p. 239.

II. C. LUCILII Suessani Auruncani Equitis Romani, qui magnus avunculus Magno Pompejo fuit, fragmenta ex *Libris XXX. Satyrarum, Epodis, Hymnis, Serrano & Numularia* comœdia, post Stephanos (*a*) diligentius collecta digesta scholiisque illustrata à *Francisco Dousa*, Jani filio, cujus centones quidam Luciliani sunt adjecti (*b*) Lugd. Bat. 1597. 4. Non pauca Luciliana emendant atque illustrant Janus Gvilelmius lib. 2. Verisimilium c. 1. 2. 7. 6 10. Janus Rutgersius Venusinar. lectionum c. 15. & Justus Rycquius in Centuria nova Epistolarum Epistola sexta ad Ludovicum Saregum. Lovan. 1615. 8. Fragmenta Lucilii colligit & *Josephus Isæus*, Romæ, ut me docuit Paulus Colomesius ad Gyraldi Dialogum IV. de poetis p. 193. Utrum *vitam Scipionis Africani majoris* scripserit Lucilius, disquirentem vide Bælium in Lexico, qui recte notat poetæ hujus fragmenta post Dousæ industriam etiamnum indigere, ut ab alio quodam viro docto plus lucis accipiant. Librum de vita & scriptis Livii Andronici, Nævii pag. 8. Ennii p. 14. Cæcilii Statii pag. 31. Pacuvii pag. 36. Attii pag. 41. Attilii pag. 46. Lucilii pag. 48. & Afranii pag. 56. & M. Porcii Catonis p. 59. -- -- 110. edidit Caspar Sagittarius Altenburg. 1672. 8. * LUCILIUS Auruncæ alumnus (*c*) decessit anno ætatis 46. itaque *senex* dicitur Horatio, pro veteri. Primus Lucilius condidit styli nasum, ut ait Plinius præf. h. e. satyras scripsit. Hinc apud Martialem XII. 96. *Lucilius esse laboras* i. e. vis satyras componere. Ausonius ad Tetradium satyrarum scriptorem Epist. 25. *Rudes Camœnas qui Suessæ prævenis, ævoque cedis non stylo.* Solitum verba in versibus suis audacius disjungere, ac discerpere, ut *cere comminuit brum*, perstringit Eugenius Toletanus carm. 25. T. XII. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 348.

(a) Lucilii fragmenta quædam è Stephanorum collectione subjuncta sunt Horatio Danielis Heinsii.

(b) Fragmenta Lucilii in quibusdam exemplis præferunt Amst. 1661. 4. sed tantum prima pagina recusa est ex veteri editione Lugd. Bat. 1597. 4.

[c] Juvenal. Sat. I. v. 20.

O Jo *versiculos nexos qui despicis* hannes,
Excipe di *sollers si nostri jungere* visos.
Cerne ca *pascentes dumoso in littore* melos,
Et por *triticea verrentes germina* cellos.
At sitibunda petunt lympharum pocula menta,
Atque bu *glandiferæ recubant sub tegmine* bulci,
Nunc pas *lanigeras ducunt ad pascua* tores,
Et fœ *consumunt fraudantes munera* turæ.
Pro *tibi ut & nostro veniat ex carmine* fectus
Instar Lucilii *cogor disrumpere versus.*

De libro trigesimo Satyrarum consulendus Janus Gvilelmius lib. II. verisim. c. 1. & 2. Alia Lucilii emendat c. 7. 9. 10. Vide etiam Christophori Wase strictūras & animadversiones Nonianas, Oxoniæ editas, & Pauli Merulæ ad Ennium commentaria.

III. FRAGMENTA VETERUM POETARUM Latinorum, *Accii*, *Valer. Æditui*, *Alphei Aviti*, *Albini*, *Afranii*, *Petronii Arbitri*, *Bassi*, *M. Furii Bibaculi*, *C. Licinii Calvi*, *Cæcilii Statii*, *Q. Catuli*, *C. Helvii Cinnæ*, *Ennii*, *Furii*, *A. Galli*, *Corn. Galli*, *Getulici*, *Decimi Laberii*, (a) *Laureæ Tullii*, *Porcii*, *Licinii*, *Livii* (b) *Andronici*, *Lucilii*, *Æmilii Marci*, *Domitii Marsi*, *Cn. Matii*, *Nævii*, *Pacuvii*, *C. Pedonis Albinovani*, *L. Pomponii*, *Septimii*, *Publii Syri*, *A. Sereni*, *Corn. Severi*, *Svevii sive Succi*, *C. Ticidæ*, *Titinnii*, *Trabeæ*, *Turpilii*, *T. Valgii*, (c) *Varii*, *M. Varronis*, *Varronis Attacini*. Hæc à *Rob. Stephano* & *Henrico* filio collecta digestaque prodierunt Paris. 1564. 8. Hanc Stephanorum collectionem vidisse se testantur Autores Ephemeridum literariarum Germanice editarum Lipsiæ A 1710. p. 1007. manu *Dionysii* & *Jacobi Gothofredi* emendatam & suppletam. Exstat liber in Bibl. publica Amplissimi Senatus Lipsiensis. Eadem fragmenta cum emendationibus MSS. *Jani Dousæ* habuit celeberrimus Perizonius, qui illa legavit Bibl. publicæ Leidensi. Terentium brevi excepit *L. Afranius*, scripsitque togatas. Laudant eum Grammatici his in Fabulis: *Abducta* Fest. Non. *Æqualibus* Charis. Non. *Auctione* id. *Auguribus* id. *Brundusinis* id. Charis. Fest. Priscian. *Buccone adoptato* Non. *Cinerario* Charis. Non. Priscian. *Compitalibus* Svet. Macrob. Cassiod. Non. Priscian. *Consobrinis* Gell. Fest. Charis. *Crimine* Non. *Deditione* Charis. *Deposito* Non. *Divortio* id. *Emancipato*

[a] De Laberio vide, si placet, Clarissim. Bælii Lexicon, & quæ dixi lib. 1. c. 16.
[b] De Livii Andronici scriptis vide etiam Merulam ad Ennium p. 216.
[c] T. Valgii Rufi fragmenta collegit Broukhusius in exquisitis suis ad Propertium notis p. 376. seq.

cipato Charif. Feft. Non. Prifcian. *Epiftola* Feft. Non. *Excepto* id. *Fratriis*. Non. Prifc. *Homine* Non.. Prifc. *Ida* Feft. *Incendio* Non. Prifc. *Inimicis* (a) Non. *Liberto* id. *Marito* id. *Materteris* Charif. Non. *Megalenfibus* Non. *Nomine* Gell. Macrob. *Oboloftate* Feft. *Pantaleonte* Charif. *Patella* Prifc. ex Aruntio. *Pompa* Charif. Non. *Privigno* vel *Privigna* Feft. Non. *Prodigo* Non. *Prodito* Feft.& Prifcian. *Promo*, Feft.Non. *Purgamento* Non. *Repudiato* Charif.Feft.Non. *Rofa* (b) Non.Ifidor. *Sella* Gell.Macrob. *Simulante* Donat. Non. *Sororibus* Charif. Non. *Sufpecta* Feft.Prifc. Non. *Talione* Charif. Prifc. *Temerario* Charif. *Thaide* Aufon. Non. *Virgine* Macrob. Feft. Non. *Vopifco* Non. Hæc ex Chriftophori Wafe exercitatione tertia animadverfionum Nonianarum. *Cæcilius Statius*, Comœdiarum fcriptor Ennio fuppar, anno poft eum diem obiit, U. C. 586. Cum Cœlio Antipatro Sidonio à quibufdam confunditur. Novator fuit Verborum, inde malum eum latinitatis auctorem Cicero appellat. Principatum tamen illi inter Comicos tribuit Volcatius Sedigitus ap. Gellium. Excelluit enim in πάθεσιν; ut in ἤθεσι Terentius. Cæcilium Terentius cito eft confecutus, quippe quorum Comœdias quasdam novas idem L. Ambivius Turpio Comœdus agit. Laudatur Cæcilius in *Æfchrione* (c) Feft, *Amphitruone* Non. *Andria* id. *Androgyno* (d) Feft. *Apollumenis* Non. *Ariolo* Feft. *Afoto* Non. *Calchis* id. *Carine* Feft. *Chryfio* Gell. *Cratino* Prifc. Feft. *Dardano* Non. *Davo* Feft. *Demandatis* Non. *Emporo* id. *Epiclero* Prifc. *Epinanfimache* Prifc. Non. *Epiftola* Prifc. *Eratofthene* Donat. *Exule* Non. *Fallacia* id. *Fœneratore* vel *oboloftate* id. *Filumena* id. *Gamo* Feft. *Harpazomene* Charif. Donat. Non. *Hephæftione* Non. & Cic. de fenectute. *Hymnide* Carif. Feft. Non. Cic. de finibus. *Hypobolimæo Æfchino* Gell. Non. *Hypobolimæo Chæreftrato* Feft. *Hypobolimæa Raftraria* Non. *Meretrice* vel *Moletrice* id. *Melane* Fulgent. *Nauclero* vel *Petitore* Non. *Notho Nicafione*, id. *Paufimacho* id. *Peribœa Raftraria* id. *Plocio* Cic. de fenectute, & Gell. *Progamo* Non. *Pugile* Feft. *Subdititio vel Hypobolimæo*. Gell. Non. *Symbolo* Non. *Synariftofis* Gell. Non. *Synephebis* Cic. de natura Deorum & de fenect. Non. *Titthe* id. *Triumpho* Gell. Feft. *Venatore* Non. *Umbris* vel *Diomede in Umbris* Non. Prifcian. De *Æmilio Marco* ejufque fcriptis confulendus Janus BroucKhufius ad Tibullum p. 274. feq. *Laureæ Tullii* liberti Ciceronis carmen

N 2 in

[a] Male *Imis* apud Non. in faceffere.
[b] al. *profa*.
[c] Reinef. II. 1. p. 115. Var. Lect. *Æthone*.
[d] Male al. *Andronico*.

in thermas Ciceronianas servavit Plinius XXXI. 2. Suppar Terantii fuit *Sextus Turpilius* Comicus, qui laudatur in fabulis, *Boethuntibus* Non. *Canephoro* id. *Demetrio* Diomed. Non. *Demiurgo* Cic. Non. *Epiclero* Non. Prisc. *Hetaera* Non. *Lemniis* id. *Leucadia* vel *fugitivis* Cic. Non. *Lindia* Non. Prisc. *Paraterusa* id. *Paedio* Non. *Philopatro* id. *Thrasyleone* Non. Cic. *Veliterna* Serv. Non. Isid. Turpilii loca apud Nonium emendat Janus Guilhemius lib. 2. Verisimilium cap. 21. & 23.

IV. Fragmenta VETERUM TRAGICORUM Latinorum post Stephanorum & *Martini Delrionis* (a) industriam diligentius collecta à *Petro Scriverio*, cum præmissis auctorum, qui Tragicos laudant, testimoniis, & subjectis castigationibus, notisque uberioribus *Gerb. Jo. Vossii* Lugd. Bat. 1720. 8. * Notæ Vossii in fragmenta veterum Tragicorum recusæ in ipsius operibus junctim editis Amst. 1703. fol. tomo quarto.

1. Occurrunt in hac collectione fragmenta ex *Livii Andronici* (b) Achille, Adone, Ægistho, Ajace, Andromeda, Antiopa, Centauris, Equo Trojano, Helena, Hermiona, Inone, Laodamia sive Protesilaodamia, Tereo Teucro laudato, & quæ non addito Tragœdiæ nomine allegantur.

2. Ex *Q. Ennii* Achille, Achille Aristarchi, Ajace, Alcmæone, Alexandro s. Alexandra, Andromacha, Andromacha Molotto, Andromeda, Athamante, Cresphonte, Duloreste, Erechtheo, Eumenidibus, Hectoris Lytris, Hecuba, Iliona, Iphigenia, Medea Exsule, Medo, Menalippa s. Menalippo & Menalippa Nemea, Phœnice, Scipione, Telamone, Telepho, Thyeste, & incertis ejusd. Ennii Tragœdiis.

3. Ex *Cn. Naevii* (c) Ægistho, Alcestide, Danae, Duloreste, Equo Trojano, Hectore, Hesiona, Iphigenia, Lycurgo, Phœnissis, Protesilaodamia & incertis.

4. Ex *M. Pacuvii* Anchise, Antiopa, Armorum judicio, Atalanta, Chryse, Dulorestre, Hermiona, Iliona, Medo, Medea, Niptris sive Niptra, Paulo, Peribœa, Phinidis, Pseudone, Tantalo, Teucro, Thyeste & incertis. * *Pacuvius* Ennii poetæ ex filia nepos picturam Romæ exercuit & fabulas venditavit, deinde

(a) In parte prima Syntagmatis tragœdiæ latinæ, cujus alteram partem Senecæ tragœdiæ constituunt Antvverp. p. 1594. 4. Paris. 1607. 1620. 4. Vossii notæ in fragmenta Tragicorum recusa sunt inter magni illius viri Opera tomo quarto.

(b) Ex Odyssea & Comœdiis Livii nihil hoc in opere affertur. Idem puta de Scriptis cæterorum Tragicorum, quæ non sunt Tragœdiæ. De Livio hoc opere prætium est consulere alterum T. Livium VII. 2. Hist.

(c) Nævius obiit Anno U. C. 550. licet Varro vitam ejus longius produxerat. Vide Ciceronem in Bruto c. 15.

deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit; ut narrat Prosper in Chronico pag. 697.

5. Ex *L. Attii* sive *Accii* Achille, Ægistho, Æneadis sive Decio, Agamemnonidis, Alcestide, Alcmæone, Alphesibœa, Amphitruone, Andromacha, Andromeda, Antenoridis, Antigona, Argonautis sive Medea, Armorum judicio, Astyanacte, Athamante, Atreo, Artomedia, Bacchis, Bruto, Chrysippo, Clytemnestra, Decio seu Æneadis, Deiphobo, Diomede, Duloreste, Epigonis, Epinausimache, Erigona, Eriphyla, Eurysace, Phinidis, Hecuba, Helenibus, Jlona, Medea Exule seu Argonautis, Meleagro, Menalippe seu Menalippo, Minotauro, Myrmidonibus, Neoptolemo, Niptris, Nyctegresia seu Nyctegersia, Oenomao, Paride, Pelopidis Persidis, Philoctete, Phinidis, Phœnissis, Prometheo, Stasiastis sive Tropæo, Telepho, Tereo, Trachiniis, Thebaide, Troadibus & incertis. * *Attii* sive ut à multis perperam vocatur *Accii* Fragmenta ex Phœnissis exhibet & illustrat Janus Guilelmius ante Metaphrasin suam latinam Phœnissarum Sophoclis, e quo sua Attius expressit Rostoch. 1579. 8. Idem Guilelmius nonnulla Attii fragmenta emendat lib. 1. verisimilium c. 6. & 21.

6. *Versus Tragici interprete* (*a*) *M. Tull. Cicerone*, *Fragmenta Ilii* ex Tragœdia Theutrante, *C. Granii* (Graji vel Gracchi) ex Peliadibus, *Memoris* (*b*) vel Memmii ex Hercule, *C. Jul. C. Strabonis* ex Adrasto, *Sempronii Gracchi* ex Atalanta & Thyeste, *Q. Lutatii Catuli* ex Alcmæone, *Varii* ex Thyeste, (*c*) *C. Cilnii Mæcenatis* ex Octavia & incerta Tragœdia, *Ovidii Nasonis* ex Medea, *Pomponii Secundi* (*d*) ex armorum judicio, Atreo, & Tragœdiis incertis, *Rutilii Gemini* ex Astyanacte.

7. Denique leguntur fragmenta incertorum tragicorum, & pars Tragœdiæ Medeæ quam Virgilianis versibus expressit *Osidius Geta*, sive *Ovidius* potius, ut supra lib. 1. c. 15. annotavi.

(a) Eosdem exhibet & cum Græcis superstitibus confert H. Stephanus in Lexico Ciceroniano de quo libro dixi supra in Cicerone.

(b) *Memoris* Tragici mentio apud Martial. XI. 10. seq. & Fulgentium de prisco sermone. Janus Guilelmius versimilium lib. 1. c. 5. emendat & illustrat versus C. Cilnii Mæcenatis allatos ab Isidoro XIX. 32. Originum sive Etymologicon;

(c) Confer, Rigaltii Venusinas lectiones c. 3.

(d) Terentianus Maurus: *In tragicis junxere choris hunc sæpe diserti Annaeus Seneca & Pomponius ante Secundus*. * Joh. Lelandus de scriptoribus Britannicis p. 19. *Annis ab hinc tribus, aut eo amplius, auctioni veterum librorum interfui. Hic ego non carbones sed thesauros inveni, nempe* Oresten *tragœdiam antiquissimi sed auctoris hactenus mihi incerti nominis, non jambicis senariis, verum, quod admiraberis, hexametris heroicis accuratissime scriptam; conjectura tantum est, opus à* Pomponio Secundo *poeta conscriptum*.

Non omittenda, quæ pag. 185. occurrunt *Attio Tragico Trabeæque* Comico afficta à M. Antonio Mureto, & pro genuinis habita à Jos. Scaligero ad Varronem de re rustica p. 212. edit. (*a*) A. 1573. Nic. Serrario pag. 326. notar. ad Epist. 99. Bonifacii Archiep. Moguntini, Conr. Rittershusio pag. 296. 297. ad Oppianum, Augusto Buchnero in Thesaur. Basil. Fabri voce *Præfica*, & D. Frid. Rappolto pag. 2219. Opp. Theolog. pro genuinis. Similem fraudem à Mureto alibi commissam, notat Lipsius ad Senecæ Epist. 58. ubi de versu sub Afranii nomine adducto, (*b*) *Gaudebit sapiens, lætabuntur cæteri:* dubitat an ipse ejus autor sit Muretus. Is. Vossius ad Catullum pag. 46. versui, quem sub Pacuvii nomine in testimonium idem Muretus citaverat: *pro imperio sic satisubsulus vestro excubet.*; hæc subjicit; *Mera hæc est impostura, cum iste versiculus nusquam alibi exstet, nec Pacuvium sed Muretum habeat auctorem. Mirum fraudem hanc non detectam fuisse a Scaligero, cui merito suspectæ esse debuerant merces sub quocunque demum titulo è tam dolosa prodeuntes officina, utpote qui adulterinis hujus viri Versibus deceptum se fuisse optime nosset. Sed profecto tanti fuit apud Scaligerum ponderis Mureti facundia, ut bis quoque ab eo passus sit se decipi.* * *Q. Trabea* inter Comicos veteres non infimæ notæ, quem in octavum locum Volcatius Sedigitus apud Gellium conjicit, de eo Varro apud Charisium lib. 2. extremo; *πάθη vero & Trabea & Atilius & Cæcilius facile moverunt.* Hoc liquet ex imaginibus iræ & inanis lætitiæ apud Cic. 2. de finibus & 4. Tusc. Laudare creditur Trabeam in *Ergastulo* Nonius c. 2. sed Pomponio asseritur bis, in rarenter & villicari. Causa erroris est, quod vocabulum trabes ad Ennii laciniam revocandum sit.

—— —— Sed quasi ferrum aut lapis
Durat rarenter gemitum conatu trabens,

Pomponii nomen excidit, nec exstat ullum e Trabeæ fabulis nomen:

(a) In recentioribus editt. Scaliger omisit, fraudem vero ultus est hoc epigrammate:

Qui rigidæ flammas evaserat ante Tolosæ
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

Muretus illum locum expresserat è Græco Philemonis apud Plutarchum consolat. ad Apollon. & Stobæum in florileg. serm. 108. pag. 447. edit. Grotii. Vide Mureti poemata p. 50. edit. Lips. Colomesii cimelia litterar. c. 19. Baudii amores pag. 466. seq. Bælii Lexicon. edit. 2. in *Trabea*, & Ægid. Menagiuni cap. 83. Anti Bailleti qui cap. 118. & 153. ejusd. operis gloriatur se similiter epigramma Hetruscum supposuisse Tasso, quod Costartus aliique peritissimi cæteroqui talium judices, non dubitarunt esse illius Principis Poetarum Italorum. Adde Miscellanea ejusdem Menagii Hetrusco sermone edita p. 85. Similis fucus Jano Dousæ filio factus ab Hieronymo Groslotio Lysleo notatur in Baudii amoribus p. 463.

(b) Afranius apud Nonium in *cupido: Amabit sapiens, cupient cæteri.*

nomen: nam *Harpaga* sive *Harpacem*, subditivam Muretus (*a*) prolem Scaligero, pro genuina venditavit, Comœdiam scilicet ex Euripide translatam. Hæc Christophorus Wase exercitatione tertia animadversionum Nonianarum.

V. COMICI VETERES Latini hi fere sunt: *Sutrius*, *Succius*, *Dossennus*, *Afranius*, *Atta*, *Titinnius*, *Livius*, *Aquilius*, *Acuticus*, *Juventius* (b), *Nævius* (c), *Cæcilius Statius*, *Plautus*, *Licinius*, *Terentius*, *L. Pomponius*, *Turpilius*, *Trabea*, *Luscius*, *Ennius*. Vide Janum Rutgersium lib. IV. var. lect. cap. 19. Plerorumque horum fragmenta collecta sunt ab utroque Stephano in volumine cujus jam fecimus mentionem. Præter quod idem Henricus Stephanus minore forma una cum Sententiis comicorum Græcorum vulgavit Sententias selectas Latinorum, *Afranii*, *Cæcilii*, *Nævii*, *Plauti*, *Pomponii*, *Sexti*, *Turpilii* & *Terentii*, adjectis, quos in certas classes digessit, *Publii Syri* mimis. Paris. 1569. Ab Aldo quoque Manutio Pauli filio Comœdia *Philodoxios* (*d*) vulgata est Ascanio Persio dicata, paucis foliis constans nec digesta in versus, quam *Lepidi* Comici veteris esse & ex antiquitate eruisse se ait Lucæ 1588. 8. At enim falsus est Manutius, qui lusum Leonis Baptistæ Alberti non dubitavit Comico antiquo tribuere. * L. *Pomponius* Bononiensis, quo tempore Tullius virilem togam sumeret inclaruit. Laudatur in his fabulis: *Adelphis* Non. *Æditumo* Gell. Non. *Agamemnone supposito* Non. *Aleonibus* id. *Anulo posteriore* id. *Aruspice* id. *Asinaria* id. *Atreo* id. *Augure* id. *Buccone adoptato* id. *Buccone auctorato*. Charis. *Citharista*. Non. Prisc. *Campanis* Non. *Capella* Charis. *Cœna*: Charis. *Collegio* Non. *Concha* id. *Cretula* vel

 petito-

(a) Non diffitetur hoc Muretus ipse ad calcem hymnorum suorum sacrorum in edit. Aldina A. 1575. 8. p. 56. seq. Confer. Jac. Thomasii notam ad Mureti poemata pag. 50. Mich. Maittaire de viris Stephanor. p. 366. seq. Vicissim sub Mureti nomine Epistolas supposuisse edidisseque Lambinus à Mureto arguitur: vide Menagiana T. 4. p. 222. seq. Tamen sancte licet id affirmanti Mureto viri docti hoc non credunt.

(b) De hoc præter Rutgersium IV. 19. Var. Lect. viri docti ad Gellium XVIII. 12.

(c) In quibusdam Codd. Novius, ut apud Tertullianum c. 4. de pallio, *inter fullones Novianos coronandus*. * Diversi fuere, & probe inter se distinguendi Comici *Novius* eoque longe antiquior Nævius.

(d) Pseudo *Lepidi Philodoxius* lusus fuisse creditur *Leonis Baptistæ Alberti*, Florentini. Vide Raphaelem du Fresne in vita Leonis Baptistæ Alberti, præmissa ejus tribus libris de pictura, & tractatui de statua Paris. 1651. fol. Comœdiam admodum jucundissimam vocat, & *Carolo Aretino* tribuit Albertus de Eyb in margarita poetica edita Rom. 1475. fol. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. X. pag. 481. Ibidem legas editum A. 1580. & in Actis Eruditorum anni 1707. p. 528. A. 1583. Sed reponendum 1588. Ita & in Cinelli Bibl. volante & in Galleria di Minerva T. V. p. 101. 171.

petitore barede id. *Decuma fullonis* Non. Festus. *Decumis* Non. * *Dogali* id. *Dotata* id. *Ergastulo* id. *Fullonibus* id. *Gallis transalpinis* Gell. Macrob. Non. *Hirnea pappi* Non. *Kalendis Martiis* Macrob. *Lare familiari* Prisc. *Lemne* Charis. *Maccis geminis* Non. *Maccis geminis prioribus* Charis. *Macco* Non. *Macco milite* Charis. *Macco sequestre* Non. *Mavia* Gell. Macrob. *Majali* Non. *Medico* id. *Munda* id. *Nuptiis* id. *Pannuceatis* id. *Pansa Pappi* (al. *sponsa Pappi*) id. *Pappo Agricola* id. *Pappo praeterito* id. *Partis* id. *Patruo* id. *Philosophia* id. *Pictoribus* id. *Piscatoribus* id. *Pistore* id. *Pinthone Gorgonio* id. *Placenta* id. *Porcaria f. Porcetra* id. *Porto* id. *Praecone posteriore* id. *Praefecto morum* id. *Prostibulo* id. *Quinquatribus* id. *Rustico* id. *Sarcularia* id. *Satyra* Prisc. *Synephebis* Charis. *Syris* Non *Vacca* vel *marsupio* Prisc. *Vernionibus* Non. *Verre aegroto* id. *de Vite* id. *Epigrammata* scripsisse testatur Varro de lat. lingua. Quod MSta praeferunt de *Arista*, Mercerus ad Non. legit *Citharista*, Salmasius maluit *Hetarisca*, ut sit eadem cum *Prostibulo* fabula.

De *Fabio Dossemo* Comico consulendus Jo. Marius Mattius libro tertio Opinionum c. 25. pag. 506. Tom. IV. Miscell. Gaudentii Roberti. *T. Quinctius Atta* Togatorum Scriptor Cicerone tricesimum jam annum agente defunctus scripsit *Aedilitiam* Gell. Diomed. *Aquas calidas* Non. *Conciliatricem* Gell. Non. *Gratulationem* Non. *Lucubrationem* id. *Megalensia* Serv. in 7. Ecl. *Socrum* Prisc. *Supplicationem* Macrob. *Tironem proficiscentem* Prisc. item *Satyras* Diomed. Macrob. & *Epigrammata* Non.

Titinius (ita scribendum non *Titinnius*) togatarum scriptor, an fuerit ex equestri genere Titinorum, an libertus M. Titinii Praetorii ad quem Cicero librum epistolarum scripserat, qui hodie desideratur, incertum est. Ἠθη *nulli quam Titinio & Terentio servare convenit*, inquit Varro quinto de L. L. apud Charisium lib. 2. extremo. Scripsit *Barathrum* Charis. Fest. Non *Barbatum* Fest. Non. Prisc. *Caecum* Charis. *Ferentinatem Psaltriam* Fest. Non. Prisc. *Fullones* Non. *Geminam* Non. Prisc. *Hortensium* Charis. *Ilam rubram* Non. *Jurisperitam* Charis. *Praeliam* Charis. Non. Prisc. *Privignum* Non. *Pullam* Fest *Quintum* Non. Prisc. *Setinam* Charis. Fest. Non. *Tibicinam* Charis. *Vopiscum* Non. *Veliternam* id. Aliquid etiam *de Medicina* tradidisse è Q. Sereno Sammonico colligit Christophorus Wase exercit. 3. animadvers. Nonianarum, cui haec debeo.

VI. EPIGRAMMATA VETERA, quorum pleraque nunc primum ex antiquis codd. & lapidibus, alia sparsim ante hac errantia, jam undecunque collecta, emendatius vulgata, distin-

ctaque

ctaque in libros IV. quorum 1. ad Sacra & mores spectantia, 2. Elogia 3. Epitaphia & tumulos, 4. Miscellanea & omissa complectitur, Paris. 1590. 12. apud Dionysium Durallium; & Lugduni sumtu Genevensis typographi Jacobi Chovet 1596. 8. ex Bibliotheca & cum emendationibus *P. Pithœi*. Nomina auctorum, quæ Epigrammatis in ista collectione (dubia non raro fide) præfiguntur, hæc sunt: *Ablavii Cos. Albii Tibulli*, *Alcimi Alcinoi*, *Asclepiadii*, *A. Septimii Sereni*, *Asmeni*, *Avieni*, *Basilii*, *Callimachi*, *C. A. Romuli*, *C. Cæcilii Plinii Secundi*, *Cœlii Firmiani Symphorosii*, *C. Cassii* (a) *Parmensis*, *C. Cilnii Mæcenatis*, *C. Helvii Cinnæ*, *Citerii Sidonii Syracusani*, *C. Julii Cæsaris*, *C. Licinii Calvi*, *C. Nævii*, *Cornelii Celsi*, *Cornelii Severi*, *C. Silonis*, *C. Sulpicii Apollinaris* (b) *Carthaginiensis*, *D. Laberii Mimi*, *Epicteti*, *Domini Evantii* (c) *sive Eugenii*, *Eucheriæ Poetriæ*, *Euphorbii*, *Euriali Morani*, *Eusebii*, *Eusthenii*, *Focæ Grammatici*, *Furii Bibaculi*, *Gerberti*, *Germanici Cæsaris*, *Hadriani Imperatoris* (d), *Hilasii*, *Juliani*, *Julii Flori*, *L. Annæi Senecæ*, *L. Apuleji*, *Laureæ Tullii*, *C. Lucilii*, *M. Annæi Lucani*, *Maximiani*, *Julii Modesti*, *M. Pacuvii*, *M. Terentii Afri*, *M. Tullii Ciceronis*, *M. Valerii Martialis*, *Palladii*, *Pentadii Pompejani*, *Porphyrii Poetæ*, *Porcii Licinii*, *P. Ovidii Nasonis*, *P. Syri mimi*, *P. Virgilii Maronis*, *Pulicis*, *Puppii Poetæ*, *Q. Aurelii Symmachi*, *Q. Catuli*, *Q. Ennii*,

(a) Sub hujus nomine Poemation, quod *Orpheus* inscribitur, primus edidit Achilles Statius ad Svetonium de Claris Rhetoribus cap. ult. Sed eruditis suspicio est Achillem ipsum id effinxisse, tametsi in Brutiis repertos & à Sertorio Quadrimano sibi communicatos affirmat. Cum Nathanis Chytræi commentariolo occurrit ad calcem Galatei quem Italice scripsit Joannes Casa & Chytræus latine edidit Francof. 1575. 8. Idem poemation cum Græca Matthiæ Bergii Metaphrasi Rittershusius inseruit suis ad Phœdri librum tertium notis.

(b) De hoc Bælius in Lexico T. 5.

(c) Hujus versus de ambiguis sive hybridis animalibus solent etiam edi in calce Petronii cum Q. Ciceronis de mulierum lenitate & Pentadii de vita beata.

(d) Hadriani Imp. Epigramma in equum Borysthenem integrius & emendatius exhibet magnus Gassendus in vita Peirescii ad A. 1629. Epitaphium Sorani Ducis, è Gerardi Goldenhaurii Noviomagi historia Batavica affert Hieron. Vvolfius ad Historica Svidæ latinè à se reddita p. 33.

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris
Inter mille viros primus fortesque Batavos
Hadriano potui qui judice vasta profundi
Æquora Danubii cunctis tranare sub armis
Emissumque arcu dum pendet in aere telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.
Quem neque Romanus potuit neque barbarus unquam
Non jaculo miles, non arcu vincere Parthus.
Hic situs, hic memori saxo mea facta sacravi.
Viderit anne aliquis post me mea facta sequatur,
Exemplo mihi sum, primus qui talia feci.

nii, *Regilani*, *Rufi Festi Avieni*, *Sex. Aurelii Propertii*, *Sulpiciæ*, *Sulpicii Luperci Servasti junioris*, *Tullii Marci*, *Valeriani*, *Val. Catonis Grammatici*, *Varronis Terentii & Atacini*, *Vitalis Mimi*, *Volcatii Sedigiti*, *Vomani sive Vovianii*. Carmen quod lib. III. Epigram. exstat p. 70. & incipit: *Urbs cecedit de qua si* &c. longe integrius ex codice antiquo edidit Martinus Opitius c. 13. Var. lect. *Calvus* in *Jo* laudatur à Servio in 8 Eclog. Pseudo *Cassii* Orpheus velut repertus à Petro Victorio in lucem datus fuit à G. Fabricio ad Horatii lib. 1. Epist. 4. & separatim prodiit 1585. 8. apud Jo. Vvechelum, cum Nathanis Chytræi commentario. Laudat Cassii ingenium Horatius lib. I Sat. 10. v. 62. & lib. I. Epist. 4. v. 3. memorat & Plinius 31. 2. Epistolam ejus ad Antonium. De illo Cassio Parmensi Jo. Conradus Dietericus in vita Augusti p. 121. seq. *Evantii* Acrostichon in funus genitoris sui Nicolai exstat inter Eugenii carmina Tom. II. Opp. Sirmondi p. 886. & T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 347. Nomen unius hominis est *Sulpicius Lupercus Servastus*, quod commatibus in tria distraxit in priore editione Typographus. Qui inter poetas ibi memoratur Pulex, est *Pulex de Custoza* Vincentinus, qui medio sæculo XIV. claruit. Vide Menagiana T. IV. p. 432. 439. ubi epigrammatis in hermaphroditum variæ metaphrases.

VII. POEMATIA VETERA cum Epigrammatibus istis ab eodem Pithœo collecta & emendata *(a)* hæc sunt: 1. *Q. Ennii (b) Phagesiorum fragmentum p.* 215. ubi ex Scaligeri emendatione inscribitur *Hedypatheticorum*, in aliis *Hedesphageticorum*. Jo. Pricæus ad Apuleji Apologiam p. 103. titulum illius Poematis Enniani putat fuisse Ἡδυφαγικὰ vel Ἰχθυοφαγικὰ, cui adsentitur Colomesius ad Gyraldi dialogum IV. de Poetis, licet ibi excusum est *Phagetica*, quemadmodum hic titulus scribitur apud Hieron. Columnam in Ennii fragmentis. 2. *C. Laberii Mimi Prologus* * p. 225. 3. * *P. Virgilii Maronis Culex ad Octavium*. 4. * *Ejusdem Ciris*. 5. * *Elegia ad Valerium Messalam*. 6. * *Cornelii Severi Ætna*. 7. * *Incerti Moretum*. Forte A. Septimii Sereni (Severi) uti ante Barthium, Vveitziumque conjecit Jos. Scaliger. Cum Scho-

(a) Quibus præfixus est asteriscus, habentur in appendice Virgilii, notis illustrata à Jos. Scaligero & Frid. Lindenbrogio. Quibus vero subjectus asteriscus est, occurrunt in eadem appendice, inter catalecta veterum Poetarum, habentque adscriptas paginas editionis Lugd. Bat. 1595. 8. Adde, quæ de hac appendice dixi supra lib. 1. in Virgilio.

(b) *Phagesia* vocat etiam Vossius IV. 32. Idolatr. De festo hujus nominis vide Meursium in Græcia feriata. Parrhasius vero Ep. 6. titulum Enniani poemati contendebat esse *Hedypathian*, nam & Archestrati Geloi ἡδυπάθειαν allegat Athenæus. Salmasio etiam Ennius visus est scripsisse ἡδυπαθητικά. At Is. Casaubono ad Apulejum ἐδεστὰ ἢ φαγικά. * De voce ἡδυπάθεια confer etiam Svidam in [illegible].

Scholiis variorum passim collectis prodiit Parif. 1542. 8. Aliud eadem inscriptione *Suevii* sive *Suctii* Poema memorat Macrobius lib. 2. c. 9. Saturnal. 8. * *Valerii Catonis diræ*, etiam à Marco Zuerio Boxhornio sed admodum juvene cum notis editæ inter Satyricos veteres minores, quo nomine ipsi venit, præter hasce diras & Sulpiciæ *Poetriæ* Eclogam *de edicto Domitiani*, *Epistola de lite* quam post Henr. Stephanum (*a*) & Gasp. Barthium Poetæ veteris esse credidit, cum auctorem habeat Mich. Hospitalium celebrem illum Franciæ Cancellarium, A. C. 1573. exstinctum, inter cujus Epistolas idem carmen sæpius prodiit. 9. * *C. Pedonis Albinovani Equitis ROM. Elegia de morte Drusi Neronis ad Liviam Augustam*. 10. * *Ejusd. in obitum C. Cilnii Mæcenatis duæ elegiæ*. 11. * *Ejusdem* Pedonis *de navigatione Drusi Germanici fragmentum*. 12. *Q. Ciceronis de XII signis Zodiaci*, * p. 245. 13. *P. Ovidii Nasonis Halieuticon fragmentum*. Sæpius etiam editum cum reliquis Ovidii scriptis. 14. *Gratii Cynegeticon* de quo supra lib. 1. 15. * *M. Annæi Lucani Catalecton de laude Calpurnii Pisonis*. 16. *C. Julii Solini Polybistoris* Ponticon *fragmentum* * p. 246. Quod in suis quoque ad Solinum Prolegomenis ex MS. Regio vetustiss. emendatum exhibuit Claudius Salmasius, uti supra suo loco dictum à nobis fuit. 17. *Sulpiciæ Poetriæ Satyra* sive Ecloga de edicto Domitiani quo Philosophos urbe exegit * p. 247. Hæc cum Pithœi notis etiam subjecta Juvenali, quem cum Veterum Scholiis Variorumque notis edidit Corn. Schrevelius; & à Mich. Hadrianide cum Jani Dousæ patris commentario exhibita ad calcem Petronii Arbitri, ut infinitas alias editiones jam omittam. Ceterum fuerunt, qui hanc Eclogam perperam dicerent esse Ausonii. Vide Barthium lib. 19. cap. 16. Adversariorum, * Jul. Cæs. Scaligerum in hypercritico, & Janum

(c) H. Stephanus Epistoliis, Dialogis brevibus, Oratiunculis & Poematiis Græcis latinisque ex penu variorum utriusque linguæ Scriptorum collectis subjecit Satyram, quam elegantissimam, hactenusque ineditam vocat, quæ inscribitur *Lis*. Prodiit ille Stephani liber A. 1577. 8. Hinc eandem tanquam non contemnendum antiquitatis monumentum Adversariis suis inseruit Caspar Barthius lib. 7. cap. 17. & c. 18. notis illustravit. Boxhornii Satyrici minores lucem adspexerunt Lugd. Bat. 1633. 12. novennio post Barthii adversaria. Etiam A. 1653. eundem errorem erravit Jo. Pricæus p. 54. ad Apologiam Apuleji: Boxhornius vero de hoc lapsu monitus a Jo. Frid. Gronovio, ita ad eum rescripsit A. 1634. p. 41. Epist. *Gaudeo indicium à te mihi factum fuci quem Stephanus vir cetera candidissimus & doctissimus eruditis omnibus fecit. Quanquam ut libere scribam quod sentio, magis credo Hospitalium satyram illam hic aut ibi à se repertam edidisse, quam ipsummet composuisse, præsertim cum sciam ab eruditis nonnullis* (Barthium respicit, cujus veteres membranæ non raro sunt libri impressi & vulgares) *in membranis lectam fuisse*. Mihi quidem nullum est dubium, quin satyra illa Hospitalium, integerrimum non minus quam summi ingenii virum habeat auctorem.

num Brouckhusium p. 384. ad Tibullum & 402. Prodiit etiam ex Georgii Merulæ recensione Argentorat. 1509. 4. cum Georgii & Tiphernatis & aliorum carminibus. 18. *Q. Sereni Sammonici de Medicina carmen*. 19. *M. Aurelii Olympii Nemesiani* (a) *Carthaginiensis Poeta Cynegeticon*. 20. *Ejusdem Nemesiani Ecloga Bucolica IV*. 21. *T. Calpurnii Siculi ad Nemesianum Bucolica Ecloga VII*. 22. *P. Optatiani* (b) *Porphyrii ad Constantinum Imp. & hujus ad Porphyrium Epistola*, cum laboriosissimo ejusdem *ad Constantium panegyrico*, versibus scripto, quos difficilibus nugis per me lector accenseat. Idem carmen à Pithœo hic primum luci donatum, cum Marci Velseri notis & Christiani Daumii Spicilegio, Velseri operibus subjicitur à Christophoro Arnoldo Norimbergæ 1682. fol. In aram vero Pythiam & in Syringem hujus Porphyrii exstat Encyclopædia sive commentarius Fortunii Liceti Genuensis Patav. 1630. 4. * P. Optatianus Porphyrius Panegyricum ad Constantinum M. Imp. vicennalia celebrantem scripsit carmine varii generis per Acrostichides & similes litterarum lusus minio distinctos composito A. C. 326. paulo ante Crispi necem. Exul illud composuit, ut ipse innuit carmine 1. & apertius carmine 6. Sed hoc ipsum opus conciliavit Auctori suo revocationem ab exilio, ut testatur Hieron. in Chron. atque ut ipsius Optatiani verbis utar, natumque laremque reddidit. Utique Christianus fuit, licet quidam propter familiares Poetis, quibus passim utitur, Ethnicismos hoc negaverint.. Vide Tillemontium Tom. 4. Hist. Imperator. pag. 607. Beda de arte metrica: *Reperiuntur quædam, & in insigni illo volumine Porphyrii Poetæ quo ad Constantinum Augustum misso meruit de exilio liberari. Quæ quia pagana erant, nos tangere non libuit*. Sed carmen nonum satis demonstrat Porphyrium hunc à Christi sacris alienum minime fuisse. In illo carmine litterarum artificium non modo Monogramma primarum duarum litterarum nominis Christi refert, quali usus est in labaris suis Constantinus M. sed præterea hosce versus:

Omnipotens genitor tuque o divisio mixta,
Filius atque Pater & Sanctus Spiritus unum;
Faveas votis.

Ex Marci Velseri editione qui illud è Pauli fratris Codice recensuit, separatim lucem viderat Augustæ Vindel. 1595. f. Epigram-

(a) De Sereno, Nemesiano & Calpurnio dictum est supra suo loco.

(b) Longe diversus hic Porphyrius à Porphyrio Philosopho & hoste Christiani nominis. Hinc Baronium qui eos confudit, castigat Jos. Scaliger ad Eusebium p. 250. & Lucas Holstenius c. 4. de vita & scriptis Porphyrii. Porro Baronius ipse hunc errorem suum retractat ad A. C. 325.

grammata ejus allegantur à Fulgentio 2. Mythol. & de continentia Virgiliana. Etiam nonnulla quæ inter Petroniana leguntur, huic Porphyrio viri docti tribuunt. Ionſius III. 15. de ſcript. Hiſtoriæ Philoſophicæ pag. 290. ſcribit hujus Porphyrii Epigrammata plurima Græca citari libro V. Anthologiæ. Jonſium ſequitur Tillemontius p. 352. At libro V. Anthologiæ p. 534. ſeqv. occurrunt Epigrammata plurima non Porphyrii ſed Chriſtodori Thebani in Porphyrium Calchantis filium factionis Venetæ celebrem in ludis Circenſibus agitatorem à noſtro longe diverſum, cujus ſtatuam ex ære Imperator poni CPoli in Hippodromo juſſerat. Sed idem hic eſt, ut creditur, Optatianus, qui deinde fuit Præfectus Urbis Romæ Anno 329. & 333. Vide Tillemont. T. IV. Hiſtor. Imperat. p. 352. Idem obſervat quoque p. 351. poema, quod cum Epiſtola Conſtantino Porphyrius obtulit diverſum fuiſſe ab hoc quod habemus: ſimiliter etiam Poema pro quo gratias agit, quodque laudat Imperator *fratrem chariſſimum* Porphyrium appellans. At certe ejusdem fuiſſe generis atque artificii declarant verba: *Vix hoc cuſtoditum pluribus fuit, qui modis quibuſdam arctis innexi literarum, diſtinctionibus verſuum, qui ita medium corpus propoſiti occulte intermeant, ut oculorum ſenſus interſtincta colorum pigmenta delectent; hoc tenuere propoſitum, ut hæſitantiam carmini multiplex legis obſervantia non repararet. Gratum igitur hoc mihi dicationis tuæ munus fuit &c.* Porphyrii hujus difficiles luſus poeticos imitatus *Rabanus Maurus* in opere mirifico de laudibus Crucis, quod & ſeparatim habeo editum Phorcheimii in ædibus Thomæ Anſelmi 1503. fol. ſub illuſtri Principe Chriſtofero Badenn: & inter Rabani opera Tomo I. Colon. 1626. fol. Nec non *Abbo* (a) Floriacenſis (quem ex Porphyriano Codice exemplar ſibi ſumſiſſe Aimoinus in Abbonis vita teſtatur) Epiſtola ad Othonen I. Imp. quam hoc loco adponere juvat ex clariſſ. Viri Polycarpi Leyſeri hiſtoria poetarum medii ævi pag. 302.

OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE COTURNO
T*e felix atavis quo* T *cœlo ſydera lucen* T
T*e dominum ſibi Saxo* T*ulit, & roma notavi*T
O*rbis & ipſe capit, Sol*O *contentus alumn*O

V*irtutum titulis &* V*ir cognoſceris act*V
A*c domitor patriæ p*A*cis ſectator in aul*A
L*umen ubique micans jubar* L *u c e n d o velut Sol*L

Ergo

(a) A. C. 1003. defunctus.

Ergo Dei S*O*lita* redd*E*ntur* S*an*C*ta* *benign*E
N*ec* *d e e r i*T* virtus om*N*is , qua gr*A*tia* *culme*N
S*candit* *e*T* *o c c u l t i*S* - - - *v*E*nia* *causi*S

C*erte* *nos* O*mnes* *tibi* C*æsar* *ne* S*cius* & *nun*C
A*ustrasios* *quæ* *terra* *m*A*net* *cere*A*lis* *opim*A
E*t* *fœcunda* *secu* *poll*E*t* *satis* *ube*R*e* *gleba*E
S*u m m i s* *c a r a* *v i r i*S* *ac* *sævis* *plena* *coloni*S
A *patris* *imperio* *non* A *b s i t* *i s m a e l i t b* A
R*exit* *eum* *solers* & R*egnans* *induperato*R

N*unc* *auguste* *tuum* *po*N*am* *venerabile* *nome*N
OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE COTURNO
S*olus* *enim* *regnans* *ab*S*ens* , *o* *cæsaris* *baere*S
T*otus* *avo* *similis* , *si* T*e* *nova* *vita* *resigna*T
R*ex* *fuit* *ille* *potens* R*omanæ* *legis* *amato*R
O*mne* *decus* *patriæ* *soli*O* *p r o g n a t u s* *avit*O
T*empora* *pacis* *erant* ,T*ali* *dum* *jure* *vigere*T
V*ir* *tantus* *quem* *sic* *d*V*xi* *describere* *vers*V
C*ur* *ergo* *n*A*tale* *tuum*, C*ur* *contr*A*bis* & *nun*C
E*xulis* *in* B*ellis* *def*E*rs* *pia* *de*B*ita* *pompa* E
D*um* *vates* B*onus* *opto* D*ari* *mira*B*i l i s* *i st u* D
E*xpandes* O*pus*,*ipse* *m*E*um* *tract*A*b i l i s* *i n d* E
C*æsar* *ut* *invictis* S*C*uto* *munitu*S & *ex* *bo*C
O*mnibus* *utilior* , *mir*O* *datus* *ante* *triumpb*O
T*erribilis* *clemens* *tu*T*o* *d i a d e m a* *v i s i* T
V*ultus* *avi* *patrisque* *t*V*i* *præclarus* *amict*V
R*ursus* *uterque* *fuit* *di*R*o* *sub* *tempore* V*icto*R
N*unc* *unum* *vivens* *dig*N*um* *cum* *patre* *vocame*N
OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE COTURNO

23. *Phœnix Elegia incerti auctoris*, carmen, Erasmo (*a*) judice, non inconcinnum per Musas, neque fastidiendum, quod Firmiano Lactantio tribuunt Xystus Betulejus, Aubertus Miræus, & qui notis atque emendationibus illustravit Nic. Heinsius, ac antiquissimum MStum Reginæ Sveciæ Christinæ, testatur Nic. Heinsius in literis ad Sirmondum Tom. 4. Opp. Sirmondi pag. 726. Nonnulla hujus carminis illustravit Nicol. Agardus tunc admodum juvenis Hafniæ 1647. 4. Petrus Lambecius Tom 2. Commentariorum de Bibl. Vindobonensi varias lectiones ex MSS. Cæsareo edidit, suspicaturque eam a Lactantio juvene, adhuc à

CHRI-

(a) In Proverbio, *Phœnice rarior*.

CHRISTI sacris alieno fuisse compositam. Ethnici hominis esse videtur etiam Jacobo Thomasio libro de Stoica Mundi exustione pag. 106. & Michaeli Thomasio ad Lactantium. *Venantio Fortunato* adscribere malnerat Casp. Barthius, Sam. Bochartus & alii: at Jacobus Sirmondus notis ad Theodulfum p. 302. *Theodulfo Aurelianensi*. Mihi verisimillima videtur Petri Lambecii Opinio. 24. *Marcelli viri illustris ex Magistro officiorum Theodosii Sen. Aug. in librum Marcelli de Medicina carmen*. Subjici solet libro jam dicto Marcelli Empirici. 25. *Rufi Avieni descriptio orbis terræ, ex Dionysio Periegete* expresse latinis versibus Hexametris. 26. *Ejusdem Avieni oræ maritimæ descriptio* Jambis. 27. *Avieni ad Theodosium* (Macrobium forte ut supra notavi) *Æsopicæ Fabulæ XLII.* scriptæ Hexametris & Pentametris versibus. 28. *Licentii* (a) *ad Augustinum præceptorem carmen quo eum ad edendos de Musica libros hortatur*. Occurrit in Epistola Augustini XL. quæ vigesima sexta est in T. 2. novæ edit. quam Parisiis curavit Tomas Blampinus aliique Benedictini congregat. S. Mauri. Porro falluntur Gyraldus, Vossius, Barrichius, Bailletus, Brietius qui Hipponensem fuisse affirmant Licentium, cum fuerit Tagastius civis Augustini. Plura de hoc vide sis apud elegantiss. & doctissimum senem Ægid. Menagium cap. 98. Anti-Bailleti. 29. *Rutilii Claudii Numantiani Gallii V. C. P. P. ad Venerium Rufum itineraria duo*. De his supra suo loco. 30. *Prisciani periegesis*, ex Dyonisio Alexandrino versibus Hexametris latinis expressa. 31. *De ponderibus & mensuris libellus* Hexametro itidem carmine cum Celso & Sereno Samonico sæpius editus, quem nonnulli *Renio Favino*, alii *Q. Rhemnio Fannio Palæmoni*, plures *Prisciano tribuunt*. Recusus cum *Eliæ Vineti* notis Parisiis 1565. 8. & T. XI. thesauri Antiquitatum Romanarum Græviani p. 1693. seq. cum notis vero *Rob. Constantini* exstat ad calcem Celsi ac Sereni, Lugd. 1566. 8. 32. Incerti Auctoris de defectu lunæ, sive de astronomia fragmentum, quod incipit *Tu forte in loco lætus vaga carmina gignis*. Subjicitur in MSS. Astrologiæ Isidori, & *Fulgentium* auctorem præfert titulus ex conjectura minus verisimili

(a) Hunc Licentium loquentem inducit S. Augustinus libris de Ordine, & Christianum fuisse docet lib. 1. cap. 8. poeticæque admirabiliter deditum lib. 1. c. 2. & 3. qui Pyrami, & Thisbes, & alios hujusmodi amores carmine cantasset c. 5. & 8. Academicæ defensor Philosophiæ c. 4. De eodem lib. 2. contra Academicos c. 3. *quam totam fabulam, nam subito Æsopus factus sum, Licentius tibi* [alloquitur Romanianum Licentii parentem] *carmine suavius indicabit, poeta est enim pane perfectus*. Cap. 4. ait Augustinus in tractatione librorum Virgilii quos Licentio interpretatus fuerat, illum ita fuisse inflammatum in poeticum studium, ut reprimendus aliquantum videretur. Adde lib. 3. c. 1. & 4.

ſimili. *Varronis* forte *Atacini* eſſe conjiciebat Pithœus, & Petrus Danielis apud Turnebum XIX. 3. Adverſar. Sed vide, quæ contra diſputat Salmaſius p. 1131 ad Solinum edit. Pariſ.

33. *Cœlii Firmiani (a) Sympoſiti ænigmata centum*. Eadem ænigmata Nic. Cauſſinus Hori Apollinis Hieroglyphicis ſubjecit: ſed & una cum Joſephi Caſtalionis notis Phædro Jo. Meurſii & variorum ænigmatum (b) veterum Græcorum latinorumque collectioni juncta prodiere Antvver. 1610. 8. Meminit Sympoſii Sigebertus Gemblacenſis, loquens de Anshelmo Scoto. Aldhelmi (c) ænigmata à Pithœo omiſſa ægere fert Barthius LVIII. 1. Adverſar. * *Sympoſii ænigmata centum* prodiere Romæ 1581. 4. 1597. 4. Eadem Nicolaus Reusnerus una cum Jo. Lorichii Hademarii ænigmatibus Marpurgi pridem 1540. excuſis Ænigmatographiæ ſuæ inſeruit Francof. 1602. 12. & Chriſtianus Junckerus Phædro ſuo ſubjunxit Lipſ. 1700. 12 Sympoſii ænigmata cum Phædri & Gabriæ fabulis Germanico carmine reddere conatus eſt Jenæ. A. 1712. J. G. A. cui ſub nomine Melandri deliteſcere placuit. Sympoſii meminit Aldhelmus Scotus (d) qui A. C. 709. obiit, in prologo ſecundo ænigmatum, *Sympoſius poeta metricæ artis peritia præditus occultas ænigmatum propoſitiones exili materia ſumtas ludibundis apicibus legitur ceciniſſe, & ſingulas quasque propoſitionum formulas tribus verſibus terminaſſe*. Sigebertus Gemblacenſis de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 132. *Aldhelmus Epiſcopus imitatus Sympoſium qui per proſopopœiam qualitates ſingularum rerum exprimens ſcripſit librum ænigmatum metrice*. Sympoſius ipſe in limine ænigmatum quæ in Saturnalibus luſiſſe ſe non diffitetur.

Hæc quoque Sympoſius de carmine luſit inepto,
Sic tu Sexte doces, ſic te deliro magiſtro
Annua Saturni dum tempora feſta redirent &c.

Sympoſii poetæ nomen præferunt diſerte Codices MSti quos evol-

(a) Contra Mss. fidem Cœlius Firmianus Sympoſius dicitur.

(b) Veterum ænigmatum, ſcirporum, griphorum, logogriphorum varia exempla collegit Athanaſius Kircherus T. 2. Oedipi Ægypt. parte 1. p. 27. ſeq. Vide etiam, ſi lubet, quæ de ænigmatis præclare Voſſius lib. 4. Inſtit. Orator. c. 11. themate 3.

(c) Ænigmatum Aldhelmi verſus mille, una cum aliis poematis vulgavit Martinus Delrio Mogunt. 1601. 8. recuſa T. 13. Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunenſ. p. 27. ſeq.

(d) Aldhelmi nomen puto etiam reſtituendum Anonymo Mellicenſi de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 72. ubi editum eſt: *Achelinus Epiſcopus nonnulla edidit ſcripta quæ appellantur ænigmata*. Aldhelmi poetica opuſcula edidit Martinus Delrio Mogunt. 1601. 12. in quibus poſt monoſticha parænetica 199. incerti ſcriptoris, ſequuntur cum prologo duplici Aldhelmi ænigmata hexametra tetraſticha XX. pentaſticha XIV, hexaſticha XIII. ſeptenis comprehenſa verſibus XIX. octonis X. novenis XI. denis & pluribus XIII. Recuſa ſunt hæc, & alia Aldhelmi Tomo 13. Bibl. Patrum edit. Lugd. Loca nonnulla illuſtrantur emendanturque in Reineſii ad Daumium Epiſtolis p. 344. ſeq. De Aldhelmo ipſo vide Acta Sanctorum ad 25. Maii Tom. VI. p. 77. ſeqq.

evolvit Franciscus Basvelus & Josephus Castalio. Inter epigrammata vetera P. Pithoei lib. 1. huic Symposio etiam ex fide manu exarati Codicis tribuitur carmen de livore, quod incipit: *livor tabificum malis venenum*; nec non alterum de fortuna, *O fortuna potens ac nimium levis*. Neque alioqui Symposii nomen inauditum esse constat veteri memoria, nam fuit & Symposius quidam Seleuciensis in Isauria Episcopus, qui interfuit Concilio CPol. A. C. 381. nec non Symposius Episcopus Hispanus in Synodo Cæsaraugustana A. 380 & Toletana A. 400. condemnator Priscillianistarum, cum quibus antea ipse fecerat. Non potui igitur à me impetrare ut cum viro clarissimo Christoph. Augusto Heumanno Symposii poetę nomen confictum esse mihi persuaderem, aut crederem ænigmata hæc nihil aliud esse quam Lactantii symposium, quod ab adolesentulo scriptum Hieronymus c. 80 de scriptoribus Eccles. testatur. Neque symposium Lactantii hexametris versibus scriptum fuisse tradit Hieronymus, sed ὁδοιπορικὸν, nec satis aptum titulum ænigmatis hisce putem esse symposium sive convivium, nec simplicem levemque conjecturam tot argumentis ac testibus opposuerim, licet illam novitate sua placuisse video præstantissimis Diarii Bremensis (*a*) nec non Berolinensis (*b*) auctoribus. Symposii ænigmata non invenusta sunt, ut recte Vossius pag. 86. de poetis; itaque libenter illa videbo à laudato Heumanno in nova quam parat eorum editione illustrata: quanquam Gyraldus haud magni ea fecisse videtur, vel potius ea integra ne evolvisse quidem. Nam in libello quo ænigmata veterum exponit, Symposii nusquam meminit, tantum sub extremum libelli (*c*) ænigma explicans Alexidis poetæ, *sed enim*, inquit, *his diebus recitavit mihi amicus meus ænigma tribus hexametris de somno, quod & hic tibi ut adscribam dignum visum est* (ex Symposio, ænigma XCVII.)

Sponte mea veniens varias ostendo figuras,
Fingo metus vanos nullo discrimine veri;
Sed me nemo videt nisi qui sua lumina claudit.

Recitavit & alia, quæ frigidiuscula cum essent, sunt visa indigna relatu. Miror itaque quod Vossius de Symposio subjungit: *Sed præter ea quæ excusa habemus, supersunt alia satis frigida, aliqua etiam obscœna: quæ idcirco omissa. Et propter ista sic Lilius scripserit, qui conspexerat opus integrum.* Ex auctione librorum Keilmanniana natus sum Symphosii (quem Symposium editor appel-

(a) Bibl. Philologico Theol. Bremens. Tom. 3. p. 379.
(b) Bibl. Germanique A. 1720. T. 2. p. 152.
(c) T. 2. Opp. p. 635.

lat) ænigmata XLVII. edita à Francisco Basvelo Basileæ 1563. 8. In hac editione ut multa vitiose, ita quędam rectius leguntur quam in recentioribus. Sic statim in præludio ad Sextum magis mihi probatur versu octavo,

Tum verbosa cohors studio sermonis ineptùm
Nescio quas passim magno de nomine nugas
Est meditata diu.

In aliis editionibus est *studio sermonis inepti*. Sed frigidius est, studio Sermonis inepti nescio quæ meditari. At facilius intelligitur, studio Sermonis, hominem verbosum multa ineptùm hoc est inepte meditari. In eodem præludio:

Ponere diverse vel solvere quisque vicissim.

Ita rectius, ni fallor, quam quod in aliis editionibus *quæque vicissim*. Sed haud dubie melius versu præludii ultimo:

Da veniam lector quod non sapit ebria Musa.

Pro quo Josephus Castalio dedit: *quid non capit ebria Musa*. Ænigmate primo vers. 2. *diversa & munera fungor* non est contemnendum pro illo vulgato *diverso & munere fungor*.

Ænigmate 2. *Dulcis Amica dei, ripis vicina profundis*.

4. *Virtutes magnas de viribus affero parvis,*
Pando domus clausas, iterum recludo patentes &c.
6. *Est domus in alto, sedes est semper in imo.*
14. *Nondum natus eram, nec eram genitricis in alvo.*
18. *Sed mihi consilium de cælo nascitur ipso.*
19. *Raucisonans ego sum* &c.
22. *Provida sum vitæ, duro non pigra labori* &c.
Nec gero multa simul, sed congero magna vicissim.
23. *Sed cito submovear falso conterrita vento.*
24. -- *non certo nomine dictus.*
27. deest.
28. *Vix mihi dat nomen primo de tempore noctis* &c.
Sed redeo in tenebris nec -- movebo diebus.
31. *Sed prius est fatum lethi quam lucis origo,*
Sic solos manes ipsos mihi duco parentes.
35. *Custodi pecoris tremula respondeo voce.*
37. *Confusi generis generi non apta propago,*
42. *In terra nascor* &c.
47. Deest & ejiciendus utique videtur versus;
Cum mihi peccandi meritum natura negavit.
48. Non. *Myrrham* sed *Succinum*, tituli loco inscribit. Versus ultimus legitur sic:
Lætus honor fundi tristis sed magna doloris.

Ad

Ad calcem subjicitur nescio cujus scriptoris ænigma plumæ scriptoriæ:

Sum carnea, ut quæ nata sum de carnibus
Nutrita carne, a carne demptæ sed statim
Nec forma carnis nec mihi est substantia.
Pars sum tamen carnis cum incipio crescere.
Perfecta sic & vera res sum postea.
Bonum & malum patro, à meipso nil valens.
Mox ut mihi cultro rescinditur caput,
Evelliturque lingua, comparata sum
Ad imbibendum mox liquorem, quo meum
Rostrum irrigatum præter omnem tum moram
Ostendit an lætum sit, ira an percitum.
Nunc reddo concordes Duces & Principes,
Nunc inter illos excito discordiam.
Jam grata, mox ingrata dico amantibus.
Amore jam languentibus spem suggero.
Pugno, gravesque sæpe rixas concito,
Pacem fero, sciuntur nova per me undique.
In me licet non ulla sit malignitas,
Tamen malorum causa sum fere omnium.
Nunc ergo dic, quæ sim, conjector optime.

Joannis Nobleti, qui sæculo XV. fuit, centiloquium ænigmatum memorat Trithemius de Script. Eccles. c. 783. *Egeberti* ænigmata rusticana Sigebertus c. 146 de script. Eccles. *Tatbvvini* Archi-Episc. Cantiorum, qui A. C. 734. obiit, ænigmata laudantur à Jo. Baleo. *Tulli* nescio cujus ænigmata hexasticha à Labbeo pag. 63. Bibl. MSS. De Græcis ænigmatum scriptoribus Basilio Megalomite, Georgio Aphye, Euthymio & Michaele Psello dixi Volum. X. Bibl Græcæ pag. 539. Editionem *Ænigmatum Aldhemi* Basil. 1557. Lipenio in Bibl. Philosophica memoratam non vidi. Moguntina autem Delrionis A. 1601. non in 8. est, sed in 12. secuta Antvverpiensem A. 1600. De cæteris Aldhelmi poematiis, ineditis maximam partem, consulendus Polycarpus Leyserus in historia poetarum medii ævi pag. 199-203. Lipsiæ in Bibl. Amplissimi Senatus exstant MSS. Aldhelmi poetę *ænigmata*, *versus in laudem Solis*, *quęstiones ænigmatum Rethoricæ artis*, *Epigrammata ex libro Ovidii Nasonis de somno quod viderat*. Item *ejusdem ex libro Metamorphoscon *Actæon in cervum*, *& alia carmina*. Liber de virginitatis versibus scriptus hexametris lucem vidit Daventriæ per Jac. Fabrum, diversum illum à Stapulensi 1512. 4.

34. *Elegia Cornelii Galli* nomine in Italia ab Aldo Manutio Pauli F. vulgata, quæ incipit: *Non fuit Arſacidum* &c. nec genuina Pithœo videtur. 35. *Ejuſdem Galli Epigrammata tria*. 36. *Maximiani Etruſci Poetæ Elegiæ VI.* falſo ejuſdem Cornelii Galli nomine ſæpius editæ, uti dictum eſt ſupra p. 33. 37. *Incerti Scriptoris verſus in laudem Solis*. Incipiunt: *Dum mundum natura potens terramque dicaret*. 38. *Paſiphaes fabulæ* (a) metris omnis generis eorum, quæ apud Horatium reperiuntur, ab antiquo Poeta compoſita. * Illam illuſtrat Douſa III. 8. præcidaneor. ad Petron. Occurrit apud Rufinum de metris. 39. *Severi Rhetoris carmen* Bucolicum genere Chorijambico, quod vulgo ex inſulſi alicujus Grammaticaſtri gloſſemate inſcribunt; *De mortibus boum*. Primus ediderat vir doctiſſimus, Vinetus: hinc à Pithœo cum Vet. Galliæ Theologorum opuſculis vulgatum eſt Pariſ. 1586. ab eo tempore inſertum Bibliothecis Patrum ſub inſcriptione *Severi Sancti Rethoris & Poetæ Chriſtiani*. Etiam à Jo. Weitzio notis illuſtratum Francof. 1612. 8. Neque vero Auctor eſt *Cæcilius Severus, vel Severus Sulpicius*, ſed *Severus Sanctus Endelechius* Aquitanicus, Paulini familiaris, de quo plura vide apud Chriſtian. Daumium in Epiſtolis ad Reineſium pag. 23.24. * In *Severi* carmine *de mortibus boum* fit mentio luis pariter boum, atque hominum, de qua commemirit S. Ambroſius X. in Lucam pag. 1506. T. 1. editionis Benedictinorum. Conf. Baronium ad A.C.576. Illud carmen beneficio Eliæ Vineti, Santonis, optimi & doctiſſimi ſenis ſe debere Petrus Pithœus teſtatur, qui auctorem Aquitanum putat. Nomen integrum videtur *Severus Sanctus Endelechius*, Aquitanicus, Orator Romæ & Poeta Chriſtianus, idem Endelechius ut par eſt credere, cujus monitu S. Paulinus Epiſtola nona ad Sulpicium ait ſe ſcripſiſſe panegyricum Theodoſio Imp. Idem etiam de quo in Codice MS. Vaticano Apuleji: *Ego Salluſtius legi & emendavi Romæ feliciter Olybrio & Probino COSS.* (A. C. 395.) *in foro Martis controverſiam declamans Oratori Endelechio*. Vide Sirmondum ad Sidonii lib. IV. Epiſt. 8. T. 1. Opp. p. 940. Carmen Endelechii ſeparatim editum, & notis illuſtratum eſt à *Jo. Vveitzio* & *Vvolfg. Sebero* Francof. 1612. 8. & cum eorundem notis, & *Jac. Gronovii* (ut videtur) præfatione Lugd. Bat. 1715. 8. Denique cum ſelectis Vveitzii, Seberique, & novis ſuis vulgavit eruditus vir *Gerbardus Outbovius* ad calcem libri de judiciis Jeho-

væ,

(a) Hoc Poemation primus edidit Cruquius. *Rufini V.C.* nomen tanquam auctoris illi præfigitur in edit. Petronii, quam curatam habemus à Goldaſto.

væ, quem à se compositum edidit Groningæ 1721. 8. 40. *Vespæ (a) Judicium Coci & pistoris* de primatu inter se contendentium, *judice Vulcano*. Incipit: *Terrenæ varias cunctæ quæ traditis artes*: Agmen Poematum à Pithœo collectorum claudit: 41. *Domitii Marsi in Cicuta de Bavio curatore Octastichon*. Denique post castigationes notasque suas Pithœus subjunxit prætermissa quædam è Beda, & aliis.

VIII. DIONYSII CATONIS (b) *Disticha de moribus ad filium, in quatuor libros* distincta, *quibus parvulos olim initiari solitos* testatur Jo. Sarisberiensis lib.7. Policratici. c.9. *ut virtutis instructio, & usus teneris ebibitus animis non facile aboleretur*. Laudat etiam Isidorus in glossis, voce *officiperdæ*, Hincmarus Remen. tom.2. p.476. & Gaufredus in poetria nova: *Ethicus unde Cato*, nemo sine crimine vivit. Qua ætate scripta sint, tam est incertum, quam constat elegantia, utilia, & Valentiniani Imp. temporibus antiquiora esse, inferiora autem ætate Lucani Poetæ. Jam enim laudantur à Vindiciano Medico in Epistola ad Valentinianum Imp. Vicissim in limine libri secundi horum distichorum legendi commendatur præter Virgilium, Macrum, & Nasonem etiam Lucanus. Hinc Catoni (c) vel Censorio, vel Uticensi nemo nisi temere adscripserit, nam quod à Gellio lib.XI. cap. 2. laudatur *M.Catonis Carmen de moribus*, ab illis distichis plane fuit diversum, ut ex iis, quæ inde adducit idem Gellius, apparet. Neque validis argumentis nituntur, qui *Senecæ* inscribunt. *Ausonii (d)* autem esse nequeunt, cum Ethnicus (e) ista scripserit, Ausonius vero Christi sacris fuerit initiatus. * *Octavianum* nescio quem auctorem facit Goldastus notis ad paræneticos Veteres p. 104. & alibi. Catonis

(a) Vespam versificatorem non illepidum laudat Barthius lib.51. Adversar. c.7. & 10. & 13. ubi loca quædam illius illustrat.

(b) Alii horum distichorum auctorem faciunt nescio quem Octavianum, Tulliumve ad fidem Christianam conversum, vel Joannem Clothomium, quorum nominum haud magna apud me est auctoritas. Vide Jo. Saubertum libro de sacrificiis c. 8. & Casp. Sagittarium in vita Catonis pag.106. seq.

(c) Vignol. Marvillius T.1. Misc. Historico litterar. p.96.

(d) Ausonio tribuunt Jo. Baptista Pius in præf. ad Euripidem Gvil. Canterus, Popma, & aliis, quos refellit Scaliger II. 32. lectionum Ausonian. Sub Ausonii nomine prodierunt etiam Rostoch. 1572. 8.

(e) Qui Christiani esse Scriptoris arbitrantur, (ut Bonifacius XV. 8. Hist. ludicræ,) eos toto errare cœlo vere pronunciavit Jos. Scaliger in Lect. Ausonianis, & Gerh. Vossius notis ad Vellejum Paterculum, quorum iste animadversiones etiam in Catonis Disticha promisit. Argumentum autem quo Boxhornius in Quæst. XIV. Romana p.78. illa Scriptori Christiano vindicare contendit, quod nempe cæde victimarum sacra facere DEO vetant, nimis lubricrum est, cum idem Pythagoricis quoque, & innumeris aliis visum fuerit Ethnicis. At homo Christianus non scripsisset: *Thure DEUM placa*. Et: *Stultitia est morte alterius sperare salutem*.

nis non esse, singulari diss. an. 1635. probatum dedit Boxhornius, cujus ipse meminit in Epistola ad Janum Bodec. Benningium data Kal. Jan. 1636. (p. 69. Epistolar. edit. Lipsiens.) Fortassis veritati proxima Gerh. Jo. Vossii conjectura est, *Catonis* nomen Distichis præfixum esse ab argumento, quod tractant, non ab auctore, cujus non minus nomen, quam ætas nos fugiat. Confer Aug. Buchnerum part. 3. Orat. 5. & 6. * Qui Catonis nomen ab argumento præfixum volunt, possunt exemplo uti, quod sic Martinus Ravaltus an. 1536. latine & Gallice edidit Catonem Principum, cujus meminit Franciscus à Cruce Bibl. Gall. pag. 316. Sic sententiæ monostichæ Marbodei Redonensis pag. 1634. Opp. inscribuntur: *Proverbia Catonis Philosophi*. Editio (a) horum distichorum, quæ Erasmus pridem scholiis illustravit, præstantissima est, quam cum Græcis Metaphrasibus Maximi Planudis, Jos. Scaligeri, Matthæi Zuberi (b) & Jo. Mylii, Germanica (c) vero Martini Opitii, curis secundis adornavit Christianus Daumius, qui Opitii etiam notis suas addidit plurimorumque veterum ac recentiorum testimonia de hoc opusculo præfixit, Cygneæ 1672. 8. Idem *Daumius incerti Veteris Poetæ Monosticha* à Pitheo in lib. I. Epigrammatum veterum vulgata, & disticha selectiora *ex Salutari* medii

bar-

(a) Editionem Augustanam A. 1485. Argentinensem A. 1487. cum commentar. Roberti de Evromodio, Norimbergensem An. 1494. Venetam 1495. & Lugdunensem cum moralizatione Philippi à Pergamo A. 1497. memorat Beughemius in incunabulis typographiæ. * Catonis disticha prodierunt inter auctores octo morales Lugd. 1507. fol. & 1520. forma quarta majore. Jo. Mylii Cato Græcolatinus Lipsiæ 1588. 8. Catonis disticha cum commentario Erasmi, P. Syri mimi & septem Sapientum sententiæ, Institutio hominis Christiani, Isocrates ad Demonicum, Rod. Agricola interprete; Epicteti enchiridion ex versione Politiani, & Plutarchus de odio, & invidia ex versione Erasmi. Lips. 1517. 4. & Francof. ad Oderam 8. Catonis disticha cum aliis edita Aboæ 1669. & 1685. 8. curante Joanne Gezelio.

(b) Hæc Græca Zuberi Metaphrasis exstat quoque in editione Hanoviensi An. 1619. 8. in qua præterea adjuncta sunt disticha itidem moralia perquam elegantia Michaelis Verini Minoricensis Hispani abstinentissimi juvenis, quæ lucem viderant Moguntiæ A. 1536. 8. Lugd. 1547. &c. Vide de hoc Verino Vossium lib 2. de arte Grammatica c ult. & Colomesium Bibl. selectæ p. 164. * Verinum Pocciantus p. 166. de Scriptor. Florent. docet Florentinum fuisse. Ejus disticha moralia viderunt lucem primum Florentiæ An. 1487. quo ipso ille diem obiit. Zuberum acriter perstringit Reinesius Epist. ad Nesteros p. 36.

(c) Ante Opitium, cujus Metaphrasis prodiit Uratislav. 1618. 8. Germanicis rhythmis reddiderat Abraham Morterius à Vvissenburg. Francof. 1590. 8. Post Opitium Germanicis versibus Melchior Dietericus Procopius in collectione vernacula selectorum carminum Moralium p. 73. Francof. & Lipsiæ 1720. 8. Gallicis versibus transtulit Maturinus Corderius, qui dicavit Rob. Stephono, & Loisellus: item Petrus Grosnerius Paris. 1543. *Les mots dorés du sage Caton.* Pibracius quoque in tetrastichis suis Gallice editis Catonis hujus legit vestigia. * Benedicti Burg Archidiaconi Colchestriensis *Anglica* ex Gallico metaphrasis excusa Vvestmonasterii 1483. fol. memoratur à Michaele Maittaire in annalibus typographiæ pag. 172. Nescio diversa ne ab hac quam in Codice membranaceo MS. servasse accepi Joannem Morum Episcopum Eliensem.

barbariæ ævi Poemate, & *S. Columbani* Abbatis *carmina* ex Goldasti editione subjecit cum suis notis. Inter illa Columbani (quæ Sirmondus etiam Eugenio Toletano subjecit, & Patricius Flamingus Ord. Minor. Lovanii vulgavit) p. 230. edit. Daumii Monosticha occurrunt quæ Aldhelmo à quibusdam, ab aliis rectius tribuuntur *Alcuino Flacco*. Præterea ut id in transcursu moneam, Jacobus Usserius in Epistolis Hibernicis Paris. 1666. 4. pag. 4. seq. edidit *Epistolam ejusdem Columbani & carmen Rhythmicum* quod incipit: *Mundus iste transit & quotidie decrescit*. Vide & J. Mabillonium T. 1. Musei Italici p. 216. seq. * Columbani Hiberni, qui Luxoviensis primum in Burgundia, deinde ob libertatem correptionis in exilium actus à Theodorico Rege (*a*) seculi septimi initio Bobiensis in Italia Abbas fuit, defunctus A. C. 615 Carmina una cum aliis illius scriptis leguntur etiam in Bibliotheca Patrum edit Lugd. Tom. 12. pag. 33. seq. Vita ejus, auctore Jona Abbate, discipulorum illius discipulo, apud Surium ad 21. Nov. cui junge Bernhardum in vita *S.* Malachiæ c. 6. p. 70. Monachus Benedictinus fuisse probatur à Constantino Cajetano in libro quem A. 1627. evulgavit & de quo vide Dupinii Bibl. Ecclesiasticam T. 17. p. 134.

IX. *FRAGMENTA quædam VETERUM POETARUM*, ab aliis præterita, vel minus emendate posita, una cum opusculis suis, sive Antiquitatum è sacris profanarum specimine vulgavit vir doctiss. & humaniss. Theodorus ab Almeloveen Amst. 1686. Ubi habes quædam Accii, Ælii, Afranii, Attæ, Cæcilii, Licinii Calvi, Cornuti, Domitii, Ennii, Hostii, Laberii, Lævii (*b*) sive Lælii, Livii Andronici, Æmilii Macri, Mariani sive Marini, Mummii, Nevii atque Novii, Pacuvii, Pomponii, Porcii, Suecii, sive Suevii, Titinnii, Valgii, Vari & Volcatii. * *Nevius* bello Punico primo stipendia fecit, deinde propter dicacitatem à triumviris conjectus in vincula, e quibus per tribunos plebis iterum fuit liberatus; (Vide Dousam p.145. explanationum Plautinar.) scripsitque carmen de bello illo versibus Saturniis i. e. senario cum syllaba, continente volumine, quod C. Octavius Lampadio in 7. libros divisit. Sveton. de grammaticis cap. 2. Confer Merulam ad Ennii fragmenta. *Tragœdias* ejus Alcestidem laudat *Varro*, *Non.* Danaen. *Non.* Hesionam *Gell.* Iphigeniam *id.* Leonta *id.* Lycurgum *Non. Prisc.* Protesilaodamiam *iid.* Sirenam *Non. Comœdias* Acontizomenon *Charis.* Agidonem *Varro.* Agitatoriam *Charis. Fest.* Agrypnuntas *Non.* Apellam.

O 4 *Prisc.*

(a) Vide Chronicon S. Benigni Divionensis Tom. I. Spicilegii Dacheriani p. 377. seq.
(b) Vide de hoc Baelii Lexicon & Jo. Pricæum ad Apologiam Apuleii p. 86. seq.

Prisc. Ariolum *Non.* *Prisc.* Assitogialam. *Non.* Aulularium *id.* Carbonariam *Prisc.* Clastidium *Varro*. Colacem *Terent*. *Non.* Corollariam *Charis.* Cosmetriam *Varro*. *Diomed.* Dementes *Diomed.* Demetrium *Varro.* Diobolariam *Fulgent.* Equum Trojanum *Macrob.* Erulariam *Non.* Figulum *Charis.* Fretum *Varro.* Glaucomam *Prisc.* Gymnasticon *Non.* Ithyphallum *Gell.* Lampadionem *Varro.* Ludum *Cic.* Lupum *Fest.* Pacevum *Non.* Pellicem *id.* Personatam *Fest.* Philemporon *Fulgent.* Projectum *Diomed.* Quadrigeminos *Non.* Romulum *Varro*. Sanniones *Non.* Stalegmum *Donatus in Terent.* Stigmatiam *Varro.* Tarentillam *Charis. Fest.* Testicularium *Prisc.* Tribacelum *Donat. in Ter.* Tunicularium *Fest.* Scripsit & Satyram, *Fest.* item Epicum carmen *Iliada*, vel *Iliada Cypriam*, Charis. Prisc. Luserit & *Erotopægnion* si Nonio fides, nisi *Lævii* potius sit, perinde ut *Alcestis* & *Protesilaodamia*. De illius erotopægnii auctore confer etiam Scaligerum II. 27. lectionum Ausoniarum & Salmasium pag. 942. ad Solinum. *Novius* centum & quinquaginta annis Nævio junior, Sullanæ dictaturæ vicinus in scena viguit. Eum laudant Grammatici in *Agricola* Non. *Andromacha* Servius I. Georg. *Asinio* Non. *Bubulco cerdone* id. *Bucculo* id. *Decuma fullonis* id. *Decumis* id. *Depaticis* id. *Duobus Dossennis* Fest. *Dotata* Non. *Equuleo*. Prisc. *Erisace* Non. *Exodio* id. *Ficitoribus* id. *Filonico* id. *Fullonibus* vel *fullonibus feriatis* Tertull. de pall. Non. *Gallinaria* Non. *Geminis* Non. Prisc. *Hetæra* id. *Ligartaca* Gell. *Lignaria* Gell. Prisc. *Macco* Non. *Macco copone* id. *Macco exule* id. *Malevolis* id. *Mævia Medica* id. *Militibus Pometinensibus* id. *Mortis & vitæ judicio* id. *Optione* id. *Pappo præterito* id. *Parco* Gell. Non. *Paullo* Non. *Pædio s.* παιδίῳ id. *Phœnissis* Fest. *Pico* id. *Præcone posteriore* Non. *Pullis escam*; vel *Pullis* id. *Quæstione* id. *Surdo* Fest. *Tabellaria* Non. *Togularia* Fest. *Triperdita* Non. *Vindemiatoribus* id. *Virgine prægnante* id. *Zona* id. Hæc ex Christophori Wase exercitatione secunda strictûrarum Nonianarum Oxon. 1685. 4.

Idem Cl. Almeloveenius EPIGRAMMATA & POEMATA VETERA ad exemplum P. Pithœi ex Scriptis post Pithœum demum vulgatis, Reinesii, Sponii, Salmasii, Barthii, aliorumque colligit, & inter amœnitates suas Theologico Philologicas vulgavit ibid. 1694. 8. Qua ratione se levaturum quodammodo credidit jacturam, quam passi sumus perditis collectionibus *Justi Lipsii*, qui lib. 2. cap. 18. elector affirmat se adolescentem fragmenta veterum scriptorum collegisse distincta classe quadruplici, Oratorum, Historicorum, Poetarum, Miscellorum: Sed furto ablata ab ἀφίλῳ quodam φίλῳ, unde animum in illo ope-

re pergendi postea abjecerit, præcipuæ postquam intellexit Janum Dousam eundem laborem ferio elaborasse. Vel *Flavii Ptolemæi* (*a*) qui corpus veterum Epigrammatum editurum se professus est; *Jani Dousæ Patris Hieronymique Columnæ & Pauli Merulæ* (*b*) qui fragmenta Poetarum collecta & annotationibus illustrata in scriniis habuerunt. *Nicolai PeiresKii*, de cujus studio in veteribus Epigrammatibus colligendis plane singulari agit Gvil. Cambdenus Epistola 137. *Zacbariæ Pistorii* à quo collecta veterum poetarum fragmenta fuere in Bibl. Petri Francii V. C. Præterea *Casparis Barthii*, qui non tantum testatus est, se vetera Epigrammata nec pauca numero nec vilia pondere habere, quibus Pithœana collectio locupletior fieri possit, tam ex lapidibus priscis, quam ex codicibus cascis lib. 15. c. 1. & lib. 36. c. 11. Adversar. Sed & lib. 44 c. 19. corpus vastum omnium Poetarum latinorum in lucem emittere promisit cum notis & accuratioribus de vita Poetarum Dissertationibus. His addes denique *Claudium Salmasium* (c) qui in notis ad Hist. Augustam meminit collectionis veteris latinorum Epigrammatum, quam manu exaratam accepit à *Joanne Lacurnæo*. Eadem est quam apud Salmasium vidisse se testatur Boxhornius p. 30. Epist. * *Antonium Augustinum* Episcopum Ilerdensem fragmenta latinorum Poetarum perquam diligenter congessisse scribit Fulvius Ursinus in Virgilio cum Græcis scriptoribus collato pag. 7. & 73. 91. Novissime Janus Brouckhusius ad Tibullum pag. 381. à *Davide Hogstratano* V. C. exspectare nos brevi jussit fragmenta Veterum Poetarum *Jani Dousæ* & aliorum Virorum doctorum egregiis observationibus examussim illustrata.

X. ERRORES VENEREI sive PETRONII ARBITRI APPENDIX, Varia Erotica, aliaque poemata & Epigrammata incertorum auctorum complectens, quæ à P. Pithœo editioni Petronii Patissonianæ A.1587. primum subjecta, deinde juxta edit. Lugdun. Frellonianam & Simonis Abbes Gabbemæ à Mich. Hadrianide exhibita ad calcem Petronii, quem cum variorum animadversionibus elegantissime excudi curavit Amstelod. A. 1687. 8. *Priapeia sive diversorum Poetarum in Priapum lusus*, Epigrammata obscœna LXXXVII cum integris Jos. Scaligeri, Casp. Scioppii (*d*) & Frid. Lindenbrogii commentariis, alio-

(a) Vide Flavii Observationes c.95. T.1. *Lampadis* Artium Gruterianæ.

(b) Almelooveenius in præf.

(c) Colomes. Bibl. selecta p. 91.

(d) Scioppius ab inimicis reprehensus propter obscœnas impuritates, quibus commentarium suum repleverat, affirmavit auctorem ejus esse non se, sed Goldastum, qui sub suo Scioppii nomine illum vulgasset. Credat hoc qui volet Oporino Grubino, sive ipsi Scioppio in Amphoridibus Scioppianis p. 102. seq.

aliorumque notis. Dictum de hac συναγωγῆ supra in Virgilio p. 224. seq.

Pervigilium Veneris sive carmen trochaicum *de vere*, quod variorum notis illustratum Meursius parte 2. exerc. Critic. pag. 143. Catullo; Jos. Scaliger Q. Catulo Urbicario, cujus apud Juvenalem mentio; Senecæ Floro tribuit Barthius ad Claudian. pag. 147. edit. primæ & XVI. 6. Adversar. aliisque in locis, Lipsius Augustei ævi Poetæ, Salmasius & Menagius Poetæ mediæ ætatis Solino supparis, alii *Luxurio* (*a*), qui Carthagine floruit sub Trasimundo Vandalorum Rege, alii nescio cui *Floro* tribuunt. Idem carmen tum ex Lipsii recensione lib. 1. cap. 5. elect. cum ejus notis, tum auctius ex MSto Claudii Salmasii exhibetur à Petro Scriverio in collectione variorum opusculorum, quæ *Baudii amores* (*b*) inscripsit, Lugd. Bat. 1638. 8. additis notis P. Pithœi, Jani Dousæ F. Jo. Weitzii, Salmasii & Scriverii, in cujus postremis animadversionibus carmina nonnulla *Flori* (*c*) & aliorum ex membranis Salmasii inseruntur. Paulus quoque Colomesius ad Gyraldi dialogos de Poetis p. 507. Josephi Scaligeri observationes in Pervigilium Veneris nactum se testatus est ex apographo Sarravii. Sed illarum editionem acerbus eximii viri obitus intercepit. * Idem carmen emendatum cum notis subjicitur poematis *Jo. Ludovici Praschii*, Norimb. 1666. 12. Cum commentario *Andreæ Rivini* prodiit separatim Lipf. 1645. 4. & cum Scriverii & aliorum notis ac Rivini commentario, Hagæ 1712. 8. addito Cupidine crucifixo Ausonii. Gallicam Metaphrasin memorat Jo. Clericus Tom.

(a) Salmasius ad Hist. Augustam profert hujus Luxurii Epigramma hactenus ineditum:

Quo festinus abis gula impellente sacerdos?

Plura ejus Epigrammata inedita apud P. Scriverium vidisse se testatur Nic. Heinsius ad Claudianum p. 262. qui Luxorium vocat. * *Luxurii* Poetæ veteris Christiani nonnulla etiam mecum communicavit Nobiliss. Christophorus Vvoltereck, Gluckstadiensis. Vide itidem, quæ Almeloveenius Poematis veteribus inseruit pag. 10. seqq. & auctor Ephemeridum Lipsiensium, editarum Germanicè A. 1710. pag. 1010. seq. nec non quæ ad Claudiani idyllium de Apono p. 852. Nic. Heinsius, ex epigrammatis Luxorii ineditis, quæ apud Petrum Scriverium vidit, illud de aquis calidis Cernensibus integrum proferens: tum quæ in tomo tertio thesauri novi Antiquitatum Romanarum Sallengriani p. 165. & 234. seq. illustris Cuperus in diss. de elephantis in numis. Cæterum in MSto Codice Salmasii inter pervigilium Veneris atque Luxorii hujus poematia intersunt paginæ 48. in fol. Vide Menagiana Tom. 3. p. 14. & 81. nec non Tom. 4. p. 310. edit. Amstelod.

(b) Baudii amores ex una eademque editione in titulo jam Hagam, jam Lugdunum Batavorum, jam Amstelodamum referre videas.

(c) Flori Poetæ, qui sub Hadriano vixit, mentio ap. Spartianum. Hunc Salmasius eundem esse existimabat cum L. Annæo Floro, cujus breviarium Historiæ Romanæ habemus. Fuit & sæculo IV. post natum CHRISTUM quidam Flori nomine Diaconus Lugdunensis, cujus versus edidit Mabillonius T. 1. Analect. p. 388. seq.

Tom. 24. Bibl. Select. pag. 225. De Pervigilii vocabulo quo sacrum nocturnum innuitur, vide Petronium Burmanni pag. 72. Addam & hoc, quod Pervigilium Veneris & Ausonii Cupidinem crucifixum Anglico translatum carmine dedit Thomas Stanlejus Lond. 1651. *Florida sive Flori Poetæ de qualitate vitæ* versus Trochaici, qui itidem cum Lipsii, Pithœi & Scriverii notis inter Baudii amores occurrunt.

Epigrammata *Valerii Æditui*, *Porcii Licinii*, *Q. Catuli*, *C. Cæsaris Octaviani Augusti*, *C. Cilnii Mæcenatis*, *Gallieni* (a) *Imp.* *L. Pomponii*, *Asinii Galli*, *P. Virgilii Maronis*, *C. Plinii*, *L. Apulej*, *Petronii Afranii*, *Alcimi*, *Claudii Claudiani*, *V. C. Licinii Calvi*, *Regiani*, *Sentii Augurini & incertorum*.

Rufini V. C Pasiphaæ fabula ex omnibus metris Horatianis, cum notis Gabbemæ.

L. Apuleji ἀνεχόμενος ex Menandro, cum Scioppii, Gabbemæ, aliorumque notis. Hoc Poemation primus unà cum aliis veterum aliquot ejusdem fere argumenti Epigrammatis vulgavit Claudius Binetus, postea in præcidaneis suis ad Petronium illustravit Janus Dousa Pater lib. 3. c. 7. Habes illud etiam in variis Apuleji editionibus uti Wovverii, Colvii, Elmenhorstii, & ad calcem Priapeorum cum Scioppii notis. In libro, quem Baudii amores inscribi diximus, notis P. Scriverii illustratum legitur, qui vel supposititium vel infimæ vetustatis esse censet. Tanquam genuinum Apuleji, in testimonium citat Hugo Grotius ad Jacobi IV. 2. Elmenhorstio visum est, recentioris Itali fœtum esse: Gabbema vero & Hadrianides exhibent jambos non minus lascivos Jacobi Durantii Casellii, quibus illis Apulejanis contradicit. * Extant in ejus variis lectionibus lib. 2. c. ult.

Ausonii cento nuptialis è Virgilianis versibus consarcinatus ad Paulum, & ejusdem *Cupido cruci affixus* ad Gregorium Filium, quæ utraque inter Ausonii scripta sæpius vulgata & in Baudii amoribus cum Mariangeli Acursii, Eliæ Vineti, Jo. Brodæi, Jos. Scaligeri, Cl. Salmasii & Scriverii notis, tum in calce Petronii à Mich. Hadrianide, Gabbemæ, Pontani, aliorumque animadversionibus illustrata exhibentur. * Locum in Ausonii Cupidine cruci affixo illustratum videre licet in Memoriis Trevoltinis A. 1714. p. 469. & A. 1717. pag. 1181. 1189.

Ejusdem *Ausonii Rosæ*, *Elegia*.

De Priapismo sive propudiosa libidine Cleopatræ (b) *Reginæ ejus-*

(a) Vide Eustathii Swarthii Analecta lib. 1. c. 10.

(a) Auctor Scholiorum ad tetrabiblon Ptolemæi lib. 3. p. 88. Πολλαῖς τῶν γυναι-

ejusque remediis Epistola Heraclii Imperatoris ad Sophoclem Philosophum, pro expositione libri scripti tabulis æneis, inventique ad caput Cleopatræ Reginæ in suo sepulchro.

Sophoclis Sophistæ ad Heraclium. *C. Antonii Cos.* ad Q. Soranum de incontinentia libidinis Cleopatræ Reginæ. *Q. Sorani* ad Antonium Cos. de modo medendi ardorem ejusdem Cleopatræ. *Cleopatræ* ad Q. Soranum. *Q. Sorani* ad Cleopatram de medendo ardore libidinis. Has sex Epistolas commentitias ex Bibl. Goldasti primus Patavii ediderat, & Priapeis à se illustratis subjecerat Casp. Scioppius. Denique appendicem hanc Petronii claudit Tobiæ Gutberlethi carmen trochaicum, quod à Gabbema inscribitur, *per angusta ad augusta*.

XI. CORPUS OMNIUM VETERUM POETARUM LATINORUM secundum seriem temporum digestum & quinque libris distinctum, præfixa uniuscujusque Poetæ vita, Genev. 1611. 4. 2. voluminibus, quibus continentur: Fragmenta (*b*) *Livii Andronici & Q. Ennii*. *M. Accii Plauti* comœdiæ XX. Fragmenta *Cn. Nævii*, *Q. Novii*, *M. Pacuvii*, *Statii Cæcilii*, *L. Accii*, *Pub. Terentii comœdiæ VI.* Fragmenta *C. Lucilii*, *Sex. Turpilii*, *Cn. Matii*, *L. Afranii*, *Q. Trabeæ & Cic. Licinii Imbricis*. Hactenus liber primus. *T. Lucretii Cari* de rerum natura libri sex. Fragmenta *L. Pomponii Attellanarum Poetæ*, *Decii Laberii*, *Q. Catuli*, *& Attæ*, *Pub. Syri*, *Porcii Licinii & C. Valerii Æditui*. *C. Valerii Catulli* Poematum & Epigrammatum liber ad Cornelium Nepotem. Fragmenta *Corn. Licinii Calvi*, *C. Helvii Cinnæ*, *M. Furii Bibaculi*, *Pub. Terentii Varronis Atacini*, *C. Ticidæ*, *Furii Antiatis*, *& Laureæ Tullii*. Hactenus secundus liber. *P. Virgilii Maronis Bucolica*, *Georgica & Aeneis* præmissa Virgilii vita à *Donato* scripta, variisque de Virgilio testimoniis. *Q. Horatii Flacci* Odarum libri IV. Epodon liber, qui clauditur carmine seculari pro imperii Romani incolumitate: libri duo Satyrarum. Epistolarum libri totidem, & de arte Poetica liber ad Pisones. *Fragmenta pauca T. Valgii*. *Albii Tibulli* Elegiarum libri IV. Libellus elegiarum sub nomine *Cn. Cornelii Galli*, & carmen Lyricum, quod incipit, *Lydia bella puella*

ναικῶν γίνεται συναίσθησις τῆς συλλήψεως, κλονουμένης τῆς μήτρας καὶ εἰς αὐτὴν συνερχομένης καὶ ἀναρπαζούσης τὸ ἐν τοῖς ἔξω μέρεσι σπέρμα, εἰς τὸ κύκλῳ καὶ εἰς τὸ βάθος, καθὸ Κλεοπάτρα φησί.

(b) Norit Lector fragmenta in hoc corpore petita esse ex collectione Rob. & Henrici Stephanorum, quam paulo ante recensuimus. Deinde non pauca poemata prætermissa, uti Gratii Cynegeticon; Germanici Aratea, Phædri fabulas, Rutilii Itinerarium, Avieni & Prisciani Periegesin &c. ut minora poematia, Epigrammata & fragmenta complura & Poetas innumeros Christianos & sequioris ævi omittam.

puella candida. Sex Aurelii Propertii Elegiarum libri IV. Fragmenta pauca *L. Varii*. P. *Ovidii Nasonis* Libri VI. Fastorum. Tristium libri V. De Ponto libri IV. Ibis ex edit. Andreæ Naugerii. Consolatio ad Liviam de morte Drusi. Epistolæ XIV. Heroidum. Amorum libri III. de arte amandi, totidem: libri II. de remedio amoris. Fragmentum de medicamine faciei: Nux. Somnium, Epigrammata duo, fragmentum Halievticon. Pulex. Philomela. Metamorphoseon libri XV. Fragmenta pauca *Domitii Marsi*, *C. Germanici Augusti*. *Cæsii Bassi & Æmilii Macri*. *L. Annæi Senecæ* Tragœdiæ X. Fragmentum *C. Asinii Galli*. *A. Persii Flacci* Satyræ VI. Fragmenta *Corn. Severi*, qui Poeta sub Augusto floruit, & male à quibusdam confunditur cum Cassio Severo Oratore. *M. Annæi Lucani* Pharsaliæ libri X. subjecta Jo Sulpicii Veruliani appendice, & querela de interitu Poetæ, opere nondum perfecto. Ejusd. *Lucani* Poemation ad Calpurnium Pisonem, *Ovidio* falso adscriptum, Adr. Junii beneficio auctori suo redditum & emendatum, Lib. VI. cap. I. Animadvers. Fragmenta exigua *Cn. Getulici*; & *C. Pedonis Albinovani*. Hactenus liber tertius, quo volumen prius clauditur, *P. Statii Papinii* Silvarum libri V. Thebaidos libri XII. Achilleidos libri II. *Silii Italici* de bello Punico secundo libri XVII. *C. Valerii Flacci* Argonauticon libri VIII. *D. Jun. Juvenalis* Satyrarum libri V. *M. Valerii Martialis* Epigrammata in Amphitheatrum Cæsaris, Epigrammatum libri XIV. Fragmenta *Auli Sereni*. *Rufi Festi Avieni* fabulæ 42. *Alphii Aviti* fragmentum. *Alcimi Aviti* Archiepiscopi Viennensis poematum sacrorum libri V. quorum 1. est de Origine mundi 2. de peccato protoplastorum 3. de sententia Dei in peccatores 4. de diluvio mundi 5. de transitu Israelitarum per mare rubrum. Ejusd. de consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem. Fragmenta pauca *Septimii Afri*. *T. Calpurnii Siculi Eclogæ VII.* ad Nemesianum Carthaginensem. *M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon & Eclogæ IV.* Hactenus liber IV. *Cl. Claudiani* de raptu Proserpinæ libri III. In Rufinum libri II. In Eutropium libri totidem. De bello Gildonico liber, alius de bello Getico, in tertium, quartum & sextum consulatum Honorii, & in Mallii Theodori Consulatum panegyricum. Libri III. de laudibus Stiliconis. De Probini & Olybrii fratrum Consulatu panegyricum. In nuptias Honorii Imp. & Mariæ, Laus Serenæ uxoris Stiliconis, aliaque minora carmina & Epigrammata. *D. Magni Ausonii Burdegalensis* Epigrammata 141. Ephemeris, Parentalia, commemoratio Professorum Burdegalensium, Epitaphia Heroum

qui

qui bello Trojano interfuerunt & aliorum quorundam. Epigrammata de XII. Cæsaribus, Ordo nobilium Urbium. Ludus VII. Sapientum. Idyllia XX. Eclogarum & Epistolarum XXIV. liber. *Damasi* Episcopi Romani elegiæ de Paulo Apostolo, Agnete Martyre, Apostolo Andrea, Agatha martyre, de Felice, de nomine Jesu, de Christo, de ascensione Christi, & de cognomentis Salvatoris. *Juvenci* Historiæ Evangelicæ libri IV. *Aurelii Prudentii Clementis* Psychomachia, liber cathemerinon, Peristephanon, Apotheosis, Hamartigenia, contra Symmachum liber, & Enchiridion historiarum Vet. & Novi Testamenti. *Pontii Paulini carmen* de Joh. Baptista, & III. Epistolæ. *Venantii Honorii Clementiani Fortunati libri IV.* poematum. 1. de partu virginis, 2. de Christi Jesu beneficiis, 3. de vita hominum, 4. de certaminibus & miraculis piorum. *C. Sollii Sidonii Apollinaris*, quæ inter ejus Epistolas carmine scripta occurrunt, & Panegyrici, Epithalamia, aliaque poemata & Epigrammata. *Mauri Terentiani* de literis, syllabis, pedibus & metris carmen, in quo liber quintus atque adeo tota hæc collectio desinit.

Idem corpus Poetarum emaculatum & in duos choros sacrorum profanorumque digestum, cum notis prodiit Lugduni 1616. 4. Curante Alexandro Fichero Jesuita, qui nomen suum tum dissimulatum prodidit in arcana studiorum omnium methodo p. 223.

Erphordiæ A. 1501. 4. junctim excusa prodierunt: Hesiodi laus Musarum. *Lactantii* carmen de resurrectione. *Ovidii* de phœnice ex libro XIV. Metamorphos. *Ausonius* de Pascha *Claudiani* carmen de CHristo. Baptistæ Mantuani ad B. Virginem votum. Angeli Politiani hymni duo de diva Virgine. Dom. Palladii carmina ad virginem Mariam. Nic. Marscalci carmina de diva Anna & de moribus archigrammateorum, cum commentario Georgii Burchardi Speltini.

In tomo X. Bibliothecæ Patrum Lugd. 1672. leguntur ex editione Moguntina 1603. 4. Christophori Brovveri S. I. expressi libri XI. carminum & Epistolarum *Venantii Fortunati*, nec non libri IV. de vita Martini Turonensis carmine heroico, cum tribus Elegiis, una de excidio Thuringiæ, altera ad Justinum juniorem Imp. & Sophiam, & tertia ad Artachin. De se ipse Venantius lib. VIII. carm. 1. p. 571. De aliis Venantiis vide Sirmondum pag. 28. ad Ennodium.

Chorus Poetarum lustratus & illustratus, sive Corpus, quod *Alexandro Fichero* S. I. curante prodiit Lugd. 1616. 4. obscena expungit, cæterum auctius priore est, adjectis poetis *Manilio*, *Columella*, *Boethio*, *Sereno Sammonico*, *Rhemnio*, *Mario Victore*, *S. Pauli-*

S. Paulino, Seduiio, Aratore, Prospero Aquitanico, *Ennodio*; Idylliis *Cypriani*, *Lactantii*, *Hilarii*, *Dracontii*, fragmentisque *Senecæ* & *Petronii*: & adjuncto museo sive indice duplici Rhetorico & Poetico in omnes Poetas, Kalendario item veteri Pontificio & rustico Romanorum cum Ficheti notis p. 1171. - 1208. Exstat & tertia corporis Poetarum Latinorum editio A. 1627. primæ Anni 1611. vestigiis insistens. Denique auctius longe & è melioribus editionibus expressum 2. Volum. in fol. typis nitidis, Lond. 1713. apud J. Nicholson, B. Tooke & J. Tonson, cum indice poetico Farnabiano descriptionum, imaginum, rerumque dedit Clarissimus Vir *Michael Maittaire*, atque Sereniss. Subaudiæ Duci, Francisco Eugenio dedicavit hoc titulo: *Opera & fragmenta veterum Poetarum Latinorum, Profanorum & Ecclesiasticorum*.

Lu.

Lu. Accius. 1487.
Cai. Lucilius. 1466.
Sex. Turpilius. 1507.
Cn. Matius. 1509.
Lu. Afranius. 1510.
Qvint. Trabeas. 1514.
C. Licinius Imbrex. 1514.
Quint. Novius. 1514.
Lu. Pomponius. 1515.
Dec. Laberius. 1517.
Quint. Catulus. 1519.
Quint. Atta. 1520.
Pub. Syrus. 1520.
Por. Licinius. 1523.
Val. Aedituus. 1524.
C. Licinius Calvus 1524.
C. Helvius Cinna. 1524.
M. Furius Bibaculus. (1525.)
P. Ter. Varro Atacinus. (1525.)
C. Ticida. (1525.)
Furius Antias. (1526.)
Laur. Tullius. (1526.)
T. Valgius. (1526.)
Lu. Varius. (1527.)
Dom. Marsus. (1527.)
Cæs. Bassus. (1527.)
Aem. Macer. (1528.)
C. Rabirius. (p. 1528.)
C. Asin. Gallus. (1528.)
Corn. Severus. (1528. & (1583.)
Pomponius Secundus. (1529.)
Cn. Getulicus. (1529.
Sex. Hæna. (1529.)
G. Pedo Albinovanus. (1530.)
& (1589.
Volc. Sedigitus. (1530.)
Sentius Augur. (1530.)
Aul. Serenus. (1530.)
Septimius Afer. (1531.)
M. Ter. Varro. (1531.
Titinius. (1541.)
Suevius. (1542.)
Albinus. (1542.)
Alphius Avitus. (1543.)
Ilius. (1543.
C. Granius. (1543.)
Memor, al. Memmius. (1543.)
(C.) Julius (Cæsar Strabo). (1543.)
Sempronius Gracchus. (1543.
Varius. (1543.
Cil. Mæcenas. (1543.)
P. Pomponius Secundus. (1543.)
Rutilius Geminus. (1543.)
Incerti Tragici. (1543.)
M. Tull. Cicero. (1545.) & (1548.)
Germanicus Cæsar. (1547.) & (1563.)
Seneca Philosophus. (1566.)
Petronius Arbiter. (1567.)
Petronius Venusianus. (1573.)
Petronius Antigenides. (p. 1573.)
Petronius Hilarius. (1574.)
Petronius Levita. (1574.)
Alcimus. (1574.)
Eugenius. (1574.)
Evantius. (1574.)
Q. Cicero. (1574.)
Pentadius. (1574.)
P. Virgilii Juvenilia, &c. (1574.)
P. Ovidius. (1582.)
Incerti Auctoris Moretum. (1587.)
Val. Cato. (1588.)
Incerti Auctoris Copa. (1589.)
M. Ann. Lucani ad Pisonem. (1590.)
Q. Serenus Samonicus. (1592.)
Incerti Auctoris Phœnix. (1599.)
Marcellus. (1600.)
Ruffinus de metris. (1601.)
Prisciani periegesis. (1632.)
Cœl. Symposius (1609.)

Poetæ Ecclesiastici.

Q. Sept. Flor. Tertullianus: 1525.

Caec. Cyprianus. 1537.
Juvencus. 1539.
Hilarius. 1559.
Marius Victorinus. 1561.
Ambrosius. 1563.
Cl. Marius Victor. (1567.)
Damasus. 1579.
Aur. Prudentius Clemens. 1640.
Proba Falconia. 1654.
Sedulius. 1660.
Epigramma ex Barthii X. 9. Adversar. 1673.
Liberii & Belisarii de Sedulio acrostichides. 1673.
Honorii I. Pontif. Max. de Apostolis CHristo ascendente obstupescentibus. 1673.
Alcimus Avitus. 1673.
Venantius Honorius Fortunatus. 1693.

ad calcem subjiciuntur.
Omissi.
Cornel. Gallus.
Maximianus.
L. Apulejus.

CAPUT II.

DE POETIS CHRISTIANIS.

Poetae Christiani post Aldinam & Basileensem editionem à Georgio Fabricio junctim editi. 1. *Alii ab eodem praetermissi.* 2. *Phil. Gualteri Alexandreis.* 3. *Guil. Brito.* 4. *Recens scriptor Petrus Apollonius Collatius.* 5. *Index Scriptorum à Florilego laudatorum.* 6. *Index carminum, quae inseruntur, vel recensentur in Leyseri historia Poetarum medii aevi.* 7.

I. POETARUM VETERUM ECCLESIASTICORUM opera Christiana & operum reliquiae ac fragmenta post συναγωγὴν Aldinam 1502. 4. & Basileensem 1541. diligentius collecta, recensita & notis illustrata à *Georgio* (a) *Fabricio* Basileae 1562. 4. In hoc volumine nulla habita ratione temporis quo scriptores vixerunt, continentur.

1. *Aurelii Prudentii* (b) *Clementis* ex Calagurri Castellae opido Hispani, qui magnis dignitatibus functus sub Imperatoribus Arcadio & Honorio rebus divinis carmine dicendis vacavit, *Psychomachia* sive pugna animae super vitiis & virtutibus: Liber *Cathemerinon* sive hymni omnibus diurnis actionibus convenientes;

(a) Praeter Gretserum lib. 2. de cruce c. 9. Daumius quoque Ep. ad Reinesium p. 48. notat Fabricium aliquando nimia libertate usum in edendis veterum scriptis.

(b) De Prudentio praeter editores & eos qui de scriptoribus Ecclesiasticis scripsere, consules ubi lubebit Baelium in Lexico edit. secundae, Jo. Clericum T. 12. Bibl. Universalis p. 163. seq. Nic. Antonium in Bibl. veteri Hispana lib. 2. c. 10. Tillemontium Tom. X. memor. Eccles. p. 560. seqq. Jo. Petrum Ludevvig in vita Prudentii Vvitch. 1692. atque inter ejus opuscula A. 1719. fol. junctim excusa Halae Saxonum pag. 404. Polycarpum denique Leyserum in historia poetarum medii aevi statim sub initium:

Peristephanon, sive, de Coronis Martyrum hymni XIV. *Apotheosis*, sive de Divinitate CHRISTI. *Hamartigenia*, (*a*) sive de origine peccatorum adversus Marcionitas. *Libri II. contra Symmachum*, urbi præfectum, cujus fragmenta quædam inseruntur. Post hos libros frustra quæres *Prudentii* Δίπτυχον (ita enim legendum apud Gennadium pro διπτυχαῖον) de toto vet. & novo Test. personis excerptis, sive *Enchiridion Vet. & Nov. Testamenti*. Sed hoc à Fabricio exhibetur infra p. 747. sub nomine *Amœni*, quod forte Epitheton Prudentio tribuerunt Librarii (*b*) ob singularem carminum ejus suavitatem & amœnitatem. Porro sæpius ab eo tempore Prudentii poemata à viris doctis edita & illustrata sunt. Inprimis à Jo. Weitzio (*c*) Hanov. 1613. 8. Nic. Heinsio Amst. 1667. 12. Steph. Chamillardo in usum Delphini Paris. 1687. 4. & novissime à Christophoro Cellario Halæ Sax. 1703. 8. Prudentii non pauca è veteribus membranis emendat Ob. Gifanius collectaneis ad Lucretium, quem illi observat admodum familiarem exstitisse. Nec male de Prudentio promeritus Christianus Becmannus, qui multa ejus loca è Codice Palatino castigat in manuductione ad latinam linguam capit VI. * Hic est *Clemens* quem inter Poetas Christianos laudat Rabanus III 18. de institutione Clericorum, Tom. 6. Opp. pag 41. eundemque disertissimum ac Christianissimum appellat libro de ordine Sacram. cap. 12. p. 53. Dungalus Diaconus Paris. qui circa A. C. 821. scripsit libro de imaginibus contra Claudium Taurinensem Tom. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 220. *Aurelius Prudentius Clemens vir Consularis ac Iberorum doctissimus, eodem fidei ac devotionis studio flagrans*. Christianorum Maro & Flaccus dicitur Bentleio pag. 66. ad Horatium. De Calagurri Nascia, Vasconum, Prudentii patria diatribam auctore G. L. exhibet Diarium literarium Hallense Germanice editum, Neve Bibliothec XXVI. p. 475. Natus fuit Prudentius Salia Consule A. C. 348. Vide Sirmondum p. 70. ad Ennod. Alius Prudentius, Episcopus Turiasonensis in Arragonia de quo Acta Sanctor. 28. April. Tom. 3. p. 587. seq. In libros duos contra Symmachum, minus emendate excusos, commentaria Isaaci Grangæi Gymnasiarchæ Vindocinensis adspexere lucem Paris. 1614. 8. is putat Prudentium eos scripsisse A. C. 403. cum

viginti

(a) In fine Hamartigeniæ subjiciuntur preces, quibus auctor ait sufficere sibi si modo in Tartara non detrudatur, licet pœnæ luendæ sint in purgatorio.

(b) Barth. VIII. 11. Adversar.

(c) In Vveitzii editione præter commentarium editoris occurrunt *Isonis Magistri* glossæ è MSS. excerptæ, & quæcunque in Prudentium scripsere Æl. Antonius Nebrissensis, Jo. Sichardus, Erasmus, Jac. Spigelius, G. Fabricius, Adam. Siberus, Jo. Murmellius, Victor Giselinus, Georgius Remus, Adam. Theodorus Siberus, & Andreas Vvilkius.

viginti annis post relationem ab S. Ambrosio confutatam Symmachus iterum ausus fuisset Imperatores Arcadium & Honorium pro ara Victoriæ sollicitare. Nec paucos fuisse in Senatu qui cum Symmacho facerent, colligas ex eo, quod Prudentius 1. in Symmachum v. 609.

Aspice quam pleno subsellia nostra Senatu
Decernant infame Jovis pulvinar - -

In Christianis Poetis ab Aldo Manutio junctim editis Venet. 1502. 4. cum præfatione ad Danielem Clarium Parmensem in urbe Rhacusa bonas literas publice profitentem, nullus Prudentio locus datus est, sed in illa occurrunt (1) *Sedulii* presbyteri mirabilium divinorum libri IV. Elegia in CHristi laudem, in qua finis pentametri est similis principio hexametri, publicata à Turtio Rufo Asterio Quinto V. C. exconsule ordinario atque patritio, *Cantemus, Socii, Domino cantemus honores*. Hymnus *A Solis ortus cardine*, initiis tetrastichorum exhibens omnes literas Alphabeti. (2) *Juvenci* historiæ Evangelicæ libri IV. (3) *Aratoris* Subdiaconi Rom. Ecclesiæ Cardinalis Apostolicæ historiæ libri II. præmissis duabus ad Florianum Abbatem & Virgilium Pontificem brevibus elegiis. (4) *Probæ Falconiæ* Centronis (*a*) clarissimæ fœminæ excerptum è Maronis carminibus ad testimonium Veteris novique Testamenti opusculum. (5) *Lactantii Firmiani* de resurrectionis Dominicæ die elegia & de passione Domini, carmen heroicum. (6) *Cæcilius Cyprianus* Episcopus Carthaginensis de ligno crucis. (7) Tipherni deprecatoria ad B. Virginem elegia,

Virgo decus cæli, virgo sanctissima, virgo
Quæ super angelicos es veneranda choros. &c.

Oratio ad eandem, versu heroico:

Regum sancta parens alto quæ sanguine ducis
Principium - - -

Precatio matutina ad omnipotentem DEum.

Omnipotens quem mente colo, Pater unice rerum:

(8) *S. Damasi* Episcopi de laudibus Pauli Apostoli, versus hexametri. (9) Elegia in Hierusalem. (10) Odæ & carmina quædam Raphaelis Zovenzonii Poetæ. Addita etiam prosaria scripta (α) *Severi Sulpicii* liber de vita S. Martini cum præmissa ad Desiderium Epistola. Ejusdem Sulpicii Epistolæ (1) ad Eusebium presb. postea Episcopum. (2) ad Aurelium Diaconum & (3) ad Bassulam de libello obitus S. Martini. Dialogi III. de miraculis S. Martini Episcopi. De translatione corporis S. Martini. (β) B.

P 2 Nico-

(a) Ita dicta quod scripsit centonem, κέντρωνα.

Nicolai Myrensis Episcopi vita è Græco versa Latine à Leonardo Justiniano, Patricio Veneto ad Laurentium fratrem. Volumen claudunt Græci sine auctoris nomine Homerocentones (a) addita latina prosaria versione, & præmissa Petri Candidi monachi qui illa ex Codice MS. descripsit, correxitque ad Aldum Epistola, & hoc Scipionis Carteromachi hexasticho:

Εἰ, τὸ δοκεῖν, μύθοισιν ἐπέτρεπεν αὐτὸν Ὅμηρος,
 Ἀλλ' ἱεροῖς πάντως ἤθελε ταῦτα πρέπειν.
Θαῦμα γὰρ, εἴτ' ἄλλως γε λελεγμένα πολλὸν ἀπ' αὐτῶν
 Τοῖς θείοις ἔργοις ἥρμοσ' ἀδρειοτέρως.
Ἀλλὰ δ' Ὁμηρείων μάλα γ' ἄξιος ἔστ' ἐπαίνου
 Ὅστις ἄρ' εἰς τάδε μὲν θεῖα μεθηρμόσατο.

Ut ad Prudentium revertar, prodiit ille Daventriæ 1472. 4. atque est mihi ad manus editio antiqua in 4. sine anni nota, locive, ad cujus calcem hæc verba leguntur: *Aurelii Clementis Prudentii opera prudens lector hoc ordine impressa invenies. Primum in utrumque testamentum tetrasticha. Deinde eum quem de Divinitate librum scripsit, Apotheosinque titulavit. Psychomachia sequitur. Hamartigenia his recto ordine additur. Peristephanon subditur, sic enim Græce liber ad martyrium invitatorius inscribitur. Diurnorum vero hymnorum libro, (qui & cathemerinon dicitur) & eo quem contra Symmachum, idololatriam defendentem scripsit, pulchro & recto ordine totum opus consummatur.* Carmen in Romanum martyrem, cum amplo *Jo. Murmelii* Ruremundensis commentario prodiit separatim Coloniæ in chalcographia ingenuorum liberorum Quentell, 1507. 4. *Jacobi Spiegel* Selestadiensis commentarius in hymnum de CHristi miraculis ad omnes horas, *da puer plectrum*, Selestadii in ædibus Lazari Schurerii 1520. fol. Ad calcem voluminis exstat Jacobi Wimphelingii Epistola, in qua *facessant*, inquit, *Catullus, Tibullus, Propertius: cum exstent Sedulius, Prudentius, Baptista Mantuanus: pro Martiali tutius legantur epigrammata Buschii, Murmelii, Sapidi*. Verum si gemmæ in argentea theca vel plumbea merito præferendæ sunt auro carbones tegenti, non ideo plumbum ipsum vel argentum auro præstat, neque aurum facessere jubebimus. *Georgi Fabricii* Chemnicensis in pæanas tres Prudentii, Sedulii, Fortunati de vita & morte CHRISTI, & in hymnos tres alios Prudentii & in Romanum martyrem expositio Lipsiæ 1568. 8. subjuncta adagiorum annotatorum centuria. *Augusti Buchneri* commentarius in Prudentii hymnum de CHristi Natali Witeb.

(a) De his sive Pelagii Patricii sive Eudociæ Homerocentonibus eorumque editionibus aliis dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 7.

teb. 1643. 8. Ad calcem historiæ Trojanæ Daretis Phygii quam Lipsiæ 1498. 4. edidit & Martino Polychio Mellerstadensi dicavit Johannes Majus Romhiltensis, subjiciuntur Prudentii hymni tres, 1) de Phase populi Israelitici. 2) de miraculis Salvatoris nostri, 3) de quiete & somno, divino munere. Prudentius cum *Antonii Nebrissensis* commentario & scholiis *Jo. Sichardi* qui sex Codd. MSS. usum se testatur, vidit lucem Antuerp. ex Jo. Steelsii officina 1540. 8. Cum Sichardi scholiis jam prodierant Prudentii carmina Basil. 1527. 8. Apud Cratandrum, atque iterum apud Henricum Petri. Cum notis *Jo. Sichardi* & *Erasmi* Lugd. 1553. 8. Aurelius Prudentius Clemens *Theodori Pulmani* Cranenburgii & *Victoris Giselini* opera ex fide decem librorum MSS. emendatus, & in eum ejusdem Giselini commentarius Antvverp. ex officina Christoph. Plantini 1564. 8. subjuncto ad calcem voluminis, Erasmi in hymnos duos commentario. Ex Giselini recensione Paris. 1566. & Lugd. Bat. 1596. forma minore. Prudentius in usum scholarum ex postrema doctorum virorum recensione editus Luneb. 1648. 12. Omitto editiones in Bibliothecis Patrum & in Corporibus Poetarum obvias. Prudentius cum notis *Nic. Heinsii* & variorum doctorum virorum maxime necessariis, (*Isonis* Magistri præcipue & *Antonii Nebrissensis*) cum præfatione *M. D. Mulleri*, Colon. 1701. 8. parum emendata parumque nitida editio. De optima omnium *Chamillardiana* Prudentii editione vide Acta Erud. Tom. 1. supplem. 3. pag. 126. De *Cellariana* A. 1703. p. 154. Chamillardus de interpretibus ante se Prudentii hoc fert judicium: *Giselinus* sectatus tantum ea quæ omnium erant facillima & minime scitu necessaria, lapsus in multis etiam & hallucinatus est. *Nebrissensis* hæret in Prudentio magis, sed est brevior & singula delibare satis habet: quæ ad fabulam, historiam & penitiorem scriptoris cognitionem requiruntur, omittit. Quid quod apotheosin, hamartigeniam, duos contra Symmachum libros, qui sunt præ cæteris tamen dignissimi, qui legantur, non attigit. Restat *Heinsius*, cujus variæ lectiones in Prudentium adspersis interdum lectissimis notulis perquam eruditæ sunt & accuratæ, ut ab Heinsio profectas facile noris. *Weitzius* (a) cum editas hactenus in Prudentium notas collegisset, addidit etiam suas, easque minime contemnendas: hoc uno cæteris superior, quod veterum auctorum locos indicet, ac eos præcipue sacræ Scripturæ quos Prudentius operi suo intexuit. Mitto *Jacobum Spigelium*, cujus notæ in Oden *omnis horæ* non solum sunt propter nimiam

(b) Idem *Weitzius* Francof. 1643. 8. edidit Heortologium sive hymnos festivales ex Poetis qua veteribus qua recentioribus excerptos, notisque illustratos.

prolixitatem molestæ, verum etiam minutis quibusdam ac pæne puerilibus nugis ab ipsa Grammatica repetitis refertæ. Mitto etiam *Adamum Siberum*, (a) *Georgium Remum*, (b) *Adamum Theodorum Siberum*, (c) *Andream VvilKium*: quorum alii verba sex interdum aut septem protulerunt in hymnos tres, aut quatuor totos, alii in unum duntaxat: ut merito ab interpretum Prudentii numero sint expungendi. Aliter sentiendum de scholiis *Isonis*, quæ quamvis admodum brevia sint, quicquid est tamen gravioris nodi solvunt. Habendus idem honor *Georgii Fabricii* notis in Poetas Ecclesiasticos, & hymnos quinque Prudentii quos illustravit. Claudet agmen interpretum *Erasmus*, qui quamvis in duobus tantum postremis Cathemerini hymnis elaboraverit, quia tamen vir fuit, si quis alius sua tempestate, acuti & limati judicii, operæ pretium fecit, ac documento esse potest quam non Prudentius ab eruditis negligendus sit. *Hactenus Chamillardus*. Andreas Vvilckius Gymnasii Gothani Rector præclare meritus A. 1610. 8. prælis dedit *ἑορτογραφίαν* in duas partes tributam, quarum *priore* continentur commentarii in hymnos veterum recentiumque poetarum 1) P. Lotichii Secundi in Nativitatem CHristi. 2) Georgii Buchanani in Diem Dominicam. 3) Jo: Stigelii in Calendas Januarias sive Circumcisionis Festum. 4) *Prudentii* in Epiphania sive trium Regum. 5) Jo. Posselii in Festum Purificationis Mariæ. 6) *Juvenci* in Annunciationem. 7) Joach. Camerarii in Passionem, Mortem & Resurrectionem CHristi. 8) Baptistæ Mantuani in Ascensionem. 9) P. Lotichii Secundi in festum Pentecostes. 10) Pauli Melissi in SS. Trinitatis festum. 11) Frid. Taubmanni in Joannis Baptistæ. 12) Actii Synceri Sannazarii in Visitationem Mariæ. 13) Philippi Melanchthonis in festum Michaelis. 14) Christophori Vvineri in Adventum Domini. *Posteriore* parte exhibentur & illustrantur carmina & hymni in festa Apostolorum 1) in S. Andream, Jo. Baptistæ Mantuani. 2) in S. Thomam, Nonni Panopolitani. 3) in S. Johannem Evangelistam & Apost. M. Hieron. Vidæ. 4) in SS. Philippum & Jacobum, M. Hulderici Buchneri, 5) in S. Petrum Apostolum, Joach. Camerarii. 6) in S: Jacobum majorem, M. Hulderici Buchneri. 7) in S.

(a) *Adamus Siberus* Lipsiæ 1575. 8. vulgavit breviarium Christianum, continens doctrinam, preces, Cantica & hymnos Ecclesiæ: Nec non ibid. 1580. 8. enchiridium pietatis puerilis oratione numerosa ex antiquorum & recentium monumentis recensitum distinctumque libris IV.

(b) *Georgii Remi* notæ in loca quædam Prudentii Cathemerinon, Apotheosin, Hamartigeniam, Psychomachiam & contra Symmachum leguntur in editione Vveitziana pag. 508. 519.

(c) *Adami Theodori Siberi* notæ in hymnum X. XI, & XII. Cathemerinon, ibid. p. 520. 527.

in S. Bartholomæum, Jo. Baptistæ Mantuani. 8) in S. Matthæum, Nic. Rudingeri, 9) in Simonem & Judam, Joh. Baptistæ Mantuani. Prudentii Codex perantiqvus septimo vel octavo seculo scriptus exstat Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, quo nullum alium remotioris antiquitatis vidisse se testatur Bernhardus de Montfaucon Diar. Italic. pag. 18. Codicem præclarum Urbinatem Alexander VII. Vaticanæ addidit Bibliothecæ, quem laudat Holstenius diss. de veribus Dianæ Ephesiæ.

2. *Q. Septimii Florentis Tertulliani* Chartag. Presb. *adversus Marcionem*, & *de judicio Domini liber unus* versibus Epicis. Utrumque poema Tertulliani esse hodie negant eruditi. P. Allixius in diss. de vita & scriptis Tertulliani, carmen de judicio ait esse *Verecundi* Episcopi Africani, qui circa medium seculi sexti floruit. Libros contra Marcionem idem suspicatur post Hieronymi tempora exaratos. Leguntur & nunc alia sub Tertulliani nomine poematia, *expostulatio ad Senatorem* & *de* (a) *Jona ac Ninive*, sed quæ Georgius Fabricius non vidit.

3. *Cæcilii Cypriani* Episcopi Carthag. *Genesis & Sodoma*. Hæc quoque carmina constat non esse Cypriani, sed ab aliis ad *Tertullianum*, ab Allixio ad *Salvianum* Massiliensem referuntur. Ut plures editiones inter Cypriani & Tertulliani opera taceamus, junctim illa cum superioribus, quæ sub Tertulliani nomine extare jam diximus, notis suis illustrata edidit Andreas Rivinus, Gothæ 1651. 8. Quod apud G. Fabricium sequitur *Cypriani Lignum vitæ*, ab aliis de cruce, à Pamelio de Pascha Domini inscribitur, & ab Andrea Rivino, Victorini Petavionensis accensetur poematibus. Exhibet etiam Jacobus Gretserus T. 3. de cruce p. 552.

4. *Hilarii* Pictaviensis Episcopi *Genesis* sive Hexaemeron ad Leonem Papam Carmine Epico, constat hodie, rectius tribui *Hilario Arelatensi*, etsi Pictaviensis operibus addidit Lud. Miræus Paris. 1544. Benedictini in novissima Hilarii Pictav. editione Paris. 1693. fol. curante Petro Coutant potissimum vulgata, inter supposita illius Episcopi iterum ediderunt. Cum Jo. Vveitzii notis prodiit Francof. 1625. 8.

5. *Claudii Marii Victoris*, *Massiliensis* Oratoris *de Genesi libri III.* eodem epico carminis genere. Ejusdem de perversis suæ ætatis moribus *Epistola ad Salomonem Abbatem*. Hæc è Jo. Gagnei editione mire interpolata recudi curavit Fabricius. Gvil. Morellus libros de Genesi sinceriores, etsi admodum mendosos edi-

(a) Hoc carmen perperam pro inedito habet. Vossius ad Catullum p. 274. Prodiit in appendice Bibl. Patrum Bigneana, ut Francisci Jureti, Andreæ Rivini, & qui cum Paulino Petrocorio vulgavit Daumii editionem omittam.

derat Parisiis A. 1560. 4. * *Claudii Marii Victoris* sive Victorini (*a*) libros III. in Genesin, versibus hexametris scriptos, ex interpolata Gagnei editione recudi curarunt etiam Bibliothecæ patrum conditores. Confer Christiani Daumii notas ad Paulinum Petrocorium p. 320. Alcimi & Victoris carmina edidit Jo. Gagneius, Parisiensis Theologus Lugd. 1536. 8.

6. *Dracontii* (*b*) *Toletani Hexaemeron liber primus*, isque in fine mutilus. Ab eo tempore, addito etiam secundo libro & Eugenii Toletani additamento supplevit Jacobus Sirmondus Paris. 1619. 8. Sirmondum secutus Andreas Rivinus est, qui cum notis recedendum dedit Lipsiæ 1651. 8. Meminit Dracontii Isidorus Hispalensis XII. 2. Originum ad quem locum Jo. Grialus in notis p. 556. *Dracontius opus sex dierum carmine composuit, Athanagildo regnante, quod poema Eugenius III. Toletanus Antistes sub Cindasvinto & Reccensvintho & emendavit & septimi diei versibus auxit. Hunc librum Gothicis characteribus scriptum Bibliotheca Martini Roderici Azagræ nunc servat*: Ante Sirmondum Dracontius ex Eugenii interpolatione in lucem emissus est à Mich. Ruizio Assagrio, quam editionem videre vehementer desiderat Barthius p. 1615. Aduers. * *Dracontii* Hispani (*c*) presb. carmine scriptum epico Hexaemeron cum elegia ad Theodosium juniorem Augustum exstat & in Bibl. Patrum Lugd. Tomo IX. pag. 724. & Tom. 2. Opp. Sirmondi pag. 890. Prodiit etiam cum indice, glossario & notis Jo. Weitzii Francof. 1619. 8.

7. *Ambrosii* Episcopi Mediolanensis *de opere Creationis, hymni septem*. Hæ aliæque ejus Doctoris odæ sacræ novissime denuo editæ à Benedictinis in Tom. II. operum Ambrosii, Paris. 1691. fol.

8. *Alcimi Ecdicii Aviti* Viennensis Archi-Ep. *de mundi Origine, de origine peccatorum, de sententia Dei, de diluvio, de transitu maris rubri libri V.* Ad Apollinarem Sidonii F. Ejusdem *de consolatoria Castitatis laude* liber ad Fuscinam sororem. Hæc poemata primus è Præceptoris sui Phil. Beroaldi Codice vulgavit Jo. Adelphus Mulingius Argentin. 1507. apud Gruningerum. Hinc Martinus de Werdena Colon. 1508. tum Parisiis Ascensius 1509. 8. Quarta editio lucem adspexit Lugduni 1536. 12. Ab eo tempore Alcimum cum notis suis edidit Menradus Molterus Basil. 1546.

(a) Victorinus appellatur à Gennadio c. 60. de script. Eccles. & ab Hieronymo præf. in Epist. ad Galatas. Theodosio, & Valentiniano regnantibus diem obiisse idem Gennadius testatur.

(b) Alius fuit Dracontius Monetæ præpositus sub Juliano Imp. cujus mentio apud Ammianum XXII. 11.

(c) Vide Nic. Antonii Bibl. veterem Hispan. III. 3, p. 192.

1546. apud Oporinum, & Joachimus Zehnerus, Lipf. 1604. 8. Georgius vero Fabricius atque antiquiorum editionum Bibliothecæ Patrum & corporis poetarum collectores iterum vulgarunt ex editione jam dicta Lugdunensi Jo.Gagnei, quam innumeris locis, præcipue in libris posterioribus depravatam, & quinquaginta prope versibus interpolatam agnoscit Sirmondus, qui sincera & emendata una cum aliis Aviti scriptis edidit notisque illustravit Parif. 1643. 8. T. 2. Varior opusc. recusa in Bibl. Patrum novissima Lugdunensi T. 9. p. 560. & in Sirmondi Operibus Tom. II. ubi & *Epistolæ IV.* & *Fragmenta* Aviti, quæ post Sirmondi industriam Baluzius, & *Collatio adversus Arianos*, quam Dacherius eruit, sunt adjuncta. Ac longe plura etiam ab Avito versibus descripta fuisse constat ex ipsius Epistola ad Apollinarem fratrem, & Sirmondus testatur se in nonnullis Bibliotheeis reperiisse Alcimi Aviti Metrum in Exodum versus continens MCCCCXXVII. Leviticum ---- CCCVIII. Numeros ---- DCXXCIX. Deut. ---- CCXXCVII. Librum Jesu Nave --- CCCCLII. Judicum ---- DCXCV. Sed in tribus quæ viderit MStis hæc tot fuisse mendis rudes atque impolitos, ut evulgare religioni duxerit. * Epistolam *Alcimi* ad Apollinarem in notis ad Ennodium pag. 67. vulgavit & Homiliarum quoque Aviti MStarum meminit Sirmondus. Obiit Avitus A. C. 523. Laudatur à Venantio Fortunato lib. III. carm. 26. seq. Tom. X. Bibl. Patrum Lugd. pag 545. De Judæis per Avitum Episcopum conversis, idem videndus lib. V. carm. 5. pag. 554. Ad manus mihi sunt Aviti editiones (1) Coloniensis per Martinum de Werdena A. 1509. 4. feria secunda post festum S. Matthiæ Apostoli, cum præfatione (a) *Johannis Adelphi Mulingi* Argentinensis, qui numquam ante à chalcographis disseminatum testatur. (2) Basileensis 1545. 8. mense Augusto, cum commentariis Menradi Moltheri, Augustani. Hanc habeo emendatam manu viri eruditi ex Codice MS. (3) Lugdunensis 1536. forma octava majore ex recensione *Io.Gaigneii*, Parisiensis, una cum Victore sive Victorino Massiliensi, de quo supra. (4) Lipsiensis 1604. 8. cum castigationibus M. *Joach. Zehneri*, Superintendentis Schleusingensis, qui usus est MSto insigni Fuldensi. Nova cura recensere integrum & veteri nitori restituere Avitum pridem promisit *Christianus Daumius*. Syllabum Poetarum Christianorum Daumius præmisit Paulino Petrocorio.

9. *Fabii Marii Victorini Afri de fratribus Machabæis interfectis ab Antonio Epiphane*. Hoc carmen Barthius III. 23. Adversar. Hi-

(a) Eadem præmissa editioni priori Argent. 1507.

Hilario Arelatensi, Andreas Rivinus Nictario attribuit, qui cum Victorinorum opusculis denuo vulgavit notisque illustravit Gothæ 1652. 8. Cæterum Daumius ad Paulinum Petrocorium observat illud ita interpolatum ferri, ut Jovem lapidem juraturus sit, diversorum autorum esse editiones, qui contulerit. * *Victorini* Afri, qui circa A. C. 362. vixit, hymnos tres de homousio recipiendo, interpretem in nonnullis benignum exigere notat Joan. Launojus diss. de Victorinis p. 56.

10. *Juvenci* (a) *Presb.* Hispani, qui Constantino Imp. scripsisse significat, *Historia Evangelica libri IV.* Dolendum est Viri doctiss. Jo. Sauberti novam hujus Poetæ editionem ex membranis Bibl. Helmstadiensis, ex quibus non pauca emendaturum se promiserat Var. lect. in Matthæum pag. 259. per alias ejus occupationes, & præpropera fata interceptam fuisse. Jam pridem quoque mihi animus fuit novam Juvenci editionem ad Mss. Codd. & veteres editiones castigatam studiosis offerendi, quod lubenter efficiam, si DEUS valetudinem suppeditaverit. Integrum Juvenci nomen erat Aquilinus Cajus Vettius Juvencus, ut ex Jureto pag. 273. ad Symmachum notavit Paulus Colomesius in paralipomenis ad Chartophylacem Gvil. Cavei, & ad dialogum quintum Gyraldi de Poetis. Idem pag. 81. observationum sacrarum, observat, Juvencum libro 3. usum codice in quo post Matth. 20. 28. hæc verba legebantur: *Vos autem quæritis de minimo crescere & de magno minui. Introeuntes autem, & rogati cœnare ne discubueritis in eminentibus locis &c.* quæ in antiquissimo suo Græco latino exemplari Beza deprehendit, atque in codicibus quibusdam antiquis versionis latinæ Matthæi, & in quatuor Mss. versionis antiquæ Anglo-Saxonicæ ad verbum reddita occurrunt, legeruntque olim Hilarius, & Leo Magnus, Juvencus vero ita expressit:

At vos ex minimis opibus transcendere vultis,

Et

(a) *Ab hoc Juvenco alius fuit Juvencus Celius Callanus Dalmata, cujus codicem MS. de Attila vita Venetiis asportaverat nobilissimus PeiresKius (habuit etiam MS. Tho. Bartholinus Danus, Vir variis scriptis clarus) quique haud multo post publici juris factus est. Citatur is à Baptista Fulgoso inter scriptores illos à quibus exempla sua collegit. Quod PeiresKio minus observatum, qui de hoc Juvenco Scaligerum, Casaubonum, Paulum Servitam, & alios anxie consuluerat.* Hæc Paulus Colomesius ad Gyraldum p. 286. At Historiæ Juvenci de Attila lucem viderunt Ingolstadii 1604. 4. Et præsenti tempore novam earum editionem Upsaliæ meditatur nobilissimus, & doctissimus Vir Ericus Benzelius. Juvenci Historici mentio apud Sidonium Apollinarem IX. Epist. 14. Vide notas Savaronis p. 180. * Citatur etiam à Goldasto ad Petron. & à Tho. Bartholino de armillis veterum. Illa edita Ingolstadii, fuit in Bibl. Cordesiana. Eam collectioni, quam parat scriptorum Occitaniæ adjungere constituit in Gallia P. de la Porte, Ord. S. Francisci de Paula. Multis post Juvencum huncce sæculis Attilæ vitam scripsit Philippus Callimachus.

Et sic è summis lapsi comprenditis imos
Si vos quisque vocat, &c.

Confer, si lubet, quæ de illo additamento notata à me sunt in Codice Apocrypho Novi Testamenti p. 328. seq. * Editiones Juvenci sunt: Parisiensis 1499. fol. cum Sedulio, & P. Barri pæanibus quinque festorum B. Virginis, edente Jacobo Fabro, qui in Epistola ad Fabrum Stapulensem, præmissa Aldhelmo de virginitate edito Daventriæ 1512. 4. *Considerans ego fructum illum qui emersit ex editione illa divi* Juvenci, *quem ego ante multos annos primus omnium publicavi, qui erat mihi mutilatus & imperfectus ob antiquitatem, quocirca in eam formam redegi qua & hic & in aliis locis circumfertur, quæ enim & immutata sunt in eo, & quæ ad imperfectos versus accesserunt propter exemplaris depravationem non dixerim facile*. Antiqua sine loco & anno in 4. quam possideo hoc titulo: *Juvencus presbyter immensam Evangelii majestatem heroicis versibus concludens*. Aldina an. 1502. 4. cum Sedulio, Aratore, Probę Falconiæ Virgiliocentonibus & Lactantii ac Damasi poematis quibusdam, Cypriano de ligno crucis, & incerti Homerocentonibus. Lipsiæ 1505. fol. *Catalogus Bibl. Francof. ad Viadr.* Paris. 1506. 4. *Bibl. Manarsiana*. p.335. Sine temporis nota, adjuncto *Hermanni Buschii* in Juvencum Epigrammate. 4. Hanc Lipsiæ 1511. per Melch. Lotterum prodiisse affirmavit mihi Joh. Mollerus V. C. Rector Flensburgensis Athenæi dignissimus. Rothomagi 1509. 4. cum notis Badii Ascensii. Viennæ 1519. 4. *Catalogus Bodlej*. Mediolani 1569. 8. quæ editio est in Bibliotheca Barberina. Juvencus, Sedulius, Arator & Venantii hymni quatuor ex recognitione *Theod. Pulmanni*, præmissa Reinhardi Hadamarii præfatione cum variis lectionibus, Basil. sine anni nota in 8. Repetita hæc editio Calari apud Vincentium Sembenium 1573. 8. teste Nic. Antonio. Basil. 1541. 8. inter Poeseos Christianæ opuscula aliquot, & (a) Ælii Nebrissensis in Sedulium atque Badii in Juvencum. Basil. 1562. 4. in Poetis Christianis *G. Fabricii*, cum notis. Ibidem 1537. 8. cum Aratore, & Enchiridio Prudentii. Basileæ 1545. 8. cum Sedulio, & Aratore, collata cum codice Rottendorphii & aliis MSS. Paris. 1545. 12. apud. Joh. Berbæum & Claudium Garamontium. Lugduni ap. Joh. Tornæsium & Gvil. Gazeium 1553. 12. Juvenci, Cœlii Sedulii & Aratoris sacra Poesis summa cura & di-

(a) Pag. 293. edit. noviss. Koenigius notis ad Juvenci III. 341: *Quod ad nothum Juvenci versum attinet, non miror hunc ipsum exstare tum in G. Fabricii Poetis Christianis, tum in Bibliotheca Patrum Parisiensi. Nam utraque editio expressa videtur ab illa Antonii Nebrissensis, quæ prima cum enarrationibus suis dedit Juvencum, & è margine in textum recepit* τὸν νόθον στίχον.

& diligentia (ut habet titulus) collata. Repetita editio ibid. 1566. forma minore. Lugduni apud Joh. Tornæsium, Typogr. Reg. eorundem triumvirorum Poesis sacra collata cum variis editionibus præsertim G. Fabricii, tum cum MS. codice 1588. in 12. Reinhardi Lorichii Hadamarii editio Colon. apud Eucharium Cervicornum 1537. 8. cum Sedulio. In choro Poetarum latinorum Lugd. 1616. 4. In latinorum Poetarum corpore Tom. 2. pag. 675. Genevæ 1611. 4. Lugdun. 1603. 4. Genevæ 1627. & 1640. 4. Lond. 1713. fol In Bibliothecis Patrum Parif. 1575. Tom. 8. 1589. Tom. 8. 1654. Tom. 8. 1624. 1654. & in Appendice Colon. 1618. T. 4. Lugd. 1677. Tom. 4. Denique cum observationibus *Georgii Matthiæ Kœnigii* qui Altdorfii 1683. 1684. scholis publicis illum Poetam fuit interpretatus, tum Magni Danielis Omeisii, & cui hic moriens curam edendi Juvenci commisit, Clariss. Viri M. Erhardi Reuschii, Christianique Schoergenii Altdorf. 1710. 8. Sane cum ex Omeisii Epistola ad Rev. Abbatem Jo. Fabricium quæ typis exscripta est, intellexissem illum propemodum absolutos tum habuisse suos ad Poetam illum commentarios, quem cum variis editionibus & codicibus commisisset, & Koenigianis insuper observationibus illustrare vellet, non modo libenter cessi, qui & ipse Juvencum edere paraveram, sed & Collationes Codicis Helmstadiensis quas à laudato *Rev.* Abbate, & Cantabrigiensis quas ab eruditissimo Viro Erico Benzelio acceperam, libenter cum eo communicavi.

II. *Cœlii Sedulii* Scoti Presbyteri Poema suavissimum epicum *de mirabilibus divinis* sive *operis Paschalis* libri (*a*) IV. heoricis descripti versibus (non hæreticis ut in antiquis codicibus decreti Gratiani lectum ignorantiæ multorum imposuit, in quolibet carmine hæresim (*b*) cum Hadriano VI. Pontifice velut anguem in herba suspicantium) præmissa Epistola ad Macedonium Abbatem à Turcio Rufo Asterio qui A. C. 494 Consul fuit, post Sedulii (*c*) mortem addita. *Ejusdem Veteris & Novi Testamenti collatio*, versibus elegis, ita ut in unoquoque disticho sit exa-

(a) In quibusdam Codicibus distinguitur in libros quinque. Etiam in prosaica editione hujus operis, quam post metricam Macedonio Presb. rogante idem Sedulius adornavit, & è Mss. Pithœano primus edidit Franciscus Juretus.

(b) Vide Bælii Lex in Sedulio, & Jeremiæ Taylori collectionem tractatuum polemicorum Anglica lingua editorum p. 1003.

(c) Alius igitur iste Sedulius fuit haud dubie à Sedulio Scoto sæculi VIII. Poeta & in Achaja scripsit sub Theodosio juniore, ac Valentiniano. Vide Mabillonii Analecta T. 1. p. 363. seq. ubi D. Liberii, & Belisarii Acrostichis in Sedulium, addenda testimoniis de Sedulio, quæ Cellarius præclaræ suæ editioni præfixit.

exananalepsis, sive ut Hexametri initium pentametrum finiat. *Et Hymnus Acrostichis Alphabeticus, totam vitam Christi continens*, qui incipit: *A Solis ortus cardine*. Ejusdem Sedulii nomine *versus nuncupatorios ad Theodosium* Juniorem Imp. edidit idem Fabricius in notis pag. 25. Sed quos ipse Sedulii esse negat; sunt enim illi ipsi, quos Proba Falconia Centoni suo præfixit. Hunc Sedulium, ut id in transcursu notem, *rutili* elogio videtur mactare Theodolfus Aurelianensis lib. IV. Carminum p. 202.

Sedulius rutilus, Paulinus, Arator Avitus,
Et Fortunatus, tuque Juvence tonans.
Diversoque potens prudenter ponere plura
Metro, ò Prudenti, noster ut ipse parens.

Non mirum itaque *rutili* nomen, quod pro proprio alicujus Poetæ perperam habent viri docti, inter Poetas Christianos, ubi ceteri à Theodulhpo celebrati memorantur, non occurrere apud Venantium Fortunatum libro de vita Martini secundo. Prodiit Sedulius ab eo tempore sæpius tum alibi, tum admodum eleganter inter Poetas Christianos in appendice Bibliothecæ Patrum per Margarinum de la Bigne, Paris. 1634. fol. Novissime Sedulii carmen paschale hymnosque ad MSS. Codices recensuit brevibusque at eruditis notis & indicibus instruxit Christophorus Cellarius Halæ Magdeburgicæ 1704. 8. * *Sedulius* MStus exstat Noribergæ apud Nobiliss. Virum Gotfridum Thomasium. De illo Poeta præter Labbeum, qui multa erudite de eo notavit Tom: 2. de script. Eccles. p. 324. 339. & Justum Fontanini lib. 2. de Horta Colonia cap. 3. ubi de Sedulii carmine Paschali inter Apocrypha relato in decreto Gelasii, nec non Bælium in Dictionario historico, consulendus Tillemontius sub extremum Tomi XII. Memoriarum s. commentariorum historiæ Ecclesiasticæ. Jo. Sopranii Commentarios in Sedulium Poetam memorat Nic. Antonius Tom. 1. Bibl. Hispan. p. 599. Prodiit Sedulius ex Nicolai Chappusoti recensione Parisiis in 4. sine anni nota, ex officina Ascensiana. Apud Aldum cum Juvenco, Aratore & aliis 1502. 4. Ex Reinardi Lorichii Hadamarii editione Colon. apud Eucharium Cervicornum 1537. 8. cum Juvenco. Ex recognitione Theod. Pulmanni, Basileæ 1528. 1534. & 1537. 8. atque Calari 1573. 8. cum Juvenco, Aratore, & Venantii hymnis duobus per G. Cassandrum integritati restitutis. Basileæ 1541. 8. cum Ælii Antonii Nebrissensis enarrationibus, & Juvenco per Badium illustrato. Basileæ 1548. 8. cum Juvenco & Aratore. Cum Juvenco & Aratore Lugd. 1553. 1566. 1588. 12. quam postremam editionem habeo Nic. Heinsii manu collatam cum MSS.

Oc-

Occurrit etiam Sedulius in Bibliothecis Patrum & in corpore Poetarum Latinorum sæpius edito &c. De novissima Cellariana editione vide Acta Erud. 1704. pag. 108.

12. *Aratoris* Subdiaconi *Historiæ Apostolicæ* sive de vita S. Pauli *libri II.* Carmine Epico, præmissis duobus brevibus elegiis, una ad Florianum Abbatem, altera ad Vigilium Pontificem: Hoc ejus Poema ex Actis Apostolorum expressum publico applausu A. CHRISTI 544 recitatum esse ex veteri codice narrat Labbeus T. 1. Bibl. novæ MSS pag. 668. In eo emendando præter alios Theodorus Pulmannus desudavit, qui cum Sedulio, Juvenco & quatuor Fortunati hymnis Aratorem edidit Basileæ in 8. apud Oporinum. *Elegiam ad Parthenium* primus ab eo tempore vulgavit Sirmondus notis ad Ennodium Ticinensem. Spero & ipse novam me daturum editionem hujus Poetæ castigatam ad veteres ἐκδόσεις, & ad Codicem Cantabrigiensem, quem contulit doctissimus Ericus Benzelius, Præfectus dignissimus Bibliothecæ Upsaliensis.* *Arator* sæpius cum Sedulio & Juvenco editus prodiit etiam Mediolani 1469. 8. (quæ editio est in Bibl. Barberina) & Lipsiæ 1515 4. & cum commentariis Arrii Mendosæ, Salmanticæ 1516. Habeo quoq; excusum ex antiqua editione in 4. sine anni nota & loci, in cujus calce legitur: *explicit liber secundus Aratoris subdiaconi de insignibus Apostolorum actibus.*

Cernis ut, o lector, sua carmina finit Arator,
Littera stat suavis typicis intexta figuris.

Alius Arator presbyter, Martyr Alex. de quo Martyrologia 21. April.

13. *Tironis Prosperi* Aquitanici (*a*) Episcopi Regiolepidi, *Sacrorum Epigrammatum super Augustini Sententias liber primus*, Epigrammata s. minuta poematia CXII. complexus, quorum duobus postremis Prosper orat DEUM.

14. Ejusdem *de libro arbitrio contra ingratos aut Pelagianos liber primus;* Poema Epicum vivente adhuc Augustino scriptum, ut ad Mercatorem observat Jo. Garnerius.

15. *Versus quidam Anacreontici ex adhortatione Prosperi ad conjugem*, quos etiam affert Lilius Gyraldus dialogo quinto Historiæ Poetarum, & Georgius Cassander inter hymnos Ecclesiasticos. Porro Paulini & Prosperi poemata à se recensita edidit Pulmannus Antverp. 1560. 12. His vulgo accensetur carmen Heroicum

cum

(a) Episcopatum Prosperi in dubium vocat Philippus Labbeus, & alii. Merito. Vide Sirmondum ad Sidonium p. 94.

cum de providentia divina à G. Fabricio omissum, quod non Prosperum, sed Scriptorem Pelagianum habet auctorem.

16. *Venantii Honorii Clementiani Fortunati* Poematum Sacrorum libri IV. *de partu Virginis* liber 1. *De Christi Beneficiis* liber 2. *de vita hominum* lib. 3. *de certaminibus & miraculis Piorum* liber 4. Hæc mutila & laciniosa Fortunati editio in corpore poetarum etiam repetita est. Ast integros Poematum libros XI. cum præmissa ad Gregor. Turonensem Epistola dedicatoria primus edidit Christoph. Brovverus Moguntiæ A. 1603. 4. & emendatius A. 1616. cum poematis sacris *Rabani Mauri*. Brovveri editio recusa est Tomo X. Bibl. Patrum, Lugduni vulgatæ. Lacunam lib. 10. carm. 25. v. 26. ex Frontonis Ducæi ad Concilia notis Tom. 3. pag. 1672. edit. Binianæ supplendam monet Daumius præfat. ad Hieronymi Theologi Græci Philoponiam, ubi & novæ editionis à Labbeo promissæ meminit. Expositionem Venantii in symbolum *Quicunque* (hoc est, quod Athanasio tribuitur) editurum in se recepit Antonius Muratorius T. 1. anecdoton Bibl. Ambrosianæ p. 15. * Venantium Fortunatum edere promisit etiam Josephus Castalio.

17. Ejusdem Venantii Fortunati *De vita Martini libri IV.* carmine Heroico scripti una cum Severi Sulpicii libro ejusdem argumenti lucem adspexere Paris. 1511. 4. *Carmen de Resurrectione*, quod inter poemata Fortunati lib. 3. carmen nonum est, Lactantio perperam etiam in Ms. quod memorat Lambecius lib. 2. Bibl. Vindob. p. 790. olim adscriptum, & inter ejus opera sæpius editum, notis illustravit, & seorsim vulgavit Augustus Buchnerus, Witteberg. 1627. 8.

18. *Drepanii Flori Psalmi XXII. XXVI. XXVII. & carmen trium puerorum versibus expressum, aliaque carmina quinque*. Hæc una cum *Moduini*, & *Jonæ Aurelianensis* reliquiis recudi curavit notasque addidit Andreas Rivinus, Lips. 1653. 8. * *Drepanius Florus* ad Moduinum Augustodunensem Episcopum scripsit seculo IX. adeoque diu post Sidonium Apollinarem, (ne Drepanium VIII. Epist. 11. à Sidonio memoratum cum hoc Drepanio confundamus.) Vide Policarpum Leyserum de poetis medii ævi p. 243. seq.

19. *Pontii Meropii Paulini Nolani* Episcopi *carmen de Jo. Baptista*, & *Epistolæ tres ad Ausonium*. Ejusdem *ad Deum omnipotentem precatio & carmen pro salute Augustorum* infra à G. Fabricio exhibetur p. 769. & p. 817. *De Celsi Filii obitu panegyricus*, *Epistola ad Cytherium*, & *propemticon ad Nicetam* Episcopum Dacorum. *Fragmenta Natalium VIII. & IX. & Psalmi I. II. &*

CXXXVI.

CXXXVI.versibus redditi. Hæc una cum aliis quibusdam Paulini poematis ante paucos annos integriora, emendata, notisque illustrata prodierunt in luculenta operum Nolani Episcopi editione, quam Parisiis adornavit Jo. Baptista Le Brun 1685. 4.

20. *Amœni Enchiridion* sive tetrasticha in præcipua quæque capita *Veteris & Novi Testamenti*. Quod supra Prudentii esse observavimus. Prodiit etiam cum *Isonis* Magistri glossis (in Weitzii Prudentio itidem obviis) in manuali Biblico, sive Enchiridio S. Scripturæ an. 1610. 8.

21. *Rustici Helpidii Tristicha de historiis quibusdam utriusque testamenti, & carmen de Christi Jesu beneficiis*, postea Andreæ Rivini notis illustrata cum Lactantii, Merobaudis, & aliorum carminibus prodiere Lipsiæ 1652. 8. Laudat Barthius III. 16. Adversar. & Labbeus p. 64. Bibl. nov. Ms. emendatiorem illorum promisit editionem, additurus Walafridi Strabi Abbatis Augiensis versus ad picturas N. T. & Anonymi compendium doctrinæ Evangelicæ. * Strabi versus ad Picturas N. T. quos editurum se recepit Labbeus, nescio fuerintne diversi ab iis qui in imagines Mariæ, & Apostolorum leguntur Tom. 15. Bibl. PP. Lugd. p. 233. seq.

12. *L. Cœlii Lactantii Firmianii carmen, quo de beneficiis suis Christus loquitur*. Est idem carmen, quod Lactantii editionibus vulgo subjectum inscribitur *de Domini passione*, & forte rectius *Cœlio Firmiano Symposio* tributum est à viris quibusdam eruditis. Lactantii non esse inde colligit Caveus, quod adorationis crucis in eo mentio. In G. Fabricii editione quidem nullam reperies, quia ille versum:

Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora
Flebilis.

Ita interpolavit:

Flecte genu innocuo terramque cruore madentem
Ore petens humili.

Verum in eum vehementer invehitur Gretserus T. 1. de cruce p. 326. Sane præstitisset G. Fabricium virum alioqui de universa, sacra præsertim antiquitate non male meritum, passim tum hic tum alibi non ita fuisse in alienis operibus, quæ edebat ingeniosum.

23. *Victorini Episcopi Pictaviensis de Jesu Christo, Deo & homine carmen*. Hoc Victorino Afro forte rectius tribuitur, quam Pictaviensi, vel Petavionensi. Inter Victorinorum reliquias iterum edidit, notisque illustravit A. Rivinus Gothæ 1652. 8. ubi etiam Victorini *hymnos tres de homousio recipiendo* invenies, quos inter-

interpretem benignum in nonnullis requirere ait Jo. Launojus diss. de Victorinis p. 56.

24. *Merobaudis Hispani* Scholastici *carmen de Christo & auctoris incerti de laudibus Domini*, quod Lactantii esse suspicatur Rivinus, jam diximus ab eodem Rivino cum Rustico Helpidio iterum editum & illustratum esse. Vide de Merobaude Sirmondi notas ad Sidonium pag. 235. seq. * De Merobaude sive Marbodo, Redonensi postea Episcopo, vide & Jacobi Hommey supplementum Patrum pag. 546. Equidem si Ulgerium Andegavensem Episcopum in Epitaphio Marbodi audimus,

Cessit ei Cicero, cessit Maro junctus Homero:
Ut dicam breviter, vicit eos pariter.

Novissime Antonius Beaugendre, presbyter & Monachus Ord. S. Benedicti è Congregat. S. Mauri, Parisiis 1708. fol. ad calcem operum Hildeberti Cenomanensis, Marbodi opuscula junctim edidit longe plura & emendatiora quam lucem viderant Redonis 1524. jussu Yvonis Redonensis Episcopi. In hac nova editione continentur, *prosa* quidem (1) Epistolæ VI. pag. 1387. (2) Vita S. Licinii, Episcopi Andegavensis, pag. 1418. (3) Vita S. Roberti, Abbatis Casæ Dei p. 1433. (4) Vita S. Magnobodi, Confessoris p. 1463. Episcopi Andegavensis, p. 1490. (5) *Carmine* Liber de gemmis p. 1681-1686. (1) Historia Theophili pœnitentis p. 1507. edita pridem a Jo. Bollando in Actis Sanctor. 1. Februar. incipit:

Quidam magnorum vicedomnus erat meritorum
Theophilus nomen, tenuit quoque nominis omen.

(2) De septem fratribus Machabæis, p. 1517. carmen editum pridem A. 1524. inter Marbodi opera. Incipit: *Antiquæ legis jus solvens jussio Regis*. (3) De S. Laurentio pag. 1519. ex MS. Regio. Incipit: *A Decio tentus gladioque furente peremtus*. In quibusdam MSS. hoc carmen Hildeberto Cenomanensi tribuitur. (4) Passio S. Victoris p. 1527. è MSS. Regio & Turonensi. Incipit: *Cum studeat Dæmon sanctis inferre polemon.* (a) (5) Passio S. Mauritii & Sociorum ejus sive Legionis Thebææ p. 1536. memorata à Sigeberto & A. 1524. pridem cum aliis Marbodi edita. Incipit: *Dum cobibere parat Gallos quos conglomerarat*. (6) Vita S Thaisidis p. 1541. è duobus MSS. Incipit: *Vitam cujusdam mulieris carmine dicam*. (7) Passio SS. Martyrum Felicis & Adaucti p. 1543. Incipit:

Felix fide, felix actu, Felix quidam nomine
Romæ natus & nutritus & Sacerdos ordine.

Q (8) De

(a) Πόλεμον, bellum:

(8) De Vita B. Mauritii, Episcopi & Confessoris libri duo pag. 1546. Prior incipit: *Quod de Maurilio tentat mea dicere Clio*. (9) Varia carmina & hymni, p. 1555-1582. in quibus aliqua minime contemnenda. (10) Liber Ruth pag. 1582. *Indicis unius sub tempore gesta canemus* &c. pag. 1582. (11) De raptu Dinæ Genes. XXXIV. p. 1585. *Discite claustra pati qui parcitis integritati*. (12) Liber de ornamentis verborum, p. 1587. *Versificaturo quædam tibi tradere curo*. (13) Liber decem capitulorum pag. 1595. (1) de apto genere scribendi *quæ juvenis scripsi, senior dum plura retracto pœnitet*. (2) de tempore & ævo, *post decies sextum currit mihi septimus annum*. (3) de metrice, (4) de matrona, (5) de senectute, (6) de fato & genesi, (7) de voluptate, (8) de vera amicitia, (9) de bono mortis, (10) de resurrectione corporum (14) Carmina varia ad R. Lincolniensem Episcopum. p. 1615. *Nec mihi verba dari, nec te dare verba decebat*. In his inter alia p. 1621. Epitaphium Anselmi Laudunensis, sed in illo ad Gaulterium pag. 1624. ubi editur: *Tot vivas annis quot minis labitur annis*, puto legendum: *Tot vivas annis quot rivis labitur amnis*. (15) Epithapium Caroli M. & Lanfranci Archi-Episc. aliaque carmina varii argumenti pag. 1625-1634. in his postremo loco ponuntur *Proverbia Catonis Philosophi*, quæ hoc loco ascribam, quo magis pateat per similem fictionem Catoni tribui disticha de quibus supra (16) Liber de gemmis de quo infra

PROVERBIA CATONIS PHILOSOSHI.

Utilibus monitis prudens accomodet aures.
Non læta extollant animum, non tristia frangant.
Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una.
Grande aliquid caveas timido committere cordi.
Numquam sanantur deformis vulnera famæ.
Naufragium rerum est mulier malefida marito.
Tu si animo regeris, Rex es, si corpore, servus.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Nullus tam parcus, quam prodigus ex alieno.
Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.
Non placet ille mihi, quisquis placeat sibi multum.
Juri servitium defer, si liber haberis.
Vel bona contemni docet usus, vel mala ferri.
Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit.
Irridens miserum, dubium sciat omne futurum.
Quanto major eris, tanto moderatior esto.
Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore.

Cri-

Criminis indultu secura audacia crescit.
Quemlibet ignavum facit indignatio fortem.
Divitiæ trepidant, paupertas libera res est.
Tunc homo culpandus, quando est in crimine casus.
Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.
Dissimilis cunctis vox, vultus, vita, voluntas.
Ipsum (*a*) te cruciat, te vindicat invidus ipse.
Semper pauperies quæstum prædivitis auget.
Magno conficitur discrimine res memoranda.
Terra hominis patria est, qua nascimur & tumulamur.
Aspera perpessu fiunt jocunda relatu.
Acrius appetimus nova quæ jam (*b*) parte tenemus.
Labitur ex animo benefactum, injuria durat.
Tolle mali testes, levius mala nostra feremus.
Vir constans quicquid cœpit, complere laborat.
Sæpe dolor siccat lacrymas, & gaudia fundunt.
Injustus qui sola putat proba quæ facit ipse.
Tristibus afficiar gravius, si læta recordor.
Omne manufactum consumit longa vetustas.
Quid cautus caveas aliena exempla docebunt.
Haud ullum tempus vanitas simulata manebit.
Condit fercla fames plenis insuavia cuncta.
Doctrina est fructus dulcis radicis amara.

25. *Damasi Episcopi Romani elogia XI.* qualia supra à nobis in corpore omnium Poetarum recensita sunt. Plura ejus poemata cum notis dedit Andreas Rivinus Lipsiæ 1652. 8. Sed & hujus diligentiam longe vicit Martius Milesius Sarazanius, qui Damasi carmina collegit & in ea aliaque Damasi opuscula observationes concinnavit, editorem natus Federicum Ubaldinum, qui è Barberina Bibl. edidit Romæ 1638. 4. recusa Paris. 1672. 8. & Tomo 27. Bibliothecæ Patrum Lugd. * Epistola nescio cujus Eusebii de transitu B. Hieronymi inscribitur *ad Damasum Portuensem* notante Montfaucono p. 75. Diarii Ital.

26. *Claudiani Mamerti* Presb. Viennensis *contra Poetas vanos carmen* ad Collegam sive Colleam (alii ad Jovium) etiam in quibusdam Poetæ Ethnici hujus nominis editionibus legitur, uti suo loco à nobis est observatum. Mamerti autem esse non dubitat Barthius p. 458. ad libros Claudiani Mamerti de statu animæ, ubi etiam monet ejusdem autoris hymnum merito existimari, qui incipit: *Pange lingua gloriosi*: de quo confer Sirmondum ad lib. IV. Sidonii ep. 3.

(a) *f.* se.
(b) *f.* quam quæ parta.

27. *Columbani Hiberni Epistola ad Hunaldum discipulum*, qua avaritiam detestatur. Hanc Christianus Daumius cum aliis Columbani poematis notisque suis subjecit distichis Moralibus Catonis, de quibus paulo ante dictum fuit. * Eam pariter Sirmondus edidit cum Eugenio Toletano Parif. 1619. 8. recusam T. 2. Opp. Sirmondi p. 908.

28. *Auctoris incerti de Bebiani Baptismo & Uxoris Apræ obitu* carmen, in bibliothecis Patrum postea iterum editum, in novissima Lugdunensi quidem T. 27. p. 526.

29. *Hymni Ecclesiastici* variorum autorum veterum *Hilarii*, *Ambrosii*, *Augustini*, *Gregorii M. Theodulfi*, *Fulberti*, aliorumque, qui postea aucti longe majori numero editi sunt, Francof. 1578. ab Elia Ehingero. Inprimis Georgii Cassandri laudatissima opera est, quam ante Ehingerum & Fabricium in digerendis & illustrandis veterum Christianorum hymnis posuit A. 1556. præmisso *Bedæ* libro de metris, cujus hymnos diligenter collectos exhibet, uti *Ambrosii* quoque *pro pluvia & serenitate*, atque alios quos nihil attinet prolixe recensere. Recusi sunt hymni Ecclesiastici à Cassandro digesti inter ejus opera post pag. 147. Parif. 1606. fol.

30. Præterea G. Fabricius in commentario quem huic suæ Poetarum Christianorum collectioni, juxta literarum seriem indicis more dispositum subjecit, alia quædam carmina vel poemata antiqua edidit quæ hic breviter indicabimus p. 5 occurrit *Epitaphium Aloimi Aviti* p. 10. *Honorii Episc. Rom. Epigramma de Apostolis* p. 24. seq. *Liberii & Belisarii Acrosticha in Sedulium* p. 68. *Metaphrasis Decalogi ex Petri de Regia aurora* p. 110. *Versus quidam qui Prosperi Epigrammatis in MS. præfixi erant.*

II. POETÆ CHRISTIANI à G. FABRICIO PRÆTERMISSI hi fere sunt: *Ausonius*, *Sidonius Apollinaris*, *Licentius & Severus Endelechius*, *Publius Optatianus Porphyrius*, *Boethius*, *Eugenius Toletanus*, *Modoinus*, & *Jonas Aurelianensis*, de quibus jam diximus: His adde:

1. *Commodiani* Afri librum adversus Paganos, sive Instructiones LXXX. Acrostichidibus carmine politico, quo numerus Hexametri servatur, neglecta syllabarum quantitate. Floruit hic scriptor, si Gennadium c. 15. de S. E. audimus, post Lactantium cui sententiæ suffragatur etiam Rigaltius, qui Sylvestri Pontificis mentionem fieri Instruct. 33. v. 5. non dubitavit, ita enim illum versum legit; *Intrate stabulis Sylvestri ad præsepe Pastoris*. Confer Barthii Adversar. LIII. 5. Verum H. Dodvvellus V. C. in dissertatione de Commodiani ætate, quam Annalibus

Velleja-

Vellejanis, Quintilianeis & Statianis Oxon. 1698. 8. subjecit, cum ex toto opusculo observasset illud sæculo tertio & flagrantibus adhuc Ecclesiæ persecutionibus scriptum esse, præcipue cum auctor ipse Instruct. VI. versu 6. annos tantum ducentos à CHRISTO numeret: *Et si parvulitas sic sensit, cur annis ducentis fuistis infantes, numquid & semper eritis?* Deinceps versum ex instructione 33. ad vestigia MSti Codicis contendit legendum esse sic: *Intrate stabula sylvestres ad præsepia tauri*. Primus Commodianum è Jac. Sirmondi apographo admodum mendoso edidit Nic. Rigaltius Tulli Leucorum apud S. Belgrand & J. Laurentium typographos Regios 1650. 4. additis notis eruditis. Deinde subjectus est ad calcem Cypriani, Minucii, Arnobii & Julii Firmici, qui ejusdem Rigaltii & Phil. Priorii cura illustrati prodierunt Parif. 1666. fol. Deinde omissis Rigaltii notis T. 27. Bibliothecæ Patrum Lugd. Denique cum Rigaltii animadversionibus, Dodvvellique dissertatione & præfatione D. Henrici Leonhardi Schurtzfleischii recusus est Vvitteb. 1705. 4. Dignus est pius hic & zelo CHRISTI plenus scriptor, qui etiam post Rigaltii præclaram operam diligenter à viro quodam docto excutiatur atque illustretur. * Græcum ejusmodi carmen Hexametrum incerti scriptoris, perinde ut *Commodianus* numeros Hexametri neglecta syllabarum quantitate servans, edidit è Psalterio MS. Murbacensi Clariss. Montfauconus p. 220. Palæographiæ græcæ. *Commodianum* recte antiquiorem esse docet H. Dodvvellus. Supplementum notarum in illum scriptorem ex Ez. Spanheimii Bibl. cum Nobilis. Viri D. *Henrici Leonhardi Schurtzfleischii* glossario & indice separatim excusum est Vviteb. 1709. 4. Posteriori suæ Minutii Felicis editioni Commodianum quoque novis suis & Rigaltii notis illustratum subjunxit vir Clariss. *Jo. Davies* Cantabrig. 1711. 8.

2. *Andreæ Oratoris* carmen de Maria Virgine ad Rusticianum apud Barthium lib. 56. c. 16. Adversar.

3. *Benedicti Paullini Petrocorii* (*a*) de vita B. Martini libros sex. carmen ad nepotulum & Epigrammata Basilicæ Martini apud Turones inscriptum, quæ cum Francisci Jureti, Casp. Barthii, Joh. Frid. Gronovii & suis notis recensuit Christianus Daumius, addito etiam *Paullini Pelæi* Ausonii Nepotis Eucharistico & Tertulliani carmine de Jona & Ninive, Lipf. 1681. 8.

4. *Orientii* (*b*) Episc. Eliberitani, Venantio Fortunato

(a) *Paulinus Petricoria* dicitur in MS. S. Germani de Pratis, teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 63. De illo vide Acta Erud. A. 1682. p. 128.

(b) De hoc Orientio præ ceteris consules Nic. Antonium in Bibl. veteri Hispana, & eruditam H. L. Schurtzfleischii præfationem.

(*a*) in limine libror. de Martino laudati *Commonitorium fidelium*, carmine elegiaco; cujus librum I. è membranis Aquicinctinis edidit notisque illustravit Martinus (*b*) Delrio S. I. Antwerp. 1600. 12. deinde Ramiresius de Prado edi curavit Salmanticæ 1614. 4. Sæpius deinde Delrionis editio recusa in Patrum Bibliothecis. Andreas quoque Rivinus recensuit Lipsiæ & cum notis suis vulgavit Anno 1651. 8. Denique Edmundus Martene in nova collectione veterum monumentorum Rothomag. 1700. 4. alterum Orientii librum eousque ineditum adjunxit è pervetusto Codice Ecclesiæ S. Martini Turonensis ab annis circiter 800. exarato, una cum aliis ejusd. Orientii versibus Heroicis *de Nativitate Domini*, *de Trinitate*, *de Nominibus Domini*, & quos è XXIV. illius precationibus & *hymnis* jambico versu scriptis solos *duos* reperit. Marteneanam editionem de integro recensuit, variisque locis castigavit, & virorum doctorum animadversiones & copiosa prolegomena adjunxit quem paulo ante laudabam Nobilissimus D. Henricus Leonhardus Schurtzfleischius, Witebergæ 1706. 4. * In Orientium castigationes & animadversiones *Jo. Commirii* S. I. occurrunt in memoriis literariis Trivultinis A. 1701. p. 112. sequ. & parte 2. p. 332. seq. *Johannis* vero *Georgii Eccarti* in Monatlichen Uvsug ave Beuchern. A. 1701. mense Octobri pag. 27. seq. Alius Orientius, regali intimus aulæ, cujus Epitaphium apud Venantium Fortunatum lib. 3. carm. 24. Tom. X. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 550.

5. *Magni Felicis Ennodii* Ticinensis Poematum & Epigrammatum libros duos cum reliquis ejus scriptis à Jac. Sirmondo recensitos & notis illustratos Paris. 1611. 8. & recusos in Sirmondi Opp. tom. 1.

6. *Fl. Cresconii Corippi* Africani fragmentum panegyrici in laudem Justini Aug minoris, panegyricum in laudem Anastasii quæstoris & magistri, & de laudibus Justini minoris libros IV. cum Conradi & Nic. Rittershusiorum, Michaelisque Ruizii Assagrii notis Altorff. 1664. 4. Pleraque Corippi illustrat Barthius in Adversariis. * *Joannidem* Corippi in Italiæ Casinensi monasterio superstitem memorat Cuspinianus, Cæsaribus. *Corippum de bellis Libycis* Leo Marsicanus III. 62. p. 339. Corippus ipse præfat. libror. ad Anastas.

Quid Libycas gentes & Syrtica prælia dicam
Jam libris completa meis ----- -----

Libri

(a) *Paucaque perstrinxit florente Orientius ore.*

(b) Labbeus Bibl. MSS. p. 63. memorat Orientium editum illustratumque ab Antonio Delrio Salmanticæ 1599.

Libri IV. Coripi de Justino Minore ex recensione & cum notis Tho. Demsteri viderunt lucem Paris. 1610. 8. Loca quædam emendat & Jo. Meursius in Critico Arnobiano p. 149. Cum Mich. Ruizii notis prodiit Corripus Antvverpi 1581. 8. Male Joannem Ruizium vocat Nic. Antonius Tom. 1. Bibl. Hispan. pag. 592.

7. *Martini* (*a*) *Dumiensis* Abbatis sive qui idem est *Martini Braccarensis* versus à Sirmondo editos cum Eugenio (*b*) Toletano pag. 57. Paris. 1619. 8. * *Martini* Braccarensis versus recusi inter Sirmondi opera Tom. 2. pag. 907. Eugenii versiculi de inventoribus literarum occurrunt ibid. pag. 887.

8. *Marci Cassinensis* Monachi vitam Benedicti, Elegiaco carmine, in sermone Aimoini Floriacensis de S. Benedicto, Bibl. Floriacens. part. I. p. 281.

9. *Aldhelmi librum* de laude Virginitatis, versibus Hexametris scriptum, quem ex MS. Oxoniensi emendat Jo. Frid. Gronovius cap. 15. & 20. observat. Ecclesiast. qui cap. 4. & 8. etiam nonnulla ex ingenio restituere conatus est in Aldhelmi libro ejusd. argumenti prosa scripto, quem ante paucos annos ex MS. Lambethano & Sarisburiensi recensuit Henr. Vvarthonus vita longiore dignissimus & ad miraculum doctus juvenis, una cum quibusdam Bedæ opusculis & Egberti Eboracensis Dialogo Lond. 1693. 4. Ejusd. Aldhelmi Monosticha, *Alcuino* vel *Columbano* ab aliis adscripta cum ænigmatum (*c*) versibus mille notis illustrata edidit Matthæus Antonius Delrio Mogunt. 1601. 12.

10. *Theodulfi Aurelianensis* carminum libros sex, a Jac. Sirmondo cum aliis ejus scriptis editos Paris. 1646. 8. quibus adde poemata X. ap. Jo. Mabillonium Tom. I. Analect. p. 376. Hymnos de Natali Domini & ad Sanctos Martyres Sergium & Bacchum &c.

11. Longius esset recensere poemata *Bedæ*, *Alcuini*, *Pauli Vvarnefridi*, *Rabani Mauri*, *Vvalafridi* (d) *Strabi*, *Hildeberti* (e) *Cenomanensis*, *Fulberti Carnotensis* & *Petri Mauritii Venerabilis*.

Q 4

(a) De hoc Matino vide Mabillonii Acta Benedictin. T. 1. 257.

(b) Hujus Eugenii, ut id obiter notem, sunt versiculi de inventoribus litterarum quos allegant Petrus Crinitus lib. XVII. c. 1. de honesta disciplina, & Lilius Gyraldus dialogo 1. de Historia Poetarum; aliique.

(c) Ænigmata illa pluribus versibus aucta in lucem emittere una cum aliis ejusdem prisci Occidentalium Saxonum Episcopi poematis voluit Labbeus, qui & *Tulli* nescio cujus ænigmata 63. Hexasticha pleraque omnia memorat p. 63. Bibl. MSS.

(d) *Vvalafridi Strabi* Poemata & in his p. 236. hortulus ejus s. descriptio herbarum, plantarumque XXV. versibus Hexametris ad Grimaldum Abbatem S. Galli exstant Tom. 15. Biblioth. P.P. edit. Lugd.

(e) Passionem Agnetis sub *Hildeberti* nomine vulgatam a Barthio lib. 31. cap. 13. Ad-

bilis. *Theodulfi* (a) Eclogam, *Paschasii* (b) *Radberti* carmen geminum de corpore & sanguine Domini, quorum posterius Bedæ fortassis rectius tribuitur. *Engelmodi* Suessionensis carmen de laudibus Paschasii. *Smaragdi* carmen Epistolis & Evangeliis præfixum, *Freculphi* præfationem ad libros Chronicorum & *Angelomi* ad libros Regum, *Agobardi* Epitaphium Caroli M. de translatione SS. Martyrum, Cypriani, Sperati &c. * *Hildeberti* Opera edidit Antonius Beugendre Paris. 1708. fol. En tibi conspectum (c) integræ novæ hujus editionis, cui Opera Marbodi Redonensis, (de quo supra) subjecta sunt:

SCRIPTA PROSARIA.

Epistolæ centum & viginti, tributæ in tres libros quas inter additæ sunt veteribus triginta novem recentes. Liber primus morales & asceticas complectitur pag. 1. liber secundus de dogmatibus, disciplina & ritibus p. 77. liber tertius indifferentes seu urbanas p. 196.

Epistolæ aliæ recens editæ IX. sive Appendix ad Epistolas, pag. 1.

Sermones centum & quadraginta, 201.

* Vita Sanctæ Radegundis Reginæ, 800.

Vita Sancti Hugonis, Abbatis Cluniacensis è Bibliotheca Cluniacensi, & ex Surio, 910.

Tractatus de Querimonia, sive conflictu carnis & animæ, editus in Supplemento R. P. Homeyii, 943.

* Moralis Philosophia, seu tractatus de Utili & Honesto, 959.

* Tractatus Theologicus, 1009.

* Brevis Tractatus de Sacramento Altaris, 1103.

* Expositio Missæ, 1108.

METRICA.

* Libellus de quatuor Virtutibus Vitæ Honestæ, 998.

Versus de Mysterio Missæ, (d) è Bi-

13. Adversar. & ab A. Rivino Lipf. 1637. 12. cum decem homiliis Hildeberti editam *Alexandri Essebiensis* esse ex Balco & MS. Jo. Schefferi observat Christianus Daumius ad Paulinum Petrocorium. Alia Hildeberti opuscula memorat & editurum se promisit Labbeus pag. 59. seq. Bibl. MSS. Hildeberti Hymnus rhythmique de Trinitate cum Oratione metrica ad Dominum vulgatus est ab Usserio de Symbolo p. 36. seq. Prodiit & seorsim Helmstadii in 4. & in Hommeyi supplemento Patrum.

(a) Theoduli Ecloga, sive libellus in quo colloqvuntur Ἀλήθεια & Ψεῦδος judice, Φρονήσει, editus est à Goldasto 1618. in manuali sive Enchiridio Biblico p. 22. seq. sed editus est valde deformis & inemendatus ut è MS. Codice observat Labbeus, novam ejus editionem pollicitus Bibl. nov. MSS. p. 64.

(b) Radberti carmen separatim edidit Andreas Rivinus Lipf. 1652.

(c) Asteriscus additus ostendit antea ineditum.

(d) Hoc est carmen illud de Missæ ritibus, quod cum in MSto Codice reperissem sub falso nomine *Mauricii* Senonensis, velut ante ineditum curavi excudendum ad calcem Bibliothecæ meæ antiquariæ, edit. primæ Hamb. 1713. 4. Primus illud vulgaverat Antonius Genardus, Canonicus Leodicensis cum ritu celebrandi S. Missæ Officii juxta morem dioecesis Leodicensis. Vide Miræum de scriptoribus sæculi XVI. pag. 230.

è Bibliothecis Patrum, 1135.

* Alii Versus de Sacramento Altaris, 1150.

* Ejusdem de novo Sacrificio, vetus abrogante, 1151.

* Liber alter de sacra Eucharistia 1152.

* De Operibus sex dierum, 1169.

* Physiologus, 1173.

* De Ordine Mundi, 1179.

* De Ornatu Mundi, 1187.

* In quatuor Libros Regum, 1191.

* Diversorum sacræ Scripturæ locorum moralis applicatio, 1211.

* Versus de S. Susanna, 1231.

* De Machabæis, 1235.

* De Sancto Vincentio, 1243.

Passio S. Agnetis, edita apud Barthium, 1247.

* De Inventione S. Crucis, 1255.

Vita B. Mariæ Ægyptiacæ apud Bollandum, 1261.

* De Mahumete, è MS. Elnonensi Regio & Claromontano, 1277.

* Mathematicus, 1295.

CARMINA MISCELLANEA.

* Libellus, dictus Floridus Aspectus, 1311.

* Epithapia varia 1320.

* De morte Roberti de Arbrissel, 1320.

* Petri Pictaviensis Episcopi & Martyris, duo, 1320. & 1321.

* Magistri Anselli, 1321.

* Comitis Flandrensis Balduini, ut putatur HapKini, 1321.

* Cujusdam probi viri, 1321.

* Milonis in carcere jugulati, 1322.

* Cujusdam divitis Comitissæ, Adelæ scilicet Blesensis, 1322.

* Cujusdam Thomæ, 1322.

* Magistri Theobaldi, 1322.

* Cujusdam nomine Clari, 1323.

* Cujusdam Magistri, 1323.

* Cujusdam Abbatissę, 1323.

Berengarii, è Bibliotheca Patrum Lugdun. & pluribus MSS. 1323.

* Galfridi Comitis, 1324.

Suggeri Abbatis S. Dionysii, in Editione Mabilloniana Operum S. Bernardi, 1325.

* Gualonis Parisiensis Episcopi, 1325.

* Sancti Brunonis Cartusiæ Fundatoris, 1326.

* Heliæ Comitis Cenomanensis, 1326.

* Cujusdam Simoniaci in excommunicatione defuncti, 1326.

* De paupere ad Præsulatum rapto, 1326.

* De quodam paupere, 1327.

De

pag. 230. edit. à me curatæ. Deinde sine nomine auctoris ediderat Vvolfgangus Flacius post fragmenta Caroli M. & Rabani aliorumque de veteribus Ecclesiæ ritibus Antvverp. 1560. 8. pag. 112. Sed Hildeberti nomine hinc exstat in Melchioris Hittorpii Collectione scriptorum veterum de Officiis Catholicæ Ecclesiæ p. 523. Colon. 1568. fol. Omitto editiones in Bibliothecis Patrum Parisiensibus universis, nec non in Coloniensi Tom. XI. & Lugdunensi Tom. XXI. Nonnulla in hoc carmine emendavit V. C. Christoph. Augustus Heumannus in Actis Erud. A. 1713. p. 242.

ta,

ta, 1368.

* Ænigma, 1369.

* Conclusio Operum metricorum Hildeberti, 1370.

Theoduli Ecloga exstat etiam inter auctores octo Morales, qui Lugd. 1507. fol. atque iterum A. 1520. prodierunt forma quarta majore apud Martinum Boillon, una cum commento, ut habet titulus. Sunt autem hi:

Catonis disticha.

Theoduli liber s. Ecloga, quæ incipit:

Æthiopum terras jam fervida torruit æstas
In cancro solis dum volvitur aureus axis.

Liber Faceti (*a*) cujus initium:

Cum nihil utilius humanæ credo saluti
Quam rerum novisse modos & moribus uti,
Quod minus exequitur morosi dogma Catonis
Supplebo pro posse meo monitu rationis.

Liber de contemptu mundi, cujus exordium hoc est.

Cartula nostra Tibi mandat dilecte salutes,
Pauca videbis ibi, sed non mea dona refutes.

Tobias Matthæi Vindocinensis.

Alani parabolæ,

A Phœbo Phœbe lumen capit, à sapiente
Insipiens &c.

Fabulæ Æsopi versibus Elegiacis.

Ut juvet & prosit conatur pagina præsens,
Dulcius arrident seria picta jocis.

Floreti liber. (*b*) En primos & ejus libelli versiculos;

Nomine Floretus liber incipit ad bona cœptus:
Semper erit tutus ejus documenta secutus.
Hic liber extractus de pluribus est vocitatus
Recte Floretus, quod flos est inde receptus.

Clauditur volumen carmine Joh. Sulpitii Verulani de moribus puerorum, præcipue in mensa servandis.

12. *Matthæi Vindocinensis* (de Vendome) medio seculo duodeci-

(a) Ex hoc poemate Galateum suum effinxit Jo. Casa. Auctor *Tebaldus* quidam Seculo XII. Nam in veteri Codice in quo versibus hisce præfigitur tituli loco *Moralis* (non *liber Faceti* ut in impressis) hoc distichon subjectum exstat:

Carmine finito sit laus & gloria Christo,
Cui si non alii, placeant hæc metra Tebaldi.

Giornale de' letterati d'Italia Tom. 4. p. 181.

(b) Hunc Floretum, nomine Bernhardi habeo separatim vulgatum illustratumque commentario sine nota temporis, & loci in 4. ex veteri editione hoc titulo:

Floretus, in se continens sacra Theologia, & Canonum flores, ad gaudia Paradisi finaliter eos, qui se in illis exercitaverint, perducentes.

decimo clari (*a*) Metaphrasin Elegiacam libri Tobiæ Lugd. 1505. 4. per Stephanum Balandum inter auctores octo morales & Argentorati 1510. atque iterum Lugd. 1538. 8. & Basileæ 1563. 4. per Jo. Heroldum; ac denique curante Jo. Heringio (qui perperam existimavit primum se eam ex Codd. MSS. in lucem proferre) Bremæ 1642. 8. de qua plura dixi in prolegomenis ad Græcolatinam libri Tobiæ editionem Lipſ. 1691. 8. *Petri de Riga* qui non diu post Vindocinensem vixit, Auroram sive Metaphrasin Poeticam plerorumque librorum Biblicorum eodem carminis genere elaboratam & interpolatam ab *Ægidio* Delphensi (de quo Barthius p. 755. ad Gvil. Britonem) magnaque parte ineditam, nisi quod idem Barthius in Adversariis, XXXI. 15. &c. Seldenus Syntagmate 2. de Diis Syris, c. 4. Georgius Fabricius p. 68. commentar. ad Poetas Christianos, & alii pauca quædam ex illa produxerunt. Etiam versus aliquot in iisdem ad Tobiam prologomenis allati à me sunt ex MSto Biblioth. Paulinæ Lipsiensis. *Ceponii* (*b*) *Genesim* ex qua Barthius quædam affert ad Statium T. 1. pag. 227. T. 2. pag. 1225. pluraque teste Daumio (*c*) inseruerat libro CIX. Adversariorum. *Guidonis Ferrariensis* margaritam Bibliæ Gyraldo Vossioque nominatam. *Petri de Rosenheim* memoriale divinorum eloquiorum & rationarium Evangelistarum.

13. *Mettelli Tegerensis*, Monachi Benedictini circa A. C. 1060. clari Odæ Quirinales in laudem S. Quirini Martyris (metris Horatianis) & Ecloge aliæ decem editæ à Canisio T. 1. Antiq. Lect. in appendice. *Henrici Monachi Altissiodorensis* de vita S. Germani libros IV. *Anselmi Cantuariensis* carmen de contemptu mundi: Vitam Brigittæ Scotæ auctore *Chilieno* Monacho, ap. Bollandum die 1. Februarii pag. 141. seq. Vitam Theophili pœnitentis, auctore *Marbodo* (*d*) Episcopo Redonense apud eundem die Februarii 4. p. 486. seq. Vitam Petri Cœlestini Pontificis, auctore *Jacobo* Cardinale *Cajetano* ap. Papebrochium T. 4. Maji die 19. * Poetis Christianis addenda etiam ex Actis Sanctorum complura, ut Hygini in S. Amandum T. 1. Febr. p. 903. Versiculi

(a) De Matthæo Vindocinensi videndus Felibienius in historia Abbatiæ S. Dionysii, libro V. * Nonnulla Matthæi Vindocinensis loca illustrantur in Reinesii Epistolis ad Daumium p. 344.

(b) Hunc Ceponium Episcopum Hispanum fuisse observat Reinesius Epist. ad Daumium pag. 212. ubi mentio carminis, de fabula Phaetontis, ad Satanam è Cœlo detrusum relati.

(c) Daum. de caussis amissar. latinæ linguæ radicum p. 77. seq.

(d) Marbodei hujus carmina quamplurima una cum aliquot Epistolis edita An. 1524. Rhedonis, formis parum elegantibus.

ſiculi *Vvulfaji* ſ. *Vulfagi* Monachi ad Milonem id. p. 888. Hymnus in S. Verdianam T. I. Febr. pag. 257. Vita S. Anſcharii carmine heroico ſcripta à Guildone Monacho Corbej. p. 247. (quam edidit etiam Lambecius ad calcem lib.I.rerum Hamburg.) Rhythmi antiqui in mortem Caroli, Comitis Flandriæ, Tom.1. Martii p.219. Vita S. Senani T.1. Martii p.761. ſeq. verſibus Latinis politicis leoninis. *Jacobus* presbyter de miraculis Zenonis Veronenſis Tom. 2 April. p. 76. Hymnus S. Caſimiri ad B. Virginem Tom. 1. Mart. pag. 357. &c.

14. Poemata (*a*) *Rhoſvvitæ monialis* Gandersheimenſis circa A. C. 980 claræ, quæ poſt editionem raro obviam Conradi Celtis (*b*) Norimberg. 1501. laudabili induſtria recenſuit illuſtravitque D. Henr. Leonhardus Schurzfleiſch. Vvitteb. 1707. 4. præmiſſa Rhoſvvitæ vita ſcripta ab H. Meibonio. * In Utraque ſcriptorum *Rhosvvitæ*, Canoniſſæ Gandersheimenſis editione & Norimbergenſi illa antiqua, & recenti Vvittebergenſi deſideratur carmen ejus latinum Heroicum *de Conſtructione* ſive de primordiis & fundatoribus *Cœnobii Gandersheimenſis*, quod circa idem tempus in lucem protulerunt Illuſtris Vir *Gotfr. Guil. Leibnitzius* in Tomo ſecundo ſcriptorum Brunſvicentia illuſtrantium, Hanoveræ 1710. fol. & in capite 30. antiquitatum Gandersheimenſium Germanice ſcriptarum Rev. *Joh. Georg. LeucKfeldus*, Paſtor Eccleſiæ Gronigenſis (non procul Halberſtadio) Guelferbyti 1709. 4. De Rhosvvita hac, quam Germanam cum Angla hujus nominis nonnulli perperam confundunt, videndus idem LeucKfeldus cap. 24. ubi & effigies ejus ære deſcripta occurrit.

Rilindis Abbatiſſæ Bergenſis verſus. *Prudentii* item *Trecenſis* carmen ap. Barthium lib. 18. cap. 11. Verſus *Salomonis Conſtantienſis* ad Didonem, ap. Caniſium T. I. Antiqu. Lect.

15. *Hartmanni* ſive Hartmuti potius (vide Lambec. lib. 2. de Bibl.

(a) Poemata Rhoſvvitæ ſunt; 1. *Comœdiæ ſex*, Terentii exemplo ſcriptæ, Gallicanus, Dulcitius, Callimachus, Abraham, Paphnutius, Fidus, Spes, & Charitas. 2. Præfationes in Comœdias, & alia opuſcula ſua carmine conſcripta. 3. Hiſtoria Nativitatis laudabiliſque converſationis intactæ Dei genitricis B. Mariæ Virginis. 4. Hiſtoria Aſcenſionis Domini. 5. *H*iſtoria & vita S. Gangolphi. 6. *H*iſtoria S. Pelagii, & paſſio ejus. 7. *H*iſtoria lapſus, & converſionis S. Theophili. 8. *H*iſtoria de converſione deſperati ſervi Proterii per S. Baſilium. 9. *H*iſtoria paſſionis S. Dionyſii, egregii Martyris. 10. *H*iſtoria paſſionis S. Agnetis Virginis & Martyris. 11. *H*iſtoria & Panegyricus in laudem, & geſta Ottonis M. cum duplici Rhoſvvithæ præfatione: quem Panegyricum recudi curavit etiam Juſtus Reuberus, & Meibomius uterque.

(b) Vide D. Nic. *H*ieron. Gundlingii Obſervationes ſelectas ad rem litterariam ſpectantes T.1. p.13. Morlierii librum quem inſcripſit Eſſais de litterature pour la connoiſſance des livres A.1704. T.1. p.58. ſeq.

Bibl. Vindob. pag. 1005.) *Bernardi Abbatis* S. Galli, *EcKerardi*, *NotKeri Balbuli*, *NotKeri Medici*, *Ratperti*, *Strabi Galli Fuldensis*, *Tutelonis*, *Vualdrammi & Anonymorum* apud eundem T. V. *Petri Pictaviensis* in Bibl. Cluniacensi pag. 604. *Arnulphi Lexoviensis* poematia ab Andrea Rivino cum notis edita, Lipsiæ 1655. 8. qui etiam *Jo. Sarisberiensis* Eutheticon sive Nutheticon & carmen de membris conspirantibus, cum animadvers. suis recudi jussit *Bernardi Moralensis* libros tres de contemptu mundi, carmine rythmico dactylico ad Petrum Cluniacensem Abbatem, à Nathane Chytræo editos. *Bernhardi Glystensis* Palponistam illustratam à Christiano Daumio Cygneæ 1660. 8. *Petri Blesensis* de Eucharistia inter ejus opera cum notis Petri Gussanvilensis &c. Palponistam *Bernardi Glystensis*, qui palponistæ sive adulatoris titulo vitam aulicam & privatam versibus Leoninis depingit, & seculo XIII. claruit, vulgaverat Henricus Quentelius A. 1501. Coloniæ cum Glossis. Ex qua editione tum non visa sibi Daumius, qui Codice MS. Tho. Reinesii usus primus illum edidisse se putavit, postea intellexit quædam posse in sua emendari & illustrari. Incipit:

Rure suburbano, sub vere, sub aere sano
Si volo, sub divo, vel si volo, sub lare privo &c.

Subjecit Daumius *Vualonis* Britanni carmen Satyricum in Monachos. Incipit:

Sacrilegis Monachis, emtoribus Ecclesiarum.

& Epicedium Gvil. Flandri ab eodem scriptum:

Mars obit in terris &c.

Bernardi Morlanensis Ord. Benedictini monachi Cluniacensis circa A. C. 1140. clari speculum Mundi sive liber de vanitate mundi & appetitu æternæ vitæ, qui incipit,

Chartula nostra tibi mandat dilecte salutes
Plura vides ibi si modo non mea dona refutes.

cum libris tribus de contemptu mundi, quorum initium:

Hora novissima, tempora pessima sunt, vigilemus
Ecce minaciter imminet arbiter ille supprēmus.

Hos tres primus vulgaverat Flacius inter poemata de corrupto Ecclesiæ statu pag. 247. Basil. 1557. 8. Deinde minus integros minusque emendatos Nathan Chytræus Brem. 1597. 8. Deinde meliores una cum speculo mundi Eilhardus Lubinus Rost. 1610. 8. Loca quædam ex codice Helmst. emendavit Polycarpus Leyserus p. 413. seq. historiæ poetarum medii ævi. *Andreæ* Archiepiscopi *Lundensis* ante annos 450. clari Hexameron MS. carmine heroico memorat Stephanius notis ad Saxonem Grammati-

cum p. 11. ubi & de aliis ejus scriptis.

16. De his aliisque Poetis Christianis plura legi possunt apud Daumium in syllabo Poetarum Christianorum veterum, Paulini Petrocorii editioni præmisso, & in præfatione ad Hieronymi Theologi Græci Philoponiam. In ejusdem Daumii Rinesiique Epistolis amœbeis; apud Barthium in adversariis & aliis scriptis; in Caroli du Fresne indice Auctorum Glossario mediæ latinitatis præfixo, apud Gyraldum, Vossium, & Borrichium de poetis, apud Labbeum, Jo. Gotfr. Olearium, Caveum & Eliam du Pin de scriptoribus Ecclesiasticis.

17. Franciscum Juretum (a) Christiana vetera poemata edenda suscepisse testatur P. Pithoeus præfat. ad Epigrammata antiqua à se collecta. Sylloge ejus quod sciam lucem non aspexit: Neque Philippi Labbei qui in Bibl.nova MSS. pag. 56. seqq. exhibet Coronidem Poeticam sive Catalogum Poetarum veterum Christianorum ineditorum vel rariorum, quos junctim edere constituerat, in quibus memorantur etiam *Bernbardi Sylvestris* Cosmographus, Microcosmus, formula honestæ vitæ, & quædam Grammatica ordine Alphabetico. *M. Gvalfredi* carmen de quinque partibus Rhetoricæ, inventione, dispositione, elocutione, memoria & pronunciatione. *Hieronymi Venturelli* Forosempronienfis Gallus gallinaceus ad Antonium Urbinatem poema quadringentorum versuum satis elegans & venustum cum præfat. & *Hugbaldi* Monachi Elnonensis Cœnobii Ord. S. Benedicti poemation in laudem calvorum, Carolo Calvo dicatum in quo singula verba à littera C. incipiunt: *Leonii* presbyteri Parisiensis Historiarum *V. T.* libri XII. Heroico carmine cum aliis quibusdam ejusdem poematiis. *Radulfi de Praellis* Consiliarii, & Magistri hospitiorum Caroli V. & VI. Musa, sive satyra prosaica in vitia sui temporis.

III. *Philippi Gualteri* (b), Insulensis, Episcopi Magalonensis, *Alexandreis*, sive de rebus gestis Alexandri M. *libri* X. circa A.C. 1171. carmine Heroico non ineleganter descripti prodiere Argentinæ 1513. Ingolstadii 1541. 8. & Lugd. 1558. 4. singulari, & nitido

(a) Francisci Jureti schedas, qui Christianos Poetas veteres edere voluit, latere Divione apud eruditiss. Bonhierium, Parlamenti præsidem, didici ex Menagianis Tom. 3. pag. 220. seq.

(b) Virgilio & Lucano exulare jussit Gualterum sua ætate in scholas receptum queritur Henricus Gandavensis. Alanus vero in Anti-Claudiano suo eum perstringit his versibus:

Mevius in cœlis ardens os ponere mutum
Gesta Ducis Macetum tenebrosi carminis umbra
Dicere dum tentat — —

tido typorum charactere, qui propius accedit ad eum, quo in scribendo utimur. Confer de hoc scriptore Reinesium Epist. 75. ad Hofmannum, & Epist. ad Daumium pag. 178. Var. Lect. pag. 404. Barthium ad Britonem p. 10. & 754. & ad Claudianum edit. secundæ pag. 1140. Vossium de Hist. Græcis lib. 2. c. 27. & de Poetis lat. p. 74. M. Danielem Omeisium diss. de ætate Q. Curtii §. 15. * Veterem *Islandicam* versionem *Alexandreidos Gualterianæ*, incomparabile antiquitatis septentrionalis monumentum luci parat V. C. *Arnas Magnæus* Secretarius; & Antiquarius potentissimi Regis Daniæ, & in Academia Hafniensi Professor. Duos MStos Codices Latinos quos ex Bibliotheca Gudiana acceperam, libenter per nobiliss. Reitzium ad illum transmisi, ut ad editionem novam hujus scriptoris ipsum si possem magis excitarem. Alius fuit Gualterus Grammaticus in Studio, sive Academia Neapolitana, cujus obitum luget Petrus Blæsensis Epist. 174. *Guntherus* Monachus Cisterciensis circa An. C. 1210. clarus carmine itidem Heroico scripsit *Ligurinum*, sive de rebus à Friderico I. Barbarossa per Italiam, ac Liguriam præcipue gestis libros X. quos in sylvæ Hercyniæ cœnobio Eberacensi repertos Conradus Celtes communicavit cum Peutingero aliisque viris doctis, qui ediderunt Augustæ Vindelic. 1507. (non 1500. ut est apud Caveum.) Hinc cum scholiis Jacobi Spiegelii recusi sunt Argentinæ 1531. Deinde Basil. 1569. apud Petrum Pernam cum præfat. Melanchthonis, atque iterum cum præfat. & emendationibus nonnullis Petri Pithœi. Tum additis ex editione Argentorat. Spigelii scholiis Francofurti 1582. apud Wechel. inter scriptores rerum Germanicarum collectos à Justo Reubero fol. Denique cum notis eruditis Conradi Reittershusii 1598. 8. Ejusdem Guntheri poetæ pro ætate sua insignis *Solymarium*, sive poema de bello sacro non vidit lucem. * *Gunthero* Poetæ illustrando addenda Othonis Morenæ & Acerbi Ochonis F. historia rerum Laudensium, tempore Friderici Aenobarbi gestarum, quæ doctis Felicis Osii commentariis illustrata Tomo III. thesauri antiquitatum Italiæ Græviani legitur.

IV. *Guil. Britonis* Aremorici *libri XII. Philippidos*, sive poema Heroicum de rebus Philippi Francorum Regis, qui A. C. 1223. obiit, ad Ludovicum ejus filium, post Pithœi & Duchesnii editiones una cum copiosis Casparis Barthii annotationibus lucem adspexere Cygneæ 1657. 4. * *Carlotidem* de rebus Petri Carlotti, qui Philippi filius nothus fuit, scripserat & idem Guilhelmus, quæ intercidit. Caspar Barthius in notis passim observat, Britonem dum Philippi res persequitur, in narrationis filo insti-

instituisse præsertim vestigiis *Rogeri ab Hoveden* Annalium scriptoris.

V. *Petrus Apollonius Collatius* Presbyter Novariensis, recens seculi decimi quinti scriptor & poeta non infelix, nescio qui factum ut à Bibliothecæ Patrum collectoribus ad septimum seculum referretur, & ab aliis viris doctis pro antiquo haberetur. Vide Barthii adversaria pag. 1163. seqq. Vossium lib 3. cap. 10. de Hist. Latinis. Daumium p. 26. seq. Epist ad Reinesium, ubi ad ea quæ ille p. 15. & in variis lectionibus p. 642. scripserat, respondet. Vide etiam clarissimos viros Petrum Bælium in Lexico in *Collatius*, & Ludolfi Neocori Bibl. novorum librorum A. 1698. pag. 736. seq. 1. Prodiere hujus Collatii *de excidio Hierosolymitano libri IV*. Antvverpiæ (a) 1586. 8. quæ non secunda ut habet titulus, sed quarta est ejus poematis editio. Prima Mediolanensis lucem adspexit A. 1481. 4. edente ipso Collatio, qui tum temporis vivebat, & Novariæ in territorio Mediolanensi agebat Presbyterum; deinde Jo. Gagnæus edidit Paris. 1540. tertium Megarinus de la Bigne inseruit Bibliothecæ Patrum. 2. In *fastis* ejus, pietatem laudat Jul. Cæsar Scaliger p. 735. de re poetica. 3. *Carmen Heroicum de Davide & Golia* ad Laurentium Medicem: *Christi querelam ad Judæos* eodem versuum genere, *Elegiam de laudibus vitæ rusticæ*, *& Epigrammata* ex Ant. Magliabechi beneficio vulgavit Lazarus Augustinus Cotta JCtus Novariensis, Mediolani 1692. 4. (Galleria di Minerva tom. 1. p. 235.) Confer ejusdem Cottæ Musæum Novariense editum Italice Mediol. fol. an. 1701. p. 245. 4. Jo. Mabillonius T. 1. Musei Italici p. 194. eadem à Magliabecho sibi muneris loco data referens addit inter Epigrammata illa quoque fuisse *Pauli IV. & Sixti IV. Epitaphium*. Hæc in Cottæ editione frustra quæres.

VI. Christiani Daumii (b) *Index scriptorum à* Florilego, *sive auctore libri*, qui Flores Poetarum (c) *inscribitur*, *laudatorum*.

Avianus (*fabulator*.)
Alda.
Alanus.

Alexander (Gvalterus.)
Arator.
Aurora (Petrus de Riga.)

(a) Tituli quorundam exemplarium hujus editionis, præseferunt Lugd. Bat. 1586. 8. Duellum Davidis & Goliæ separatim recudi fecit Jo. Henricus Acker Rudostadii 1714. 4.

(b) Epist. ad Reinesf. LXXV. pag. 304.

(c) Titulus libri est quem ex auctione Kielmanniana nactus sum excusum Coloniæ 1505. 12. per Martium de Vverdena, *Flores Poetarum de virtutibus & vitiis, libri decem*. Cum his conferre juvabit Margaritam poeticam sive summam poetarum, Philosophorum &c. in unum volumen collectam Rom. 1475. fol. apud Ulda ricum Gallum. Alberti Eyb margaritam poeticam, Paris. 1478. 1480. fol. &c

Sed cur non versus alios nonnullos ex illo *Florilegio*, non semel corrupto, adscribam, ex quibus de facili, qualis ejus sit Poesis, judicari queat?

Sint igitur isti;

Quos viles fugit ira, negat se gratia dignos:
Nobile plus odium, quam miser ornat amor.
Exhibitis respondet, amor, quibus ira negatis;
Et quandoque juvat displicuisse prius.
Fœdera post iram redeuntia firmius hærent:
Pejus ut admissum gratia fracta facit.

Sic

Sic porrò *Isengrinius*, sive libri sive autoris vocabulum:

Leniter irasci, Rex, leniter incipe, primum
præcipites torquet tardior usque dies.

Idem:

----- quando omnes aula vocari
Imperat, haud quosdam curat abesse tamen.
Certius est audire, veni, dicendo, venite:
Rem tantum locuples prospicit atque potens.
Utile jussus opus promptu, carumque morando
Injussus faciat qui sapit atque paret.

Idem:

Utilis est sapiens, vix toleratur inops.

Idem:

Quos odisse solent, possunt & amare potentes:
Nullus amat, quem non carpere livor amet.

Scriptor non absimilis *Nigello WircKero*, *Brunelli* autori, aut *Sarisberiensi*, qui *Pœnitentiarium lupi vulpis & asini* scripsit, editus à *Flacio*. Et forte personam traxit ex vulpecula *ReiniKe*, quam lupus ibi sustinet. Adscribam & dicis gratia, καὶ προγεύματος, nonnullos *Aldæ*, ejusdem ferè census.

Gratia summorum merx est: nam gratia gratis
Non datur: hanc solum prodigus emptor habet.
Venditur introitus templi, probibetque sacerdos
Ante levem vacuas munere ferre manus.
Dat nemo gratis, quia gratis nemo recepit:
Vendit quisque, quia vendidit alter ei.
Gratia scortatur prostans, turpique redacta
Sub pretio, emptores devovet ipsa suos.
Omnibus ut breviter loquar: omnia vendit habendi
Imperiosus amor, omnia nummus emit.

VIII. Index Carminum quæ vel integra inseruntur, vel ex MStis & antiquis editionibus corriguntur & recensentur in V. CL. POLYCARPS LEYSERS (a) Historia Poetarum & Poematum medii ævi.

P. 105. BOETHII carmina, quæ leguntur in libris de *consolatione philosophiæ*, integra ex III. MSS.

(a) Prodiit Halæ Magdeb. 1721. 8. in qua pag 312. secundam etiam partem exspectare jubemur. Nec contemnendum spicilegium dabit vir egregius *M. G. Lehmannus*, qui Crempis parat diatribem de leoninis & Rhythmicis superiorum temporum scriptis. Idem Clarissimus Leyserus Helmst. 1719. 4. ediderat eruditam dissertationem de ficta medii ævi barbarie, imprimis circa poesin Latinam, speci-

MSS. & IV. impressis Codd.

p.156. FORTUNATI carmen de *Pascbate* emendatum ex MS.

p.168. Ejusdem Hymnus de *passione Christi* integer ex MS.

p.225. THEODULPHI versus in *die palmarum* correcti ex MS.

p. 241. *PASCHASII* RATBERTI carmen præfixum libro de *corpore & sanguine Domini* emendatum ex MS.

p.252. ANGELOMI prefatio in *quatuor libros regum* integra ex MS.

p.257. RATPERTI versus ad *professionem diebus festis* recensiti ex MS.

p. 258. Ejusd. versus ad *reginam suscipiendam* recensiti ex MS.

p.263. HARTMANNI versus canendi *antequam legatur Evangelium* recensiti ex MS. Ejusd. in *natale innocentium* recensiti ex MS. Ejusd. *unde supra* recensiti ex MS. Ejusd. versus ad *processionem diebus dominicis* recensiti ex MS.

p.264. Ejusd. versus ad *Eucharistiam* recensiti ex MS.

p.274. NOTKERI versus *ad regem suscipiendum* integri ex MS.

p.296. THEODULI *Ecloga* correcta ex MS.

p. 312. *JOHANNIS* de GARLANDIA opus *synonymorum* integrum ex MS.

p. 338. Ejusd liber de *æquivoci* recensitus ex MS.

p. 339. Ejusd *Mysteria ecclesiæ* recensita ex MS.

p. 340. Ejusd Liber de *orthographia* recensitus ex MS.

p. 389. HILDEBERTI elegia de *suo exilio*, vel de *instabilitate fortunæ*, emendata ex MS.

p. 390. Ejusd. versus de *creatione mundi* & *operibus sex dierum* integri ex MS.

p. 398. Ejusd. versus de *excidio Troiæ* integri ex MS.

p. 413. Fragmentum ex BERNARDI Morlanensis libro de *contemptu mundi* correctum ex MS.

p. 422. BERNARDI Claravallensis de *contemptu mundi* correctum ex MS.

p. 453. HENRICI Septimellensis elegia de *diversitate fortunæ & philosophiæ consolatione* ex II. MSS. integra edita.

p. 502. ÆGIDII Corboliensis liber

Latinam; speciminibus non inelegantibus carminum editorum & ineditorum corroboratam. Ab eodem habemus Helmst. 1720. 4. editos Gualtheri Mapes rhythmos de Concordia rationis & fidei, ex Codice MS. Lipsiensi: & specimen Carminis elegiaci Bonifacii de virtutibus & vitiis sub titulo Livini & Mamucii (Mauricii) ad calcem dissertationis de primis Theologiæ Doctoribus è Saxonum gente, Hugone, Comite Blanckenburgensi, Hermanno de Schildis & Thoma, Duce Brunsvicensi. Helmst. 1720. 4.

Ejusdem Clariss. LEYSERI Conspectus Corporis quod parat Poetarum Latinorum medii ævi.

CL. MARII VICTORIS de *Genesi* libri III. ex editionibus *Joh. Gagnei Georg. Fabricii & Guil. Morelli*.

PAULINI *carmina* ex editione Joh. Bapt. le *Brun*.

HILARII Arelat. *Hexaemeron* ex edit. *Lud. Miræi*, *Georg. Fabricii*, *Joh. Vveitzii & Petri Coutant*.

DRACONTII *poemata* ex edit. *Andr. Rivini*.

PROSPERI *poemata* ex edit. *Pulmanni*, & MS.

TURC. RUFFI ASTERII *Collatio veteris & novi testamenti* ex ed. *Georg. Fabricii*.

Ejusd. Epigramma in *Sedulium* ex edit. *Jac. Sirmondi*, *Casp. Barthii & Phil. Labbei*.

RUST. HELPIDII *Historiæ Testamenti veteris & novi* ex edit. *G. Fabricii & M. H. Goldasti*.

Ej. de *Christi Jesu beneficiis* ex edit. *G. Fabricii*.

ORIENTII *Commonitorium* & alia *carmina* ex edit. *Edm. Martene & Henr. Leonb. Schurtzfleischii*.

ENNODII *carmina & epigrammata* ex edit. *Andr. Schotti & Jac. Sirmondi*.

BOETHII Carmina ex libro de *consolatione philosophiæ* ad editiones Noribergenses annorum 1483. & 1495. Argentoratensem 1501. Coloniensem 1516. Florentinam *Nicolai*

Cres-

Crescii 1521. Hanoviensem *Theod. Sitzmanni* 1607. Antuerpiensem *Job. Bernartii* 1607. & tres codices manuscriptos.

ARATORIS *Historia Apostolica* ex edit. *Georg. Fabricii*, & Lugdunensi 1588. item ex MS.

FORTUNATI opera *poetica* ex edit. *Georg. Fabricii*, *Jac. Salvatoris*, *Christoph. Brovveri &c.* & MSS.

CORIPPI de *laudibus Justini* libri IV. ex edit. *Mich. de Azagra & Tho. Dempsteri*.

COLUMBANI *poemata* ex edit. *Henr. Canisii*, *Melch. Haim. Goldasti*, *& Patric. Flamingi*.

GEORGII M. P. R. *Hymni* ex edit. *Petri Toscianensis*.

MARCI Casinensis *Vita S. Benedicti* ex edit. *Prosp. Martinengi*.

EUGENII Toletani *carmina* ex edit. *Jac. Sirmondi*.

ALDHELMI, libri de *laude virginum* & de *octo principalibus vitiis*, ex ed. *Henr. Canisii*.

Ej. *Ænigmata* ex edit. *Mart. Ant. del Rio*.

BEDÆ *vita S. Luthberti* ex Actis Sanctor. Benedictin.

Ej. alia *carmina* ex operibus.

PAULI WARNEFRIDI *carmina* ex edit. *Prosp. Martinengi*.

FERII HELPERICI epos de *congressu Caroli M. & Leonis Pontificis*.

ALCUINI *vita S. Vvilibrordi* ex ed. *Henr. Canisii*.

Ej. de *Pontificibus & sanctis Ecclesiæ Eboracensis* ex edit. *Tho. Gale*.

Ej. alia *carmina* ex edit. *Petri Lambecii*, *Stephani Baluzii*, *Iob. Mabillonii &c.*

ETHELWOLFI carmen de *abbatibus & viris piis cœnobii S. Petri in insula Lindisfarnensi* ex Actis Sanctor. Benedictinor.

THEODULPHI *Carmina* libris VI. ex edit. *G. Fabricii*, *Henr. Canisii*, *M. H. Goldasti*, *Job. Mabillonii*, & MS.

ERMOLDI NIGELLI Libri IV. de *rebus gestis Imperatoris Ludovici pii ex* MS.

WALAFRIDI STRABONIS *visio Vvettini* ex Actis Sanctorum Benedictin.

Ej. *vita S. Blaitmari* ex Actis Sanctorum Januar.

Ej. *Carmina* ex ed. *Henr. Canisii*, *M. H. Goldasti* &c.

DREPANI FLORI *Carmina* ex edit. *G. Fabricii*, *Andr. Rivini*, *& Job. Mabillonii*.

RABANI MAURI *poemata* ex edit. *Christoph. Brovveri*, *Steph. Baluzii*, *God. Henschenii* &c.

MILONIS *vita S. Amandi* ex Actis Sanctorum Februarii.

HERRICI *vita S. Germani* libris VI. ex edit. Paris. 1543.

HINCMARI de *fonte vitæ* ex edit. *Casim. Oudini*.

ANONYMI *vita Caroli M.* ex edit. *Rein. Reineccii & God. Guil. Leibnitii*.

HUCBALDI in *laudem calvorum* ex edit. Basil. 1516. & *Casp. Barthii*.

FRIDEGODI *vita S. Vvilfridi* ex

di ex Actis SS. Benedictin

FRODOARDI *vita S. Columbani* & alia *carmina* ex Actis Sanctorum Benedictin.

ROSVVITHÆ carmen de *cœnobii Gandersbemensis fundatione ac primordiis* ex edit. *G. G. Leibnitii & Io. Georg. LeucKfeldi*.

Ej. opera *poetica* reliqua ex ed. *Conr. Celtis*.

ANONYMI carmen panegyricum in *laudem Berengarii*, ex edit. *G. G. Leibnitii*.

THEODULI *Ecloga* ex edit. *M. H. Goldasti* & MS.

ABBONIS *obsidio Parisiorum a Normannis Danisque tentata* lib. III. ex edit. *P. Pithœi* & MS.

AIMOINI *Historia translationis S. Benedicti* ex Actis Sanctor. Benedictinor.

Ej. poema de *prima fundatione Floriacensis cœnobii* ex ed. *Fr. Duschesne*.

FULBERTI *carmina* ex Bibl. Max. Patr.

JOANNIS de GARLANDIA *opus Synonymorum* ex MS.

Ej. *Mysteria ecclesiæ* ex NS.

VVIPPONIS *panegyricus ad Henricum III. Imp.* ex edit. *Henr. Canisii*.

METELLI *Quirinalia* & *Eclogæ* ex edit. *Henr. Canisii*.

VVILLERAMI de *nuptiis Christi & Ecclesiæ* ex edit *Pauli Merulæ* & MS.

GUALDONIS *vita S. Anscharii* ex edit. *Petri Lambecii*, *Joh. Bollandi*, & *Ioh. Mabillonii*.

ALPHANI *carmina* ex edit. *Ferd. Ughelli*.

GULIELMI APPULI *de rebus Normannorum in Sicilia, Appulia & Calabria gestis* ex edit. *G. G. Leibnitii*.

MARBODI *Lapidarius* ex edit. *Henr. Ranzovii*.

Ej *carmina* ex edit. *Iac. Hommey*.

LAURENTII VIRONENSIS *Rerum in Maiorica Pisanorum ac de eorum triumpho Pisis habito A. MCIV.* Lib. VII. ex edit. *Ferd. Ughelli*.

BALDRICI *Carmina historica* ex edit. *Franc. Duchesne*.

EADMERI *vita S. Dunstani* ex edit. *Henr. Vvharton*.

RAINALDI *synopsis vitæ S. Hugonis*.

HILDEBERTI *de mysterio missæ* ex edit. Parif. 1548. *Guidonis de Monte Rocheri & Ioh. Alb. Fabricii*.

Ej. *vita Mariæ Ægyptiacæ* ex edit. *G. Henschenii*.

Ej. *versus de creatione mundi & operibus sex dierum* ex MS.

Ej. de *excidio Troiæ* ex MS.

Ej. alia *carmina* ex *Gulielmo Malmesb.* ex ed. *Iac. Hommey*, *Ant. Beaugendre* & MS.

BERNARDI MORLANENSIS de *contemtu mundi* ex ed. *Matth. Flacci*, *Nathan. Chytræi*, *Eilh. Lubini* & MS.

FRANCISCI MAUROI *vita S. Bernardi* ex operibus *Bernardi*.

BERNARDI CLARÆVALLENSIS de *laudibus B Virginis* ex edit. *Iac. Hommey*.

Ej. alia

Ej. alia *carmina* ex operibus & MS.

PETRI VENERABILIS *carmina* ex Bibliotheca Cluniacensi.

PETRI PICTAVIENSIS *panegyricus Petro Venerabili dictus* ex Biblioth. Cluniacensi.

PHILIPPI de ELEEMOSYNA *carmina* ex edit. *Nicolai Chamart*.

ARNULPHI LEXOVIENSIS *epigrammata* ex edit. *Odon. Turnebi*.

JOANNIS SARISBERIENSIS *carmina* ex *Policratico* & edit. *Andr. Rivini*

GODEFRIDI VITERBIENSIS *carmina* ex Chronico.

SAXONIS GRAMMATICI *carmina* ex Historia Danica.

HENRICI SEPTIMELLENSIS elegia de *diversitate fortunæ & Philosophiæ consolatione* ex MSS.

ÆGIDII CORBOLIENSIS de *pulsibus* & de *urinis* ex ed *Gentilis de Fulgineo & Avenantii de Camerino*.

Ej. de *virtutibus & laudibus compositorum medicaminum* ex MS.

PETRI de RIGA *Aurora* ex MSS.

ÆGIDII PARISIENSIS *Carolinus* ex MS.

NIGELLI VVIREKERI *Brunellus* sive *speculum stultorum* ex editionibus binis seculi XV. & MS.

JOHANNIS HANVVILLENSIS *Archithrenius*.

FULCONIS *historia gestorum viæ Hierosolymitanæ* cum *supplemento Gilonis* ex edit. Franc. *Duchesne*.

GUALTHERI *Alexandreis* ex edit. Argentoratens. 1513.

MATTHÆI VINDOCINENSIS *Tobias* ex edit. *Io.HerinGii* & MS.

JOSEPHI DEVNNII de *bello Trojano* libri VI. ex edit. *Albani Torini & Sam Dresemii*

GUALTERI MAPES *carmina* ex edit. *Matth. Flacii* & MSS.

GUNTERI *Ligurinus* ex edit. *Conr. Celtis, Petri Pithoei* & *Conr. Rittershusii*.

EBERHARDI BETUNIENSIS *Græcismus* ex edit. *Vincenti Metulini*.

Ej. Labyrinthus ex MSS.

GALFRIDI de VINO SALVO *poetria* ex MSS. Ej. de *statu curiæ Romanæ* liber ex edit. *Matth. Flacii & Iob. Mabillonii*.

GUILIELMI BRITONIS *Philippidos* Lib. XII. ex edit. *Franc. du Chesne & Casp. Barthii*.

JUSTINI *Lippiflorium* ex edit. *H. Meibomii*.

THEODORI VALLISCOLORIS *Vita Urbani IV. P. R.* ex edit. *Ferd. Ughelli* & MS.

AUCTOR *Historiæ ablati & relati corporis S. Vincentii*, ex edit. *Ferd. Ughelli & Dan. Papebrochii*.

BONAVENTURÆ *hymni* ex operibus.

HENR. ROSLAE *Heringsberga* ex

ga ex edit. *Io. Henr. Meibomii.*

ALANI de INSULIS *Anti-Claudianus* ex edit. *Car. de Visch.* & MSS.

Ej. carmina ex libro de *planctu naturæ* ad edit. *Caroli de Visch* & ex MSS.

Ej. Liber *parabolarum* ex editt. Coloniensibus Ao. 1497. & 1502. *Caroli de Visch.* & MS.

Mitto poetas seculi decimi quarti, & plures alios. Mitto minutiora carmina. Nec nisi unum alterumque ex rythmicis adduxi elegantioribus. Patebit, credo, etiam selectione adhibita, facile tamen colligi posse corpus poetarum latinorum medii ævi, corpori poetarum veterum mole minime cedens, cujus autores ingenio & elegantia ab antiquis, Leysero judice, vix superentur. Utinam & haberi possent:

GODELBERTI *Allegoriæ scripturarum.*

GILDÆ *carmina.*

AVITI opera poetica in *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*, *Deuteronomium* & libros *Josuæ* & *Judicum.*

VERGUNDI libelli duo de *resurrectione & judicio*, item de *pœnitentia.*

CORRIPPI *Johanneis.*

ILDEFONSI Tolet. *Epitaphia & epigrammata.*

BONIFACII de *virtutibus & vitiis liber.*

ALCUINI de *Martyrio S. Bonifacii* & de *pago Documensi.*

HILDUINI *vita Dionysii* libris IV.

WALAFRIDI STRABONIS *vita S. Galli.*

MILONIS de *pudicitia* & *sobrietate* libri II.

BRISTANI threni in *cineres monasterii Croylandensis.*

HINCMARI explanatio in *ferculum Salomonis.*

FRIDEGODI *vita S. Audœni.*

FRODOARDI *gesta Pontificum Romanorum* Libri XIV.

Ej. de *triumphis Italicis martyrum & confessorum* libri XV.

Ej. de *triumphis Christi & sanctorum Palæstinæ* lib. III.

Ej. de *triumphis Christi Antiochiæ gestis* lib. II.

WITEKINDI *passio Theclæ.*

Ej. *vita Pauli Eremitæ.*

LAMFRIDI liber de *fundatione Wentanæ Ecclesiæ.*

ARNOLDI *proverbia Salomonis.*

JOANNIS de GARLANDIA *Unum omnium.*

Ej. *Satyricorum opus.*

Ej. *Epithalamion D. Mariæ.*

HERMANNI CONTRACTI libri de *conflictu ovis & lini*, *in modum Theodoli*, *de contemtu mundi.*

AMATI libri IV. de *gestis Apostolorum Petri & Pauli.*

FULCONII *Utrum*, *Neutrum & Utrumque.*

GUNTERI *martyrium S. Cyriaci.*

THEODORICI *vitæ S. Trudonis*, *S. Bavonis & S. Remoldi.*

GOT-

GOTFRIDI WINTONIENSIS *carmina*.
FRANCO de *statu futuræ gloriæ*.
SIGEBERTI GEMBLACENSIS *passio S. Luciæ, passio Thebæorum, & Ecclesiastes*.
GELASII *passio Cæsarii*.
GREGORII CASINENSIS de *captione Casinensis cœnobii*.
GREGORII TARRACINENSIS versus de *transitu peregrinorum ad sepulchrum Domini* & *captione Hierosolymitanæ urbis*, & alia *carmina*.
GUALFREDI SENENSIS *sacra Gothofredi Bullionis in orientem expeditio*.
PETRI BLADUNII de *laudibus Faritii Tusci*.
ECKARDI *laterna monachorum*.
RADULPHI de S. ALBANO *vita D. Albani*.
QUINTINI CRASII *elegiæ* & *carmina*.
LAURENTII DUNELMENSIS *hypognosticon* & alia *carmina*.
HENRICI LINCOLINIENSIS *epigrammata & alia carmina*.
GALFRIDI ARTHURII *vita Merlini* & alia *carmina*.
THOMÆ BEVERLACENSIS *vita B. Margarethæ*
GUILIELMI RAMECEGENSIS *carmina*.
RICARDI PLUTONIS *carmina*.
ALDREMANNI LONDINENSIS *carmina*.
BALDWINI DEVONII *carmina*.
HENRICI SUINESHI *poemata*.
CONRADI HIRSAUGINENSIS de *laudibus S. Benedicti*.
MAURITII SOMERSETI *carmina*.
GUILHELMI PEREGRINI *hobœporicon Richardi regis*.
RICARDI CANONICI *epigrammata*.
JOSEPHI DEVONII *Antiocheis* & alia *carmina*.
GUALTERI MAPES varia *carmina*.
MAURITII MORGANII *epigrammata & carmina*.
GUNTHERI *Martyrium S. Cyriaci*.
Ej. *Solymarius*.
GERVASII de MELKALEGA *carmina*.
ALEXANDRI ESSEBIENSIS *carmina*.
GUILIEMI BRITONIS *Karlotis*.
ALEXANDRI NECKAM *carmina*.
HELINANDI *Rythmi*.
MICHAELIS BLAUNPAYN *carmina*.
JOANNIS GRAMMATICI *carmina*.

CAPUT

CAPUT III.

DE SCRIPTORIBUS ANTIQUIS CHRISTIANIS.

Viri docti qui ſcriptorum Eccleſiaſticorum notitiam tradiderunt 1. *Scriptores latini Chriſtiani, qui latine ſcripſerunt ſæculo primo*. 2. *Secundo*. 3. *Tertio*. 4 *Quarto*. 5. *Quinto*. 6. *De ſæculi duodecimi ſcriptore Ioanne Sariſberienſi*. 7.

I. ECCLESIATICOS SCRIPTORES huic Bibliothecæ inſerere non eſt noſtri inſtituti. Verſantur in manibus omnium quæ in illo genere utiliter litteris conſignarunt *Sixtus Senenſis*, *Antonius Poſſevinus*, *Rob. Bellarminus*, quique in hunc ſupplementa edidere *Philippus Labbeus* & *Caſimirus Oudin*, cum ex noſtris *D. Jo. Gerbardus* & *Jo. Gotfridus Olearius*. Præ ceteris autem commendatiſſimi ſtudioſis harum litterarum ſunt duo nuperi ſcriptores, quorum alter Gallus *Ludovicus Elias du Pin* patrio Idiomate Bibliothecam *E*ccleſiaſticam magno legentium fructu condidit, pluribus in quarto ordine voluminibus, quorum aliqua jam ſunt in latinam linguam, univerſa in Anglicam quoque, tranſlata: Anglus alter *Guilielmus Caveus* Hiſtoriam litterariam ſcriptorum *E*ccleſiaſticorum per XII (*a*) ſæcula Latino idiomate, duplici inſigni volumine in folio docte complexus eſt, quem adire poſſunt, quiqui de ætate vita & ſcriptis auctorum *E*ccleſiaſticorum, ac de Conciliis in priſca *E*ccleſia habitis, inſtrui cupiunt. Ne tamen præſenti in libello quicquam merito poſſit deſiderari, per quatuor priora à Chriſto nato ſecula ſcriptores Latinos *E*ccleſiaſticos celebriores, quorum ſcripta ad nos pervenere, hoc loco paucis perſtringam, indicata ſimul uniuſcuiuſque optima editione. * Collectiones ſcriptorum Eccleſiaſticorum, ſive minores, ſive majores illas, quæ Bibliothecæ Patrum vulgato titulo appellantur, accurate recenſitæ videri poſſunt, in eruditio, mei quondam Præceptoris *Thomæ Ittigii* Theol. ac ſuperintend. Lipſienſis (defuncti A. 1710. 14. April.) tractatu de Bibliothecis & catenis Patrum, variiſque veterum Scriptorum *E*ccleſiaſticorum collectionibus Baſileenſibus, Tiguri

(a) Reliqua uſque ad an. 1520. ſupplevit Henricus Vvarthonus in ætatis flore A. 1695. cum magna litterarum jactura denatus, & in poſteriore Volumine Robertus Gerius, Cavei gener, & ipſe denatus Kal. Octob. 1707. Ambo Volumina conjunctim una ſerie digeſta ediderunt Genevenſes anno ſuperiore 1707. Dicitur & auctor ipſe doctiſſimus novam moliri pleniorem emendatioremque *iterum* operis præſtantiſſimi

Tigurinis, Parisiensibus, Coloniensibus, Lugdunensibus, Leidensibus, Ingolstadiensibus, Antvverpiensibus, Romanis, Venetis, Mediolanensi, Moguntinis, Bonifontis, Insulana, Divionensi, Rotomagensi, Tolosana, Londinensibus, Trajectensi, Genevensibus, Hamburgensibus, Cygneis, Lipsiensibus & aliis Lipſ. 1707. 8. Prætermissas supplere animus mihi est in ultimo Bibliothecæ meæ Græcæ volumine.

II. *IN PRIMO SECULO* nullus occurrit, si decesseris à suppositіtiis scriptis, v. gr. *Martialis Lemovicensis* (cujus Epistolas binas una cum Gennadio de Ecclesiasticis dogmatibus notis illustravit Geverhardus Elmenhorstius Hamb. 1614. 4.) & ex Græco translatis *Hermæ* ac *Clementis*, sed quæ versiones longe post ea tempora compositæ sunt, & in Cotelerii Patribus Apostolicis leguntur: tum *Abdiæ* (a) quem cum brevibus notis meis excudi feci in Codice Apocrypho N. T Hamb. 1703. 8. * Carmen Heroicum versuum plus minus 400. de passione Domini nostri JEsu CHristi *ad Petrum Donatum Paduanæ Urbis Episcopum*, quod velut certo auctore libris Abdiæ à Lazio, Basil. 1551. fol. præfixum est, debetur *Hieronymo Paduano*, jamque ante illud tempus prodiit Lipsiæ, Viennæ 1510. 4. & alibi: etiam à Pulmanno inde vulgatum est Antvverpiæ. Vide Christiani Daumii epistolas ad Bosium, Gebhardum &c. A 1709 8. Chemnitii editas pag. 271. 274 Paduanus ille claruit circa A. C. 1494.

III *IN SECUNDO SECULO* solus *Q. Septimius Florens Tertullianus*, *Carthaginiensis* ex editione Philippi Priorii cum integris Nic. Rigaltii, selectis Pamelii, Cerdæ & alior. additis etiam ipsius Priorii notis, Paris. 1663. fol. * Diversus est *Tertullianus* Ecclesiasticus scriptor licet & ipse juris peritus, (b) à Tertulliano JCto, cujus quædam in Digestis habemus: ut recte notavit Valesius pag 24. sq. ad Euseb. & Grotius ad Tit. III. 13. Fuit quoque S. Tertullianus Episcopus Bononiensis de quo Acta Sanctorum Tom. 3 April. pag 494. tum S. Tertullinus de quo Tom. 1. Junii pag. 630. nec non Tertullianus Hirenensis, cujus mentio in Collatione Carthaginiensi. De Tertulliani circa A. C. 205. in Montanistarum sectam prolapsi, & circa A. 220. defuncti vita, scriptis & doctrina præter editores, & *Tillemontium* tomo tertio memoriarum

(a) Sunt nonulla quæ perspicue suadent libros X. historiæ certaminis Apostolici qui ambulant sub nomine Abdiæ, scriptos esse latine, non translatos è Græco. Neque tamen certum est Actus Leucii Manichæi sub Abdiæ nos nomine legere. Nam Augustinus c. 38. de fide contra Manichæos & alibi quædam ex Actibus illis refert quæ in Abdia hodie vel plane non occurrunt vel aliter narrata leguntur. Primus Pseudo Abdiam edidit Vvolfgangus Lazius Basileæ 1551. fol.

(b) Vide quæ notavi ad Hieron. de scriptoribus Ecclesf. c. 53.

riarum Ecclesiast. Gallice vulgatarum & *Nic. le Nourry* apparatu ad Bibliothecam Patrum Tom. 2. pag. 1173. seq. aliosque qui de scriptoribus Ecclesiasticis tradidere, consulere juvabit *Petri Allixii* dissertationem de Tertulliani vita & scriptis, sine auctoris nomine Latine editam Paris. 1680. 8. (cum ejusdem diss. de sanguine D. N. JEsu Christi ad Epistolam CXLVI. Augustini, & tertia de Conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis. Hujus epitome est qvæ Gallice præfigitur editioni Latino Gallicæ Apologetici Amst. 1701. 8. *Extrait d' une dissertation critique touchant Tertullien & ses ouvrages*. Exstat quoque Histoire de Tertullien & d' Origene par *Mr. de la Motte*. Paris. 1675. Lugd. 1691. 8. *Paganini Gaudentii* salebræ Tertullianeæ Florent. 1639. 4. Systema Theologiæ theoreticum & practicum ex dictis Tertulliani & Cypriani concinnatum ab *Hermanno Rathmanno*. Gedani 1620. 4. opponendum Theodori Petreji, Carthusiani Confessioni Tertullianianæ Paris. 1603. 8. Le genie de Tertullien, par *de Fayolle*. Paris. 1661. 4.

Tertulliani Opera ex editione *Beati Rhenani*, cum ejus scholiis Basil. 1521. fol. In Rhenani argumentis & scholiis expurganda quæ notet index Romanus, vide Tom. V. Observatt. select. Hallens. pag. 314. seq. Rhenanus ad calcem Tertulliani edidit sine nomine auctoris definitiones Ecclesiasticorum dogmatum, quas deinde *Gennadio* Massilensi Elmenhorstius vindicavit. Ad Tertullianum ipsum Rhenanus usus est duobus Codicibus MSS. uno Hirsaugiensi & altero Paterniacensi, Colmariensis Decani Jac. Zimmermanni. *Utinam*, inqvit, *mihi copia fuisset exemplaris quod in Gorziensi cœnobio servatur ad tertium milliarium ab urbe Mediomatricum, & item ejus quod apud Fuldam exstat, vel ejus quod esse Romæ ferunt*: Recusa est Rhenani editio Basil. 1525. 1528. 1539. In primis Rhenani editionibus desiderantur quos deinde addidit Jo. Gagnæus Theologus Paris. *liber de Trinitate, de testimonio animæ, de anima, de spectaculis, de baptismo, Scorpiace* contra Gnosticos martyrium adspernantes, *de idololatria, de pudicitia, de jejunio* adversus Psychicos, *de oratione* & *Epistola de cibis Iudaicis*, & qui in omnibus ante Rigaltianis desunt, *libri duo ad Nationes*. Ex recensione *Sigismundi Gelenii* Basil. 1550. 1562. fol. apud Froben. & ex recensione posteriore ejusdem Gelenii, qui Britannicum Codicem ex Masburiensi cœnobio accepit communicatum ipsi à Jo. Lelando. In illo Codice fuere liber de resurrectione, de præscriptionibus adversus hæreticos, de monogamia, de Trinitate, de testimonio animæ, de anima, de spectaculis, de baptismo, Scorpiace,

piace, de idololatria, de pudicitia, de jejunio, de cibis Judaicis & de oratione. Elegans hæc & nitida editio Parif. apud Andream Vvechelum 1566. 8. duobus voluminibus: integras Rhenani notas fingulis libris præmiffas exhibet, & apologetico adjunctum *Francifci Zephyri* Florentini commentarium, five paraphrafin antea haud editam. Cum notis *Iacobi Pamelii* Brugenfis, qui opus abfolvit Duaci 1579. Prodiit illo anno Antvv. fol. recufum Parif. 1583. Antvverp. 1584. & apud Commelin. 1609. & Coloniæ 1617. fol. ap. Antonium Hierat. & Rothomagi 1662. fol. Ex recenfione *Renati Laurentii de la Barre*, Tertullianus & Arnobius Parif. 1580. fol. Tertullianus cum notis Rhenani, Pamelii & *Francifci Iunii* Franeck. 1597. fol. Hæc editio cum Jofephi Scaligeri caftigationibus exftat in Bibl. Leidenfi. Vide fis etiam Voffii præf. ad libros de Hiftoricis Latinis. Jac. Gretferi vindicationem quorundam locorum Tertullianeorum &c. Cum notis Pamelii, emendationibus *Latini Latinii* (editis Romæ A. 1584.) & in librum de pallio notis *Ioannis Merceri*. Parif. 1598. fol. 1608. fol. Scripta Tertulliani pleraque cum argumentis, explicationibus & notis *Ludovici de la Cerda*. Parif. 1624. fol. 2. Vol. & Parif. 1641. fol.

Tertullianus redivivus, fcholiis & obfervationibus prolixis illuftratus à *Gregorio Ambianate* Capuccino, Parif. 1646. 1648. fol. 3. Vol. Negat Rigaltius redivivum dici poffe, qui fub horrendis vægrandium commentariorum farcinis obrutus fit & contritus. Omniloqvium Tertullianeum, five Tertulliani opera à *Carolo Moreau* (*a*) Auguftiniano Eremita fimili mole commentariorum oppreffa Parif. 1658. fol. 3. Vol. Huic Georgio Ambianati & Carolo Morello jungendus *Michaelis Vivien* Tertullianus prædicans Venet. 1708. 4. fex tomis, de quo opere mentionem faciunt Ephemerides Parifienfes Journal des Savans 1708. Fevr. p. 404. Libri IX. Tertulliani ex codice (*b*) MSto Agobardi in Bibl. Reg. obvio emendati *à Nic. Rigaltio* & fine nomine editoris vulgati Parif. typis Rob. Stephani apud viduam Olivarii Varennæi 1628. 8. Libri illi novem funt: *de oratione*, *ad uxorem* libri duo, *de cultu fœminarum* duo, *de exhortatione caftitatis*, *de corona*, *de præfcriptione hæreticorum* & *de Scorpiace*.

Ter-

(a) Calami errore *Cornelius* vocatur in B. Ittigii præf. ad librum de Bibliothecis Patrum pag. XXV. Recte *Carolum* idem dixerat diff. 2. de hæref iarchis c. 13. §. 24.

(b) Agobardi ille Codex libros XXIV. complexus fuerat, nempe præter novem illos, etiam *librum 1. & 2. ad nationes*, nec non *de teftimonio animæ*, *de fpectaculis*, *de idololatria*, *de cenfu animæ*, *de oratione*, *de patientia*, *de velandis virginibus*, *de carne & anima*, *de carne CHrifti*: & quæ hodie Tertulliani fcripta defideramus, *de fpe fidelium*, *de paradifo*, *de anima fubmiffione* & *de fuperftitione fæculi*.

Tertulliani opera universa ab eodem *Nic. Rigaltio* recensita illustrataque notis & indicibus atque glossario sermonis Africani Paris. 1634. fol. & secundis curis 1641. fol. Usus præterea Rigaltius libro Caroli Monchalli Tolosatium Archiepiscopi, qui varias lectiones à Fulvio Ursino ex Vaticano & Fuldensi MSS. collectas repræsentavit. Novas etiam in Tertullianum observationes suas adjunxit Rigaltius notis in Cyprianum, editis Paris. 1649. fol. Notæ Rhenani, Pamelii, Latinii, cum *Gabr. Albaspinæi*, (*a*) *Ioannis Vvouverii*, & in librum de pallio, *E*dm. Richerii, Theod. *M*arcilii, Jo. *M*erceri observationibus, ad paginas Rigaltianæ editionis acommodatæ Paris. 1635. fol. Vide Labbeum Tom. 2. de scriptor. *E*ccles. p. 387. Tertullianus cum integris Rigaltii, selectis Pamelii, Cerdæ aliorumque & *Philippi Priorii* notis, ima qvavis pagina subjectis, eodem Priorio curante Paris. 1664. fol. Nova editio Veneta 1701. fol. cum variorum notis selectis, ad voluminis calcem. Non admodum emendatam esse hanc editionem, notavit Rev. D. Christoph. *M*atthæus Pfaffius, Cancellarius Tubingensis libro de originibus juris *E*cclesiastici pag. 244. In Gallia nuper Tertullianum nova cura expolitum moliebatur dare *M*allinganus monachus Benedictinus, sed A. 1715. mense Octobri defunctus: in Italia viri docti exspectare jubent ex *Casp. Scioppii* emendatione, cum notis *Guidonis Pancirolli*, quem Pamelii lucubrationibus deterritum, quo minus ipse illas in lucem daret, Possevinus testatur. Emendationes in Tertullianum Pamelii, ex *MS.* Vaticano & *Petri Ciacconii* conjecturis MStæ Mediolani teste Mabillonio, Tom. 1. musei Ital. pag. 210. seq.

Libros duos ad nationes, ex Codice Agobardi, primus edidit notisque illustravit *Iacobus Godofredus*, Genev. 1625. 4. Fragmentum *de execrandis Gentium Diis*, Josephus Maria Suaresius Rom 1630. 4. Paris. 1630. 8. Vide Sirmondi opera Tom. 4. pag. 659. seq. & 667. *Librum de Oratione* Gallice vertit M. Hobier Paris. 1640. 12. integriorem dedit Vir Clariss. Lud. Antonius Muratorius tomo tertio anecdotorum Latinorum, Patav. 1713. 4. additis suis, & Gvil. Panciroli notis. Pars illa hujus libri Tertullianei ante inedita exstat etiam in Memoriis Trevultinis A. 1719. mense Febr. & in Ephemeridibus literariis Paris. 1719. Decembr. p. 664. Librum *de præscriptionibus adversus hæreticos*,

(a) *Albaspinæi* notæ in aliquot Tertulliani libros & loca cum ejus Observationum Ecclesiasticarum libris duobus editæ sunt Paris. 1622. 4. Helmst. 1672. 4. *Vvouverii* emendationes epidicticæ, id est speciminis causa datæ, (male apodicticæ apud Labbeum Tom. 2. de script. Eccles. pag. 387.) viderunt lucem Francof. 1612. 8.

hæreticos, ab Catholico adhuc scriptum, contra Dupinii & Allixii sententiam contendit Tillemontius. Eum cum scholiis Jo. Quintini Hedui excudit Andreas Wechelus Parif.1561.4.& (omissa appendice (*a*) quæ alium habere videtur auctorem) scholiis & commentario illustratum *Christianus Lupus*, Iprensis, Ord. Eremitarum S.Augustini, & Theologus Lovaniensis Bruxell.1675. 4. Idem liber separatim cum *Jac. Pamelii* notis editus prodierat Colon. 1594. forma minore. Et cum Vincentii Lirinensis commonitorio atque Ed. Campiani & Leonh. Lessii scriptis Lugd.1622. 12. Gallice per Aubertum de Macere Parif.1562. & Brosseo interprete (par le Sieur de la Brosse) Parif.1612. 8. Christoph. Augusti Heumanni emendationes quædam in hunc librum leguntur in Actis Eruditorum A.1715. Julio pag. 299. & Tom 6. supplementi pag. 196.

Liber de patientia, Germanice per *Lucam Majum*, Smalcald. 1582. 12. Gallice interprete Hobierio Parif. 1640. 12. Idem cum *libro ad Scapulam*, itidem Germanica interpretatione à D. *Abrahamo HincKelmanno* Luneburg. 1682. 12. *De corona militis* Latine & Gallice *Florimundo Remondo* interprete, Parif. 1594. 1507. 8. Verterat etiam Gallice Aubertus de Macere Parif. 1563. Nimis acerbe coronarum usum insectari Tertullianum judicat Carolus Paschalius libro de Coronis p. 46. Librum *de Carne CHristi* & *de resurrectione carnis* Gallice vertit Lud. Giry. Parif. 1661. 8. *Librum ad Martyres* Germanice B. D. Abr. Hinckelmannus. Luneb. 1682. 12. & Gallice præter Florimundum Remondum Paulus Colomesius Rupell. 1673. *Libri V. contra Marcionem* & *de judicio Domini* prodierunt inter Poetas Christianos Georg. Fabricii. Basil. 1562. 4. p. 258. *Carmen de Jona & Ninive* cum castigationibus Francisci Jureti, in Bibliothecis Patrum: & Lipf. 1681. 8. ad calcem Paulini Petrocorii, edit. Daumianæ. Tertulliani opuscula poetica cum notis Andreæ Rivini, Lipf. 1651. 8. In *libro de anima* plures errores commisisse quam in aliis scriptis omnibus, judicium est Mottani Vayeri Tom. 1. Opp. p. 472. sq.

Apologeticus ad Scapulam (*a*) cum antiquioribus Lactantii editionibus

(a) Hanc Dodvvellus diff. de successione Pontificum p. 216. & ad Irenæum p. 327. vel ipsi Tertulliano vel ejus æquali tribuendam existimat. Tertulliani etiam esse disputat celeberrimus Turneminius in memoriis Trevoltinis A. 1702. mense Augusto p. 311. seq. edit. Amst. Vide tamen quæ notat B. D. Ittigius præf. ad diff. de hæresiarchis p. 3.

(b) Scapulam fortasse Tertullum de quo Menagius amœnitat. juris p. 187. seq. Apologeticum hunc pro altera [illegible] librorum ad Nationes habuit Salmasius prolegom. in Solin. & de Cruce p. 340. seq. Græce etiam versum olim legit Eusebius; Confer Steph. le Moyne notas ad Varia sacra pag. 140.

tionibus ſæpius editus, ut Venet. 1509. fol. Pariſ. 1509. 4. & apud Aldum 1515. 8 *Franciſci Zephyri* paraphraſis exſtat in editione operum Tertulliani Pariſ. 1566. 8. Gallice vertit *Lud. Giry* Pariſ. 1636. 12. 1646. 12. & noviſſime accuratiore cura *Vaſſoultus*, additis notis: Pariſ. 1714 4. Journal des Savans 1714. Sept. p 291. Germanice D. *Abrahamus HincKelmannus* Luneb. 1682 12. Cum Gallica verſione Lud. Girii, præmiſſa compendio diſſ. Allixianæ de Tertulliani vita & ſcriptis recuſus Amſt. 1701. 12. Hiſpanica verſio *Petri Maneri*, Cæſarauguſtæ 1644. 4. Cum *Deſiderii Heraldi* Commentario & libro digreſſionum, adjuncto Minucio Felice prodiit Pariſ. 1613. 4. Nonnulla in ſua Apologetici editione emendat idem Heraldus pag. 602. animadverſionum de jure Attico adverſus Salmaſium. Cum erudito *Sigeberti Havercamp* commentario denique recuſus hic Tertulliani liber Lugd. Bat. 1718. 8. Codicem MS. Bibl. Gothanæ laudat Rev. D. Sal. Erneſtus Cypriani in Catalogo Codd. MSS. illius Bibl. pag. 9.

Liber de Pallio cum commentario *Theodori Marcilii*. Pariſ. 1614. 8. & cum notis *Jo. Merceri* in editionibus Tertulliani cum notis Pamelii Pariſ. 1598. 1608. fol. &c. Præter Marcilii & Merceri etiam *Edm. Richerii* obſervationes adjunctas habes in editione notarum Pamelii aliorumque Pariſ. 1635. fol. Dupinius per errorem inter hujus libri interpretes laudat Marſilium Ficinum. Cum commentario *Claudii Salmaſii* (*a*) Pariſ. 1622. 8. Lugd. Bat. 1656. 8. *Ludovici de la Cerda*, Lugd. 1626. fol. ad calcem ejus Adverſariorum ſacrorum, quorum capite 166. nonnulla Salmaſii adverſus Kerkoetium ſive Petavium tuetur. Gallice per F. Maneſſier. Pariſ. 1665. 12. Anonymi Pallium exulans (*b*) & in poſſeſſionem reſtitutum, accedit Tertulliani apologia pro pallio, A. 1629. 12.

Indices Scriptorum a Tertulliano memoratorum *ex editione Rigaltiana A.* 1641.

I. SACRORUM,

Amos.

Arithmi ſive Numeri pag. 540, 550, 590.

Barnabæ titulo utitur Epiſtola ad Hebræos, quam apud Eccleſias receptam pronunciat. 741.

Baruch,

(a) Salmaſio Petavius ſub Antonii Kerkoetii nomine animadverſa ad ejus notas in Tertulliani librum opponebat Rhedonis, 1622. 8. & cum Salmaſius ſub nomine Franciſci Franci confutationem animadverſorum Kerkoetii edidiſſet Middelburg. 1623. 8. Petavius maſtigophorum ſive elenchum repoſuit primnm, ſecundum & tertium: Pariſ. 1622. 1623. 8. Salmaſius refutationem utriuſque elenchi Cercopetaviani Pariſ. 1623. 8.

(b) Auctor B. D. Jo. Georgius Dorſchens, ut notavit D. Ittigius præf. ad librum de Bibliothecis Patrum p. XXVI.

Her-

IV. EORUM QUI DE DIIS scripserunt, rebusque ad sacra pertinentibus.

V. MAGORUM.

VI. MEDICORUM, MATHEMAticorum, & Physicorum.

VII. PHILOSOPHORUM.

VIII. HISTORICORUM.

IX. ORATORUM, POETARUM, & Grammaticorum.

Irenæus latine scripserit an Græce dubitatum est à magno Erasmo. Græce primum, deinde Latine scripsisse putarunt Possevinus & Fevardentius. Latine ab auctore fuisse exaratos libros V. de hæresibus videtur etiam innuere Cassander p. 4. Liturgicon & Vavassor p. 287. libri de ludicra dictione. Livius vero Galantes p. 19. comparationis Theologiæ Christianæ cum Platonica Irenæum inter latinos Patres satis celebratum appellat. Vicissim in indice sive ut scribit ille *catalogo* auctorum qui operi præfigitur, Arnobium videas Græcis Ecclesiæ doctoribus perperam annumerari. Alii versionem Irenæi nec ab ipso tamen profectam Irenæo nos habere recte agnoscentes, interpretem Tertullianei ævi esse existimant, qui nihil aliud afferunt probationis loco, nisi quod ante Augustinum scripsisse videatur, contra quod multa objici possunt, ut ait Pearsonius parte 2. Vindic. Ignatii pag. 169. At enim Græce scripsisse Irenæum & longo tempore interjecto post Annum C. 385. occasione Priscillianistarum illam quam habemus versionem nescio quo auctore concinnatam esse ostendit H. Dodvvellus diss. V. in Irenæum, cujus novam editionem tum meditabatur Vir Doctissimus. Interim luculentam ejusdem pii & antiqui scriptoris ἔκδοσιν debemus Clarissimo Viro Joanni Ernesto Grabio Oxon. 1702. fol. Utinam Græca quæ alicubi in Orientis Bibliothecis dicuntur delitescere, tandem in dias luminis auras proferantur.

IV. *IN SECULO TERTIO M. Minutius Felix* * Hujus Lactantio lib. I. cap. 11. & V. 1. institut. & Hieronymo pluribus locis atque Eucherio laudati, princeps editio est Romana cum Arnobio 1542. fol. à *Fausto Sabæo* Brixiano ad Vaticani codicis

cis fidem facta, quem Leo X. Francisco I. Regi Galliæ dono dedit. Inde secutæ Basileenses ex *Sigismundi Gelenii* recensione 1546. & 1560. Heidelbergensis 1560. 8. & Francof. 1610. 8. *Francisci Balduini*, (a) qui primus cum Morillono apud Adr. Junium III. 1. animadversorum, observavit esse librum singularem alterius scriptoris, non ut priores editiones venditaverant, octavum Arnobii. Hinc ex *Fulvii Ursini* castigatione (Petri Ciacconii schedis adjuti) prodiit Rom. 1583. 4. Et cum *Jo. Wovveri* eruditis notis Basil. 1603. 8 addito S. Cypriani libro de vanitate idolorum; *Geverb. Elmenhorstii*, Hanov. 1603. 8. & Hamb. 1612. fol. De simultate super Minutio edito Elmenhorstii ac Wovverii, confer Joseph. Scaligeri Epist. 257. 260. seq. Laudat Elmenhorstium Barthius pag 2916. Adversar. *Desiderii Heraldi*, Paris. 1605. 8. 1613. 4 cum Tertulliani Apologetico & 1615 4. cum Arnobio.

Omitto editiones in Bibliothecis Patrum, nec non Oxoniensem quam memorat Petrus Antonius Buchardus, Slesviensis in diss. de Minucio quam thesibus ex ejus libello excerptis & Chrestomathiæ Minucianæ præmisit, & præside B. D. Christiano Kortholto habuit Kilon. 1685. *Nic. Rigaltii* (b) Paris. 1643. 4. & 1645. cum Firmico; & 1666. fol per *Philippum Priorium*, cum Cypriano, Arnobio, Firmico, & Commodiano: & cum Cypriano de Idolorum vanitate, & Vvovveri Firmico Lugd. B. 1645. 12. Cum notis Variorum curante *Jac. Oiselio*, Lugd. Bat. 1652. 4. 1672. 8. Oxoniæ 1678. cum notis Nic. Rigaltii Giornale di Roma 1679. p. 137. Cum notis *Christoph. Cellarii*, Halæ Sax. 1699. 8. Cum notis Rigaltii & selectis Variorum novisque V. C. *Joannis Davies* Cantabrig. 1707. 8. Cum integris Vvovverii, Elmenhorstii, Heraldi & Rigaltii notis, aliorumque hinc inde collectis edente *Jac. Gronovio* qui emendationes & explicationes suas, tum libellum S. Cypriani qui Minutii vestigiis insistit, de idolorum vanitate, & Firmicum de errore profanarum relig. adjecit, Lugd. Bat. 1709. 8. Acta Erud. Tom. 4. supplem. pag. 423. Denique ex secunda *Jo. Davisii* recensione cum Variorum notis excusus est Cantabrigiæ 1711. 8. addito Commodiano. Memoirs of. literature Tom. 1. pag. 353. Mem. de Trevoux 1711. pag. 888.

Gallice Perroto Ablancurtio interprete Paris. 1646.12. 1662.12. & la-

(a) Nonnulla in Balduini editione reprehendit Lud. Carrio lib. 2. emendatt. c. 18.

(b) Sarravius p. 69. Epist. *Eruditissimi Rigaltii Minucius Felix sub prælo sudat. Miraberis ex uno MSto Regio tot diversas editiones prodiisse. Vidit tamen ille quæ cæterorum diligentiam effugerunt. Scilicet solus tranio vultures.*

& latinis è regione positis Lipſ. 1689. 12. *Anglice* Lond. 1682. 8. *Belgice* per M. Gargonum Vlissingæ 1712. 8. Hypocriticus Minutianus *Joannis Meursii* cum Critico ejus Arnobiano prodiit Lugd. Bat. 1598. 8. & in edit. posteriore cum notis Var. Lugd. B. 1672. 8. Minucium ab Erasmo editum, cave credas Dupinio, qui etiam falsus est quando impingit Minucio quod animas simul cum corporibus mori docuerit. Longe enim alienum se ab hoc errore fuisse demonstrat cap. 34.

Antiquiorem quam vulgo creditur Minucium extremis Marci Antonini temporibus scripsisse persuasit sibi Henr. Dodvvellus III 16. diss. Cyprianic. Et Blondellus libro Gallice edito de Eucharistia pag. 119. Minutium æqualem facit Frontonis qui M. Antoninum docuit circa A.C. 160. Salvianum nonnulla Minutii esse imitatum observat Rittershusius. Locum insignem Minutii de versibus sive fulcris, Dianæ simulacro apponi solitis illustravit *Lucas Holstenius* in singulari diss. symbolicæ Dianæ Ephesiæ statuæ à Claudio Menetrejo, cimeliothecæ Barberinæ præfecto expositæ Rom. 1688. fol. Eam Iac. Gronovius in tomo VII. thesauri Græcar. Antiquit. pag. 393. & in sua Minutii editione integram exhibuit pag. 209.

Index scriptorum à MINUCIO FELICE citatorum, *ex editione JAC. OIZELII A.* 1652.

Per-

De fato cum pauca dixiſſet cap. 36. Minutius, ſubjungit: *Ac de fato ſatis, vel ſi pauca pro tempore, diſputaturi alias & uberius & plenius*. Atque ut teſtatur Hieronymus c. 58. de ſcriptor. Eccleſ. olim ſub Minutii nomine ferebatur liber *de fato vel contra Mathematicos* ſive Aſtrologos, *qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtilo convenire*. Idem Epiſtola ad Magnum: *Minutius Felix cauſidicus Romani fori in libro cui titulus Octavius, & in altero contra Mathematicos, ſi tamen inſcriptio non mentitur auctorem, quid gentilium literarum dimiſit intactum*. In antiquis Honorii editionibus lib. 1. de ſcript. Eccleſ. cap. 59. male excuſum *de facto* pro *fato*.

Thaſcius Cæcilius Cyprianus ex edit. præclara Jo. Felli Oxonienſis Epiſcopi cum Annalibus Cyprianis Pearſonii Oxon. 1682. fol. Bremæ 1690. Amſt. 1699. ubi & Henr. Dodvvelli diſſertationes Gyprianicæ exhibentur, quæ Oxonii quoque ſeorſim prodierunt 8. fol. * *S. Cypriani (a)* vitam, qui A. C. 258. Martyrium pro CHriſto fortiter ſuſtinuit, ſcripſit *Pontius* ipſius Diaconus, quæ exſtat apud Surium 14. Sept. & in Cypriani editionibus. Pontii acta Martyrii apud Baluz. Tom. 2. Miſc. pag. 124. E recentioribus accurate præ cæteris de Cypriano Jo. Pearſonius in annalibus Cyprianicis, Tillemontius Tom. 4. memor. Hiſt. Eccleſ. & auctor vitæ Cypriani ſex libris Gallice editæ Pariſ. 1714. 4. de quo acta Erud. 1718 pag. 293. Journal des Savans

(a) Alius 1) Cyprianus Antiochenus ſub Diocletiano paſſus Nicomediæ de quo Eudocia apud Photium Cod. 184. Nazianzenus Orat. 18. Surius 26. Sept. Goar ad Eucholog. pag. 719. Marbodeus Redonenſis pag. 1513. Opp. Edmund Martene Tom. 3. theſauri novi anecdotor. &c. 2) Cyprianus Brixienſis de quo Acta Sanctor. Tom. 2. April. 21. pag. 849. 3) Cyprianus Petragorici Abbas de quo Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum cap. 100. 4) Abbas Cyprianus cognomento Cuculas de quo Moſchus in prato ſpiritali cap. 132 5) Cyprianus Cæſarii Arelatenſis diſcipulus, & vitæ ejus ſcriptor circa A. 546. apud Surium 27. Auguſt. 6) Cyprianus Cordubenſis ſeculo X. de cujus ſcriptis genuinis, & ſuppoſititiis Nic. Antonius lib. 6. Bibl. Hiſpan. vet. c. 7.

vans 1717 pag. 429. 491. Non contemnenda etiam de Cypriano collegit auctor Observatt. Miscellanearum editarum Lipsiæ Germanice A. 1717. 8. Tom. 3. pag.167. seq.

1. Cypriani Epistolæ & tractatus Rom. 1471. fol. per Conradum Svveynheym & Arnoldum Pannartz, (in Bibl. Jo. Mori, Episcopi Eliensis) & eodem anno Venetiis per Vindelinum Spirensem, fol. (in Bibl. Leidensi, Telleriana aliisque.) Falluntur enim qui Spiræ A. 1471. Cyprianum impressum esse tradunt, Joh.Suabertus, Jo. de la Caille, Cornelius Beughem, Jo.Fellus, Gvil.Caveus, & Auctorum Eruditorum scriptores A. 1683.p.41. Vide Mich. Maittaire Annales typograph. pag. 89. & Dan. Maichelium de Bibliothecis Parisiensibus pag. 89. Cypriani opera sine loco & anno, fol. Paris. 1512. 4. per Bertoldum Remboltum, cum præfatione Roberti Fortunati, Maclonienfis, & C. de P. ad Jac. Grasolarium, civem Venetum. Cum notis *Erasmi* in loca quædam & præfatione ejus (data Lovan. 1519.) quæ inter Epistolas Erasmi lib. XXVIII. 6. edit. Lond. legitur Basil. 1520. fol. & 1525. fol. apud Frobenium & 1540. fol. & 1558. Lugd. 1528, 1537. apud *Seb.* Gryphium 2. Vol. 1544. 1550. 8. Coloniæ 1520. apud Henricum Alopecium. Antvverp. 1541. 8. ex Erasmi editione. Veneti 1547. 8. Parisiis 1541. fol. apud Arnulphum Langelier, editio mire interpolata & contaminata licet repurgationem jactet in titulo, qua de re Pamelii querelam habes apud Caveum. Coloniæ 1544. apud Quentelium cum notis *Henr. Gravii*. Coloniæ 1549. Rom. 1563. fol. per *Paulum Manutium* (a) qui Epistolarum librum quintum addidit. In hac editione multa è MS. antiquissimo Veronensi emendavit Latinus Latinius, qui nomen suum adscribi noluit, quod Manutius contra Codicum Mss. fidem aliqua retinuisset, alia addidisset. Vide vitam Latinii pag. 6. & Jo. Rainoldi colloquium cum Hardto p. 328. seq. Voetium desperata causa Papatus pag. 494. 517. Dallæum de usu Patrum p. 83. seq. Tamen & Latinius Epistolam Firmiliani in ea omisisse se testatus est in qua Stephanus Episcopus Rom. perstringitur. *Ego*, inquit Latinius pag. 177. Bibl. sacro profan. *omisi*, *non Manutius*, *cum majorum exempla secutus*, *tum petulantiam hominis detestatus*. Paris. 1564. fol. ex *Guill. Morelli* emendatione cum præf. Hadr. Turnebi. In hac editione, Epistola Firmiliani restituta.

Cum

(a) Hæc editio Parisiis in Bibl. S Genovefæ servatur collata cum Vaticanis codicibus quatuor, nec non Veronensi, & Neapolitano, manu Joh. Coremelli (Corbinelli) nobilis Florentini, teste Dan. Maichelio pag. 90. de Bibliothecis Paris. Eadem fuit in Bibl. Telleriana p. 20.

Cum notis *Jacobi Pamelii*, Antvverp. 1568. 1589. fol. Parif. 1574, 1593, 1603, 1616, 1633, 1644. & Colon. 1617, 1632. *Latini Latinii* obfervationes ad Pamelianam Cypriani editionem leguntur in ejus Bibliotheca facro profana pag. 171.-181. Cum notis Pamelii & *Simonis Goulartii* ad eas obfervationibus Genev. 1593. fol. Goulartium bene in Cyprianum fcripfiffe monet Scaliger in Scaligeranis p 153. Cum notis eruditis *Nic. Rigaltii* Parif. 1648. fol. Cum notis Rigaltii, felectisque aliorum & *Philippi Priorii* Parif. 1666. fol. adjunctis Cypriano fcriptis Minucii Felicis, Arnobii, Commodiani, nec non Firmico de errore profanarum religionum. Journal. des Sav. 1666. pag. 72. Cum Annalibus Cyprianicis *Joannis Pearfon*, & notis præclaris *Joannis Felli* Oxon. Epifc. qui veteres editt. & Codices MSS. confuluit, Oxon. (a) 1682, fol. è theatro Sheldon. editio nitida & luculenta recufa Bremæ 1690. & Amft. 1699. fol. additis utrinque *Henrici Dodvvelli* XIII. differtationibus Cyprianicis, quæ feparatim viderant lucem Oxon. 1684. 8. *Tomæ Iamefii* Cyprianus redivivus Lond. 1600. 4. è quo Poffevinus Tom. 1. apparat pag. 396. feq. exhibet Varias lectiones & emendationes libri de unitate Ecclefiæ ex quatuor Mss. Angl. Confer Rich. Holdsvvorth prælect. theolog. 36. pag. 314. Voetium defperata caufa papatus pag. 314. Crenium VII. animadverf. pag. 68. & Riveti criticum facrum II. 4.

S. Cypriani Epiftolæ ordine Pameliano locatæ, ex editione Goulartiana in fectiones divifæ, & cum S. Auguftini ad Cypriani argumenta de baptifmo hæreticorum (b) refponfionibus fuo loco fubjunctis, variis etiam Pamelii, Rigaltii, aliorumque lectionibus & conjecturis, Gratiani in decreto, Lombardi in libris fententiarum, ac Thomæ Aquinatis in fumma Theologiæ, allegationibus in margine notatis, indicibusque feparatim editæ cura *Lucæ Friderici Reinharti*, Theologi Altdorf. 1681. 4. Vide D. Jo. Fabricii Theologi Helmft. Bibliothecam Tom. 4. pag. 113. Lettres choifies de Cyprien aux Confeffeurs & aux Martyrs, avec des remarques Amft. 1688. 12. par. Mr. Jaqves l'Enfant.

Cypriani Opera *Germanice* per Melchiorem Ambach, Norimb. 1553. fol. *Gallice* par Jaqves Tigeon, Angevin Parif. 1574. fol. vide Verderii Bibl. Gallicam p. 140. Par Mr. Lombert, avec des.

(a) Acta Erud. 1683. p. 41. Bibl. univerfelle Tom. 12. pag. 107. feq.

(b) Non obftante de rebaptizatione hæreticorum errore nihilominus in Ecclefia femper pro fancto habitus Cyprianus. Adi Jo. Launoium lib. VIII. Epift. 15. Feftum honori ejus confecratum Κυπριανά. Vide Meurfium, Suicerum, Cangium in hac voce. Evagrium IV. 16. Niceph. XVI. 12. e Procopii l. 21. Vandal.

des remarqves & la vie de ce Pere. Parif. 1672. 4. *Anglice* à Nathanele Marshallo, cum notis. Lond. 1717. fol. Acta Erud. 1718. p. 145.

Præter *Favrium* Theologum Sorbonicum (de quo Rich. Simon Bibliotheque Critique T. 2. pag. 213. seq.) novam Cypriani editionem paravit (a) *Baluzius* collatis Codicibus Mss. XXXIV. Vide Memorias Trevoltinas A. 1709. pag. 300. Journal des Savans 1716. pag. 90 231.

Liber de Idolorum vanitate, fæpius editus cum Minutio Felice, ut fupra in Minucio dixi. *De bono patientiæ* cum notis Jeremiæ Stephani, Oxon 1632. 8. *Liber de unitate Ecclesiæ* recufus etiam in Joh. Thomæ de Rocaberti, Archiepifc. Valentini Bibliotheca maxima Pontificia quæ tomis XXI. lucem vidit Rom. 1695--1699. fol. volumine fexto. Et cum S. Auguftini libro ejufdem argumenti Helmft. 1657. 8. præmiffa D. Georgii Calixti introductione, edente filio D. Frid. Ulrico Calixto. *Libellus de Oratione Dominica* ex Faerni Codice recenfitus legitur in Operibus Stanislai Hofii Tom. 1. p. 231. feq. Svecice vertit Jo. Grofch, Paftor Coburgenfis Roftoch. 1615, 8. Hifpanice Diaconus Martinez, S. I. *Libellum de mortalitate*, quem præter rem Cypriano Sandius abjudicat, Combefifius recudi curavit in Bibliotheca Concionatoria, & cum notis feparatim vulgavit Jenæ 1681, 12. Bartholomæus Francus, Minifter Ecclefiæ Neoftad. ad Orilam Laudantur in Ephemeridibus literariis Parif. A. 1682. pag. 59. Gallice prodiit Parif. 1653. 12. *Epiftolam ad Stephanum Papam*, Cypriani non effe contendit Launoius parte altera opufculorum de duobus Dionyfiis (confer B. D. Antonii Reiferi Launojum confefforem pag. 795 feq.) fed non fine caufa aliter videtur Menardo, Rigaltio, Fello, Lomberto, Pafcafio Quefnello diff. V. ad Leonem M. Natali Alex. Eliæ du Pinio aliisque. Vide Hugonem Mathoudum de vera Senonum origine Chriftiana pag. 365. feq. & Ittigii Obfervat. IV. ad fupplementum Clementis Alex.

De laude Martyrii ad Moyfen & Maximum Cypriani effe non dubitat qui in Bibl. Concionatoria exhibet Combefifius. De libro *de opere & eleemofynis*, Urbani Regii judicium prodiit Francof. 1545, 8. De *Genefi*, *Sodoma*, & *Ligno vitæ*, quæ carmina male ad Cyprianum auctorem referuntur, dixi fupra lib. IV. capit. 2. Librum *de fpectaculis* Cypriano abjudicat Jo. Fellus: Huetius in Origenianis pag. 277, librum *de fingularitate clericorum*. Sine magna caufa, opinor, per-

(a) Hæc editio Baluzii poftuma prodiit cura Benedictinorum anno demum 1727.

perinde ut *librum testimoniorum ad Quirinum* idem Erasmus, & ad Josuam p. 99. Andreas Masius, quem præter alia argumenta satis Hieronymi, Augustini, Gennadii, Bedæ aliorumque veterum testimonia Cypriano vindicant, ut præter Fellum probavit Bullus pag. 220. defens. fidei Nicænæ. Librum *de Cardinalibus CHristi operibus* Paris. 1500, editum Cypriani non esse probavit Jo. Dallæus II. 39. de scriptis Dionysii & Ignatii, atque recentiores editiones restituerunt vero auctori *Arnoldo* Carnotensi, Abbati bonæ vallis Ord. Benedictin. circa A. 1162. de cujus scriptis videndus Casimirus Oudinus in opusculis veterum Galliæ & Belgii scriptorum.

Petri Heylini Cyprianus Anglicus huc minus spectat, est enim historia de vita & morte Gvil. Laudi, Cantuariensis Archiepiscopi, edita Anglice Lond. 1668. fol. Laudus capite truncatus 10. Jan. 1645. Entretiens sur la bonne conduite, tirez de S. Cyprien, Paris 1644, 4. Oratio Cypriani cum duabus Nazianzeni versa Italice ab Annibale Caro Venet. 1569, 4. Tertulliani & Cypriani theosophia, fidei antiquæ & vitæ vere Christianæ tradens documenta, per Hermannum Rhatmannum, Vviteb. 1619, 4. Vita Cypriani Paris. 1566. 8. Vir celeberrimus, Montfauconus in Diario Italico pag. 75. ex fide possessoris narrat Venetiis in Bibliotheca D. Tarvisiani in Codice Ms. recenti exstare quasdam Cypriani Epistolas non editas. Idem Montfauconus insignem Cypriani Codicem sæculo exaratum sexto vel septimo memorat exstare in Bibl. Coislinianæ pag. 241. Codicis Remensis auctioris meminit Rigaltius notis in Epist. ad Rogatianum, ex quo Colomesius putat Hincmarum Tom. 1. p. 356. auctiora citasse verba ex Epistola ad Jubajanum: *Servatur à nobis patienter & firmiter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei & concordia sacerdotii.* Sed quæ apud Hincmarum sequuntur, illius esse puto, non Cypriani verba: *& quantum ex nobis est cum omnibus hominibus, & etiam cum his qui oderunt pacem, habere pacem desideramus. Unumquemque vero sua conscientia conveniat, & ab Ecclesiastica pace nemo se, quod non optamus, sejungat.*

Index eorum ad quos scribit S. Cyprianus.

Clero

Arnobii Oratoris, gente Afri *libri VII. adversus Nationes*, quas circa annum U. C. 1050. h. e. CHRISTI 298 scripsisse se innuit p. 94. editionis præstantissimæ, Salmasianæ * *Arnobii*, quem Ecclesiasticorum scriptorum Varronem vocat Vossius lib. I. cap. 9. de analogia, prima editio est Romana Fausti Sabæi Rom. 1542. fol. apud Franciscum Priscianensem. Hanc secutæ aliæ: Ex *Sigismundi Gelenii* castigatione. Basil. 1546. 1560. 8. Tertullianus & Arnobius ex recensione *Renati Laurentii de la Barre* Paris. 1580. fol. cum notis. Cum *Theodori Canteri* notis Antverp. 1582. 8. (male 1532. in Catologo Bibl. Tellerianæ pag. 32.) Uberiores Commentarii quos notis ad librum sextum Canterus promittit, numquam lucem viderunt. Ex Canteri emendatione (sine notis) in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. Tom 3. & in supplemento Morelliano Paris. 1639. Tom. 1. Ex emendatione *Fulvii Ursini* Rom. 1583. 4.

De qua editione Possevinus Tom. 1. apparat. *Arnobius cum adhuc ethnicus ad CHRISTI fidem occultis inspirationibus urgeretur ab Episcopis Africæ, Baptismi sacramentum petiit: cumque illum rejecissent, veriti quin illuderet Christianæ religioni, quam catenus oppugnaverat, obtulit eis in argumentum sinceritatis suæ tanquam fidei obsides præstantes illos quos habemus libros, quos cum* Jo. Baptista Sigecellus, *qui postea Episcopus Faventinus à Pio IV. Pont. Max. factus est, correxisset ac restituisset, Germani aliqui aversi à Catholica fide non tam sanarunt quam immutarunt pro libito, ut vix antiquæ lectionis vestigium pluribus in locis reliquerint. Quod incommodum cum* Petrus Ciacconus *Hispanus vir eruditus animadvertisset, præclaris correctionibus illustratum Arnobium jamjam erat emissurus, nisi morte fuisset ereptus. Hos labores Pontifex Max. additis aliorum doctorum hominum emendationibus, jussit à* Fulvio Ursino *examinari atque conferri. Itaque in textum seriemque recepit, quæ multorum judicio probata, & (ut ipse inquit) sine ulla controversia vera sunt visa: quæ autem non ita vera videbantur, ea suis distincta numeris, in oris paginarum, notanda cum curasset, adjunctis si quæ erant ad firmandas conjecturas, notis Arnobius Romæ editus est quam fieri potuit emendatissimus.* Cum *Godescbalci Stevvechii* electis ad Arnobii libros à se emendatos Antuerp. 1586. & Colon. 1604. 8. & additis paratitlis sive summariis à *Leandro de Sancto Martino*, Duaci 1634, 8. *Joannis Meursii* Criticus Arnobianus cum Hipocritio Minuciano & variis lect. MS. Regii Paris. Arnobii excerptis à Josepho Scaligero Lugd. Bat. 1599. 8. *Petri Scriverii* anti-Criticum Critico Arnobiano oppositum memorat Hadr. Bailletus de antiscriptoribus Tom. 2. pag. 299. Daniel Heinsius præf. ad notas in Clementem Alexandrinum, Petro Scriverio dicatas: *Mihi satius est si tua causa hæc potissimum scripsisse me scias, quem jam annos plurimos in maximo & eruditissimo scriptore Arnobio versari, omnes fere & sciunt & cogitatione tacita illud ὑπερήμερον flagellant. Videbis ergo si quid tibi usui futurum sit in istis. Nam Arnobium, ut nosti, quantus est formavit Clemens.* Arnobius cum notis *Geverhard. Elmenhorstii* ad illustrem virum Josephum Scaligerum, eruditorum suæ ætatis facile principem Hanov. 1603. 8. Cum *Desiderii Heraldi* observationibus Paris. 1605. 8. Cum notis *Elmenhorstii* longe auctioribus & variarum lectionum libello ex Codd. MSS. Hamburg. 1610. fol. *Julii Cæsaris Bulengeri* eclogarum ad Arnobium liber primus Tolosæ 1612. 1623. 8. Arnobius à *Claudio Salmasio* (a) emendatus cum notis

(a) Andreas Rivetus Critici sacri lib. 2. cap. 17. *extremam manum exspectamus à nobiliss. & doctissimo* Salmasio, *cujus commentarium expectat textus Arnobii jam excusus, & ad manuscripta exemplaria emendatus.*

notis integris Canteri, Stevvechii, Elmenhorſtii, & Heraldi. Lugd. Bat. ex officina Joannis Maire, 1651. 4. Commentario quem addere parabat Salmaſius, A. 1652. immortuus fuit. Prima ejus folia ſive disquiſitionem de nominibus antiquorum Romanorum (quam uberibus in Arnobium notis præmiſſurum fuiſſe notavit Sarravius p. 42. Epiſt.) nactus ego ex Bibliotheca Gudiana, edidi ad calcem tomi ſecundi Operum S. Hippolyti, Hamb. 1618. fol. *Jo. Iſaaci Pontani* animadverſiones in Arnobium habuit Boxhornius, qui earum meminit p. 37. Epiſtolar. Cum *Philippi Priorii* & ſelectis aliorum notis prodiit Arnobius ad calcem Cypriani Pariſ. 1666. fol. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. Tomo III. *Belgice*, interprete Joachimo Oudaen. Harling. 1677. 8.

Scriptores qui ab Arnobio citantur.

ad paginas edit. Lugd. Bat. 1651. 4.

Alius Arnobius junior, qui medio seculo quinto ad Leontium & Rusticum scripsit *commentaria in Psalmos* (a) edita Argentinæ 1522, 4. cum Erasmi commentario in Psalmum 2. Deinde recusa Colon 1532. 8. Basil. 1537. 8. & ex Laur. de la Barre reccensione, & Paris. 1639. cum *annotationibus* ejusdem Arnobii ad quædam Evangelistarum loca post editionem Gilberti Cognati, Basil. 1543. 8. à Schotto recensitis, & in supplemento Bibl. Patrum Parisiensi T. 1. p. 388. 815. & in Bibl. Patrum Lugd. T. 8. p.203, 329. Latini Latinii castigationes ad editionem Basil. 1537. exstant in ejus Bibliotheca sacro profana pag. 95. ---98. *Altercationem* hujus Arnobii cum *Serapione Ægyptio*, ad calcem Irenæi subjecit Fevardentius (in Grabiana Irenæi editione omissam) & in supplemento suo pag. 352. & Bibliotheca Patrum p. 236. recuderunt Parisienses & Lugdunenses.

Victorinus Petavionensis Pannonius, sub cujus nomine commentarius in Apocalypsin in Bibliothecis Patrum legitur. Scio ple-

(a) Patiniana p.130. *Mr. Cujas disoit qu'il n'avoit jamais lu de livre où il n'eut appris quelque chose, excepté Arnobe sur les Pseaumes.*

plerosque illum Victorino abjudicare, sed fieri potest ut partim illius sit, partim alterius, sive ab alio interpolatus, quod est judicium Launoji pag. 50. diss. de Victorinis Paris. 1653, 8. Tractatum brevem de fabrica mundi sub Victorini nomine vulgavit doctissimus Caveus in hist. litteraria.

Cœlius Lactantius Firmianus inter primos libros typis exscriptos lucem vidit: * Lactantii editiones hæ mihi innotuere, 1465. *(a)* (non 1461. uti legitur in celeberr. Montfauconi Diario Italico pag. 256. qui ipse deinde confessus est se per errorem posuisse illum numerum) Romæ è Monasterio Sublacensi fol. Pontificatus Pauli papæ II. anno secundo. Vide Mich. Maittaire annal. typograph. p. 60. Exstat in Bibl. Barberina & Zvvickaviensi *(b)*. 1468. Romæ in domo Petri de Maximis, per Conradum Svveynheym & Arn. Pannartz. fol. Hæc editio fuit Neapoli in Bibl. Josephi Vallettæ. Memoratur etiam à Rich. Simone Tom. 2. Epist. select. pag. 153. Post capitum argumenta libro præmissa sequuntur Lactantii errata per fratrem *Antonium Raudensem (c)* Theologum collecta, cui hoc octastichon rependit frater *Adam Genuensis*:

Hic male corripuit stolidis Antonius ausis
Auctorem: in variis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere, vel nitidum luce carere jubar.

(a) Lud.-Vives lib. 2. de anima p. 88. *Ex nomine Ciceronis venit in recordationem Lactantius, qui fuit ejus imitator: ex hoc de chalcographia. Nam is liber dicitur formulis aneis excusus vel primus vel cum primis.*

(b) Tho. Schmid. Chron. Cygneum pag. 102. Godfr. Ludovici Schul-Historia Tom. 3. p. 182. Hottingerus in Bibliothecario quatripartito, & Langius in epist. medicinal. p. 560.

(c) Idem est Raudensis, cujus observationibus de linguæ Latinæ elegantia, nescio an editis, gravem censuram opposuit Laurentius Valla. Raudensem ob censuram in Lactantium latam reprehendit Franciscus Philelphus libro V. Epistola data A. 1443. *Vellem equidem, pater optime, ab omni istius modi scribendi genere te continuisses, neque cum insaniente Candido Decembre desipere ipse voluisses. Id certe fuisset & ordinis & dignitatis tuæ. Quæ enim per immortalem Deum fanatica ratio te commovit, ut perinde atque infesto quodam atque inimico afflatus spiritu in virum illum doctissimum atque disertissimum tam insolenter, tam injuste, tam impie invehereris, ut non res solum pene innumerabiles consulto male interpreteris, sed nomen etiam viri depravare studueris, utpote quem* Lactensium *pro* Lactantio *nomines. Nam de rebus ipsis quid loquar quas vel pueris notas dum corrumpere laboras, te omnibus eruditis & gravissimis viris ridiculo prabes. Pudet me profecto ea in medium proferre, quæ à te non inepte minus quam perperam notata sunt atque reprehensa. Rogo igitur te ut in hac re Aurelium Augustinum imiteris. Retractavit ille vir æque sapiens ac sanctus, quæ imprudenter erravit. Retracta etiam tu, si tibi constas, quæ sciens volensque male scripsisti. Quod si feceris, non modestia & verecundia minus quam sapientia laudabere. Vale, Mediolani.*

Denique cum sanctæ Ecclesiæ pia lumina constet
Obsequio ex tanto conticuisse viro,
Tu vero eloquio lingua interdicta latino
I cubitum, nam te pensitat elleborum.

1470. Romæ per eosdem, cum præfat. Joh. Andreæ Aleriensis Episcopi, in qua inter alia: *Sumant studiosi per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab iis iterumque impressum, nonnullis in locis veriorem*. 1472. Venetiis fol. quam male pro omnium principe habuit Gallæus. Conradus Rittershusius ad Salvian. p. 192. *Habeo*, inquit, *antiquam editionem Lactantii Venetam quæ A.* 1442. (lege 1472.) *prodiit apud Vendelinum.*

Arguit hic hominum sectas Lactantius omnes
Septeno falsas codice, vera docens.
Sive Deum tangat, turbato lumine cernens
Ira furor, gemino pernotat inde libro.
Et volucrum versu Phœnix comprenditur una
Quæ nostro nunquam pascitur alma solo.
Hincque Redemptoris nostri non carmina desunt
Quæ positum è tumulo dulce canendo vocant.
Presserat hunc primo mundi caput, inclyta Roma:
Post Regina premit quippe colenda maris.
Impressum formis justoque nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit Artis opus.

1474. Romæ per Udalricum Gallum Alamannum & Simonem Nicolai de Luca, fol. *Bibl. Hohendorfiana* p. 3. Hæc editio, quæ erat in Bibl. Gudiana, & undecim marcis veniebat, perperam in illo Catalogo p. 33. pro prima omnium venditatur. 1476. Rostochii fol. per *fratres presbyteros & clericos congregationis domus viridis horti ad S. Michaelem in opido Rostochiensi partium inferioris Sclaviæ, prout facultas & industria tulit, emendate satis & accurate consummat*. 1478. Venetiis impendio providorum virorum Jo. de Colonia & Joh. Manthen de Gheretzen. fol. 1478. Venet. fol. per Andream de Paltasichis Catarensem & Boninum de Boninis, socios. 1483. Veneta fol. per Bernardinum de Benaliis, Bergomensem. 1490. Venet. 1493. Venet. fol. est in Bibl. Leidensi. 1497. Venet fol. per Simonem Bevilaquam, Papiensem. Editio expressa ad Romanam 1470. cum præfatione *Joannis Andreæ* ad Paulum secundum: & errata Lactantii ab Antonio Raudensi notata referens inter argumenta capitum volumini præmissa. Huic Venetæ editioni additum *carmen de phœnice*, quod ex asse convenit cum lectionibus quas ex MS. Vindobonensi dat Lambecius Tom. 2. pag. 788. nisi quod v. 61. *lapsum* pro *lassum*.

1502.

1502. Venet. fol. ex emendatione *Jo. Pierii Valeriani*. 1509. fol. impensis & opera Joannis de Tridino, cognomento Tacuini, Venetiis dominante Leonhardo Lauredano Principe. Ex castigatione *Jani Parrhasii*, addito Tertulliani Apologetico, & Chrysostomi sermone de Eucharistia & Laur. Vallæ, nec non narratione ex Suida in Christo. 1509. 4. Parif. apud Jo. Parvum, cum Tertulliani Apologetico & cæteris aliorum, jam commemoratis cum præfatione *Ægidii Maserienfis*. Hæc & superiores duæ sunt apud me. 1511. Venet. fol. apud Joannem de Tridino. 1513. Parif. 1513. 8. apud Juntam, Florentiæ ex *Mariani Tuccii* recognitione. Ex hac nonnullis locis Walchianam emendat Clariss. Heumannus, Neve Bucherfaal XLV pag. 670. 1515. 8. apud Aldum, cum Tertulliani apologetico, ex emendatione *Jo. Baptistæ Egnatii* Veneti. 1521. Venet. expressa ad illam Anni 1509. 1521. Basileæ apud Cratandrum, in 4. 1524. Basil. 4. ex ejusd. Cratandri officina. 1535. Basil. fol. apud Cratandrum. 1538. Venetiis apud *Paulum Manutium* ex castigatione *Honorati Fasitelli*, Venet. 1539. 8. Antvverpiæ apud Joannem Gymnicum cum Erasmi scholiis in librum de DEI opificio. 1541. Lugd. apud Gryphium, ex Fasitelli recensione. 1543. Lugd. 1544. Colon. fol. cum Barthol. Laurentis indice, & annotationibus Erasmi in librum de DEi opificio, apud Petrum Quentelum. 1546. Parif. 8. Lactantii Institutiones Gallice, Renato Fumeo interprete, atque iterum Lugd. 1547. 12. & Parif. 1581. 12. 1548. Lugd. 12. apud Jo. Tornæsium & Gulielmum Gazejum, ex Fasitelli recensione.

1553. Lugd. 12. ex illa Anni 1548 expressa. 1555. Antvverp. 1556. Basil. fol. in hæresiologia Joannis Heroldi. 1561. Parif. 12. apud Hieron. de Marnef ex Veneta Anni 1535. 1563. fol. Basil. apud Henr. Petri, cum commentario sive locis communibus Theolog. & Philosoph. *Sixti Betuleji*, & ejusdem Betuleji vita per Jo. Nyseum scripta. 1563. Parif. 1567. 12. Lugd. ex Tornæsii officina. 1570. Antvverpiensis Stelsii, Gallæo memorata editio. 1570. Antvverp. apud Plantinum, 8. cum *Mich. Thomasii* notis & emendationibus, quæ editio cum MS. Lipsiensi & Palatino collata exstat in Bibl. Leidensi. De antiquissimo Codice Bononiensi, quo usus est perinde ut aliis Vaticanis septem Thomasius, & postea etiam Isæus, vide Allatium ad antiquitates Hetruscas p. 51. sq. & Montfauconi Diarium Ital. pag. 409. & Bibl. Coislinianam pag. 58. qui priore loco fallitur cum scribit nullum ejus hactenus usum fuisse. Incommodum est quod capita diversimode distinguit Betuleji & Thomasii editio. Etiam nonnulla, ut orthodoxum magis redderet Lactantium, contra MSS. Codicum fi-

dem alterasse Thomasium, monet Rich. Simon. in Epistolis selectis Gallice editis Tom. 2. p. 442. seq. 1587. Lugd. 8. Lactantii opera ex fide & auctoritate librorum MSS. emendata à Jacobo Cujacio. 1587. apud Plantin. 8, cum notis Mich. Thomasii, Lactantium quo magis catholicum redderet, subinde audacius alterantis. Hanc editionem habeo collatam cum Codice MSto chartaceo Bibl. Lipsiensis. 1589. Paris. 8. cum ejusdem Thomasii notis. 1594. Lugd. 12. apud Tornæsium ex illa Cujacii A. 1587.

1613. Genevæ 12. apud Tornæsium, editio emendata magnam partem à *Jacobo Cujacio*, ex illa Anni 1587. 1613. Colon. 12. cum priore ex asse conspirans. 1616. Lugd. 12. 1646. Cæsenæ fol. cum notis *Josephi Isæi*, Cæsenatis, qui duobus Bononiensibus, duodecim Vaticanis & insigni Michaelis Thomæ Taxaquetii MSto usus, plures etiam editiones veteres inspexit. 1650. Rom. fol. apud Mascardum cum notis ejusdem Isæi, sed minus quam prior emendata. Vide Miscellanea Lipsiensia Tom. 3. pag. 130. 1652. Lugd. Bat. 8. cum notis *Antonii Thysii* ex officina Petri Leffen. 1660. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium 8. cum selectis variorum commentariis: nitida & egregia editio studio *Servati Gallæi*, qui præclaram Lactantio operam navavit, Salmasii usus schedis & Isæum præ cæteris secutus. Idem insignem etiam variarum lectionum libellum ex Codicibus MSS. ad calcem voluminis subjicit. 1684. Oxoniæ. 8. cum notis *Thomæ SparK*, quinque Codicibus MSS. usi: & addito libro Lactantii de mortibus persecutorum qui in prioribus editt. desideratur, & H. Dodvvelli diss. de ripa striga. Vide Acta Erud. 1685. p. 265. 1685. Cantabrigiæ, 8. cum variis lectionibus Sublacensis editionis, quam pro MSto editor venditat, & Codicis MS. in Collegio Emanuelis Cantabrig. Vide Acta Erud. illius anni pag. 585. 1698. 8. Lipsiæ cum notis *Christophori Cellarii*. Acta Eruditor. illius anni pag. 535. 1715. 8. Lipsiæ cum notis V. Cl. *Jo. Georg. Walchii*, & præmissa diss. de Lactantio (*a*) ejusque stylo. Vide Acta Eruditor. illius anni pag. 273. Neve Bibl. Hall. XXXVIII. pag. 709. & censuram *Jo. Ludolphi Bunemanni*, Gymnasii Mindensis Rectoris eruditissimi, qui & ipse novam Lactantii editionem ex LX. amplius MSS. & editionibus singulari studio castigatam notisque illustratam molitur, Tom. 3. Misc. Lipsiens. pag. 132. seq. & responsionem laudati Walchii pag. 352. seq.

Ano-

(a) Conferenda M. *Jo. Augusti Krebsii*, de stylo Lactantii diatriba, edita Halæ A. 1702. quam dignam quæ editionibus Lactantii adjungatur judicant Memoriæ Trevoltinæ 1706. pag. 1069. *Matthia Nic. Kortholti* diss. de Cicerone Christiano & Lactantio. Giess. 1713.

Anonymi defense des sentimens de Lactance sur le sujet de l'usure. 8. *Josephum Vvasse* in Anglia editionem Lactantii novo studio ad MSS. Codices castigatam parare instituisse didici ex memoriis Trevoltinis A. 1716. pag 180. ut in Gallia *Jo. Baptistam le Brun*, cui S. Paulinum Nolanum expolitum debemus, ex Diario Hagensi, Europe Savante 1718. Octobr. p. 199 Quid libri est *anthologia Lactantii Firmiani?* in Catalogo Bibl. Lugd. Bat. p. 36 noviss. edit. *Pauli Pirani* annotationes plenissimas in libros tres primores Institutionum Lactantii, sed adhuc ineditas memorat Allatius p. 213. apum urbanarum. *Liber primus Institutionum* Gallice versus à *Droueto de Maupertuy*. Avenione 1710. 12. Mem. de Trevoux 1712. pag. 2055. Libros universos septem jam olim vertit Renatus Fameus, cujus interpretationem Francisco I. Galliæ Regi dicatam habeo ex editione Lugd. apud Jo. de Tournes 1563. 12. cum præmisso errorum Lactantii catalogo. *Liber de opificio Dei* ad Demetrianum cum scholiis Erasmi editus Basil. 1529. 8. ad calcem viduæ hujus Christianæ. Et cum observationibus *Jo. Vvilichii* Francof. ad Viadrum & Argent. 1542. 8. addito Hippocratis libello de Genitura, Willichio interprete. Ex editione *M Georgii Lud. Goldneri*, illustris Ruthenei Rectoris, cum vita Lactantii & judiciis eruditorum. Geræ 1714. 8.

Liber de mortibus persecutorum ad Donatum Confessorem, primum editus in tomo secundo Miscellaneorum *Steph. Baluzii* Paris. 1679. 8. atque in editionibus Lactantii recusus A. 1684. 1685. 1698. & 1715. Deinde vulgatus separatim, subjunctis Actis Perpetuæ & Felicitatis, Oxon. 1680. 12. cum brevibus scholiis *Jo. Fellii*, Oxoniensis Episcopi, & cum notis *Jo. Columbi* ad illustrem virum Gisb. Cuperum Aboæ 1684. 8. Acta Erud. 1685. p. 585. Novell. Reip. litter. A. 1685. p. 919. Cum notis variorum, *Baluzii*, *Gisb. Cuperi*, *Columbi*, *SparKii*, *Nic. Toinardi* (Paris. 1690. 12.) *Jo. Georg. Grævii*, *Thomæ Gale*, *Eliæ Boberelli* & alior. nec non H. Dodvvelli diss. de ripa striga (quæ in edit. Lactantii A. 1684. lucem viderat.) ex editione *Pauli Bauldry*. Ultraject. 1693. 8. Vide Acta Erud. illius anni pag. 124. Cum notis *Nicolai de Nourry*, monachi Benedictini (a) Paris. 1710. 8. qui Nourrius cum & in hac editione & in Tomo secundo Apparatus ad Bibliothecam maximam Patrum Tomo 2. diss. sexta Paris. 1715. fol. hunc librum abjudicare Lactantio,

(a) Mem. de Trevoux A. 1711. p. 5. seqq. Acta Erud. 1711. pag. 470. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom. 3. pag. 431. History of the vvorks of the learned A. 1710. p. 584. Journal des Sav. 1710. Sept. p. 312. & 1716. Jul. pag. 34.

tio, & nescio cui Cæcilio tribuere fuisset conatus, argumenta ejus perquam levia esse, quibus scriptum hoc Lactantio voluit eripere, docuit vir eruditiss. *Maturinus. Veiss. la Crose* in diss. inserta Diario Hagensi (Journal literarie) Tom. VII. pag. 1. & *Dan. Maichelius*, in libro de Bibliothecis Parisiensibus editio Cantabrig. 1721. 8. pag. 187. seq. Crosio respondere conatus est Nourrius Journal. des Sav. 1716. Jun. pag. 698 sq Sed ita etiam paucos qui cum ipso facient reperiet. Gallice interprete *Malacrucio*, Canonico Remensi Parif. 1677. 1680. 12. traitè de la mort des persecuteurs par *M. Maucroix*. Anglice *Gilberto Burneto*, Episcopo Sarisburiensi interprete, cum præfatione, de persecutione Christianos parum decente. Lond. 1686. & 1714. 8. Nouvell. Rep. lettr. A. 1687. p. 979. seq. Histoire des Ouvrages des Sav. 1687. pag. 112. Alia versio Gallica ex Anglica Gilberti Burneti. Ultraj. 1687. 8. Cl. *Lud. Christ. Mitegii* disquisitionem Epistolicam de dubiis nonnullis hujus libri locis cum *Gerhardi von Mastricht* ad illam responsione dabit in editione sua Lactantii Clariss. Bunemannus. *Jo. Comirii* observationes habuit Emiricus Bigotius, ut traditur in memoriis Trevoltinis 1705. Maj. p. 382. edit. Amst. *Gisberti* etiam *Cuperi* notæ altero tanto auctiores editis memorantur in Historia Critica Reip. litterariæ edita Gallice à Jo. Massono Tom. IV. pag. 307.

Epitomen Institutionum ad Pentadium fratrem, primus integram ex Codice Taurinensi edidit Rev. *D. Christoph. Mattheus Pfaffius* Cancellarius hodie Tubingensis Parif. 1712. 8. cum Anonymi historia de hæresi Manichæorum, fragmento de origine generis humani & Q. Julii Hilariani de ratione Paschæ & mensis. Mem. de Trev. 1712. pag. 2041. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc. Tom. 3. pag. 445. Acta Erud. 1713. pag. 70. Journal des Sav. 1712. Sept. pag. 253. Recusa est Cantabrigiæ 1718. 8. cum notis V. Cl. *Jo. Davisii*. Eandem ex eodem Taurinensi Codice accuratissime expressam cum notis celeberrimi Pfaffii auctis dabit laudatus Bunemannus. Prima capita ex eodem Codice, non pauca tamen aliter descripta dedit illustris vir Scipio Maffeus in Epistola ad Apostolum Zenum, virum præclarissimum, quæ inserta Diario Veneto (Giornale de' letterati d' Italia) Tom. VI. pag. 458. & Londinensi Michaelis de la Roche (Memoirs of literature) Tom. 2. p. 339.

De *Epistolis* Lactantii Hadrianus Junius in Bataviæ Historia Lugd. Bat. 1588. 4. edita p. 311. quo in loco Egmondani cœnobii, Benedictinis Monachis destinati meminit, *ubi Bibliotheca*

cele-

celebris omnis generis scriptis codicibus & præsertim membranaceis, quos diligenter magna cura cum Priores alii, tum Gerardus ex Pælgeestana stirpe Abbas undecunque conquisierant, raros ostendit, è quibus dolet mihi interiisse intra quindecim proximos annos magno litarariæ Reip. detrimento Lactantii Firmiani Epistolarum libros duos, *quorum meminit nominatim D. Hieronymus*, (a) *quos dum ad me cogitat, editioni destinandos, mittere Antonius Hovæus illic religioni operatus, vir doctus, qui postea Abbatem Abstornacensem prospera fama egit, reperit à bibliotapho quopiam librorum sublatos: atque ità disperiit ille thesaurus, ab hæredibus sacrifici, in quem cadebat suspicio, in cucullos & piperis involucra concisus. Librum de Spectaculis* è MSto in lucem datum Venetiis, legas in Memoriis Trevoltinis A. 1705. pag. 1692. & in Novellis Reip. literar. ejusdem anni Tom. 2. pag. 117. sed nemo est qui viderit ab illo tempore, unde merito pro fabula habet Clariss. Bunemannus in Miscellaneis Lipsiensibus Tom. 3. pag. 136. Ὁδοιπορικὸν Lactantii præter rem pro edito videtur habere Jacobus Gaddius Tom. 1. de scriptoribus non Eccles. p. 181. Similiter ut *Symposium* clarissimus Heumannus, de quo supra *Adversus Judæos* scripturum se promisit Lactantius VII. 1. *Sed erit nobis contra Judæos separata materia, in qua illos erroris & sceleris convincemus. Ad Asclepiadem* libri II. & *Grammaticus* Lactantii perinde interciderunt, ut liber quem Aselepiades ille ad Lactantium de providentia scripserat cujus meminit ille VII. 4. *Optime igitur Asclepiades noster de providentia summi Dei disserens in eo libro quem scripsit ad me.*

Casp. Barthii Index Scriptorum à Lactantio citatorum. *ad paginas edit. Lugd.* 1594.

(a) Hieron. cap. 80. de Script. Eccles. inter Lactantii scripta post librum de persecutione memorat *Epistolarum ad Probum libros quatuor, ad Severum Epistolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem suum Epistolarum libros duos.* Idem cap. 111. *Aquilius Severus in Hispania, de genere illius Severi ad quem Lactantii duo Epistolarum scribuntur libri.* S. Damasus Epist. 1. ad Hieron. *Fateor quippe tibi eos quos mihi jampridem Lactantii dederas libros ideo non libenter lego, quia & plurimæ Epistolæ ejus usque ad mille spatia versuum tenduntur, & raro de nostro dogmate disputant, quo fit ut & legenti fastidium generet longitudo, & si qua brevia sunt, scholasticis magis sunt apta quam nobis, de metris & regionum situ & Philosophis disputantia.* Hieronymus in Galat. 4. pag. 268. *Multis per imperitiam Scripturarum, quod & Firmianus octavo ad Demetrianum Epistolarum libro facit asserunt. Spiritum S. sæpe Patrem sæpe Filium nominari.*

Juve-

V. *IN SECULO QUARTO Julius Firmicus* de quo supra lib. 3. dixi. *Hilarius Pictaviensis* ex editione Petri Coustant & aliorum Benedictinorum Parif. 1693. fol. * De *S. Hilario* Pictaviensi Episcopo A. C. 367. defuncto (*a*) quem eloquentiæ Latinæ Rhodanum dixit Hieronymus, præter editores consules Bollandum in Actis Sanctor. ad 13. Januar. T. 1. pag. 782. seq. Joannem Bouthetum parte 1. Annalium Aquitaniæ cap. 6-15. Tillemontium Tom. 7. memor. &c. De editionibus Hilarii accurate Benedictini in prolegom. & Doctor meus Tho. Ittigius in Actis Eruditor. Tom. 5. supplementi pag. seq. 49. Libros de Trinitate, ad Constantium, contra Constantium, contra Auxentium & de synodis, *Georgius Cribellius* Presbyter: ejusdem in Psalmos aliquot commentarium *Johannes Solidus Cracovius* hortante Jacobo Fabro Stapulensi è tenebris eruit. His Hilarii scriptis commentarium in Matthæi Evangelium, & Epistolam ad Apram *Jodocus Badius Ascensius* adjunxit, cum A. 1510. fol. Parisiis Hilarii opera ederentur. Postea *Desiderius Erasmus* Roterodamus Hilarii opera, addita prolixa præfatione, quæ & Romanam & Parisiensium Theologorum censuram incurrit, & libro XXVIII. Epistolarum Erasmi, edit. Lond. Epistola 8. recusa legitur, Basileæ A. 1523. ex Frobenii officina in lucem publicam emisit, ex qua iterum A. C. 1535. Hilarii opera prodierunt, adjecto tractatu de Patris & Filii unitate, quem tamen non ab Hilario scriptum, sed à studioso quodam ex Hilarii libris de Trinitate, attexta alterius cujusdam scriptoris lacinia, consutum ipsi editionis illius curatores agnoverunt. Alia quædam Hilario supposita opuscula, nempe tractatus de essentia Patris & Filii, duæ ad Augustinum epistolæ, & carmen, quod Genesis inscribitur, in editione Parisiensi A. C. 1544. *Ludovici Miræi* studio accurata accesserunt. In illam animadversiones Latini Latinii exstant in ejus Bibliotheca sacroprofana pag. 38.-74. Hanc Parisiensem, rarius obviam editionem novæ Basileenses exceperunt. Nam A. C. 1550. Hilarii lucubrationes *Martini Lipsii* studio ad plura exemplaria collatæ & recognitæ prodierunt, quibus A. C. 1570. *Johannes Iacobus Grynæus* vitam Hilarii a se compositam præmisit, in quam graviter invehuntur

(a) Vide Anton. Pagi ad A. 360. n. 2. & 369. n. 4.

tur Benedictini præfat. §. 9. Verum *Iohannes Gillotius*, qui A. C. 1572. novam Hilarii operum editionem accuravit, huic vitæ Hilarii per Grynæum elaboratæ suam ipsius de vita & scriptis Hilarii lucubrationem substituit, cui etiam vitam Hilarii ex *Hieronymo* & *Gregorio Turonensi*, nec non duos *Fortunati* (Venantii ut videtur) libros de vita Hilarii, & *Petri Damiani* sermonem de translatione reliquiarum Hilarii adjecit. Ab eo tempore Parisiis A. C. 1605. Hilarii opera & fragmentis Hilarii, quæ A. C. Parif. 1598. 8. ex Bibliotheca Petri Pithœi *Nicolaus Faber* seorsim ediderat, & tractatibus in Psalmos 13, 14, 146. & 150. locupletata lucem publicam adspexerunt, quæ editio & Coloniæ 1617. recusa, & Parisiis A. C. 1631. & 1652. iterata fuit. Nova editio quam molitus fuit *Io. Baptista Bandinius*, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, nunquam vidit lucem, sed bene est quod exstat luculenta & accurata illa, quam *Petro Coustant* ejusque sodalibus Monachis Benedictinis debemus Parif. 1693. fol. in qua post erudita de vita doctrina & scriptis Hilarii prolegomena, veterumque de eo monumenta ac testimonia occurrunt: (1) *Commentarii in Psalmos*, in quibus ex Origenis fere sensu allegoriam potius consectatus est, subtili tamen rerum verborumque acumine, & ea grandiloquentia, ut notat Combefisius, quæ simplicioribus obscuritatem pariat. (2) *Commentarii in Matthæum*, ex quorum proœmio nonnulla affert Cassianus VII. 24 de incarnatione. (3) *de Trinitate libri XI*, sub finem exilii circa A. 361. scripti, quos *libros fidei* vocat Ratramnus, secundum allegans Tom. I. spicilegii Dacheriani p. 335. In his potissimum libris emendandis Erasmi desudavit industria. (4) *De Synodis* adversus Arianos liber, sive de fide Orientalium, cui in hac nova editione pag. 1205. seq. accedunt apologetica ad reprehensores libri de Synodis responsa. (5) *Epistola ad Abram filiam*, cum *hymno* annexo, quam suppositiitiis alii præter rem adscribunt. Primus edidit Badius Ascensius acceptam à Guil. Parvo, ex cœnobio S. Benigni Divionensis. (6) *Ad Constantium liber*, cujus initium: *Benefica natura tua*, scriptus A. 355. vel 356. (7) *Ad eundem liber* qui incipit: *Non sum nescius*. Scriptus A. 360. (8) *In Constantium liber*, qui incipit: *Tempus est loquendi*. Benedictinis videtur scriptus Constantio adhuc vivo ac superstine, (a) nec imperfectus sed à manu peregrina auctus p. 1236. (9) *Adversus Arianos & Auxentium* Mediolanensem liber, cui subjungitur Auxentii ad imperatores Valentinianum & Valentem Epistola. (10) *Fragmenta* ex opere histori-

co de

(a) Vide quæ notavi ad Hieron. c. 100. de Script. Eclesf.

co de *Synodis*, pridem edita à Nic. Fabro, quibus fragmenta ex aliis perditis Hilarii scriptis subjiciuntur. (11) *Carmen in Genesin*, primum cum Epistolis duabus ad Augustinum editum a Ludovico Miræo in editione Parif. 1544. sed quas Hilarii Arelatensis esse eruditi non dubitant, atque adeo Benedictini omiserunt. (12) *Liber de Patris & Filii unitate*, & aliquot locorum S. Scripturæ interpretatio. Cento ex libris de Trinitate, secundo potissimum & nono, primum additus in editione Basil. 1535. (13) *Liber de essentia Patris & Filii*, cento ex libris de Trinitate septimo & octavo, cum appendice de variis CHristi cognominibus, editus primum à Lud. Miræo, à Gillotio omissus. (14) *Confessio de Trinitate* quam Jo. Leunclavius Basil. 1578. 8. cum Imp. Manuelis Comneni legatione ad Armenios, aliisque scriptis ex Jo. Sambuci Bibliotheca sub *Hilarii* Pictaviensis nomine vulgavit Græce cum Latina versione velut depromtum ex ejus sermone qui post Pentecostem in festo SS. Trinitatis recitatur. Sed Benedictini observant esse Confessionem quæ tribus Alcuini de Trinitate libris subjicitur.

De *libro Hymnorum* sub *Hilarii* nomine edito cum expositione Parisiis 1480. vide prolegom. §. 20. seqq. Intercidit *Hilarii ad Sallustium* præfectum Galliarum contra Dioscorum Medicum, *quo brevi libello*, inquit *Hier.* Epistola ad Magnum, *quid in litteris posset ostendit*. Desideramus etiam *librum Mysteriorum*, & *Epistolas* ad diversos, Sulpicio Severo etiam laudatas, & *in Cantica Canticorum* commentarios non visos sed ex aliorum fide memoratos *Hieronymo*: nec non *expositionem Epistolæ ad Timotheum* citatam in Concilio *Hispalensi* cap. 12. & *librum contra Ursicium & Valentem*, cujus ampliora fragmenta de historia Ariminensis, & Seleuciensis Synodi edidit Nic. Faber. Denique *tractatus in Job*, quos de Græco Origenis ad sensum transtulisse testatur *Hieronymus* c. 100. de scriptoribus Eccles. Neque enim *Hilarium*, sed Arianum quendam (ut suspicatur *Huetius*) auctorem habent libri III. in Jobum cum Origenis vulgati operibus præfixa præfatione quæ incipit: *Peritorum mos est Medicorum*. Fragmentum ex *Hilario* in Jobum occurrit apud Augustinum II. 8. contra Julianum. Vide & cap. 62. de Gratia. Quod vero apud *Hieron.* ad Pammachium Codices quidam laudant *Hilarii de numero septenario librum* ad Fortunatum, in MSS. Codicibus non *Hilarii* nomen occurrit sed Cypriani, in cujus libro de exhortatione Martyrii ad Fortunatum qui etiamnum exstat, p. 178. seq. de numero septenario disseritur.

Hilarii dicta quædam defenduntur adversus Berengarium à Lan-

franco

franco Tom. 18. Bibl. Patrum Lugd. pag. 824. seq. De Hilarii doctrina consulendus etiam (præter Petrum Coutant in prolegomenis & in Veterum Codicum Vindiciis confirmatis) Matthęus Petitdidierius (*a*) in tomo secundo observationum ad Ellies du Pinii Bibliothecam Ecclesiasticorum scriptorum Gallice editam. Alius (1) Hilarius Arelatensis Episcopus A. 449. defunctus, de quo Paschasius Quesnellus ad Leonem M. Tillemontius T. 15. memor. & Acta Sanctor. ad 5. Maii T. 2. p. 25. sqq. ubi vita quam ajunt scriptam ab Honorato Massiliensi. Vide etiam Tom. 7. pag. 594. seq. Henricum Noris libro 2. Hist. Pelagian. Brunonem Neusserum in vindiciis pro *Hilario* semipelagianismi reo. Ravennium in vita *Hilarii* citat Petrus Saxius in Pontificio Arelatensi pag. 57. (2) *Hilarius* Sardus patria, Diaconus Romanus circa A. C. 354. cui quæstiones in V. & N. Testamentum inter S. Augustini opera, & Commentarii in Epistolas Pauli sub Ambrosii sæpius editi nomine tribuuntur. Vide Tillemontium Tom. 7. memor. (3) *Hilarius* Gabalorum Confessor & Episcopus, cujus meminit Ephraimus Patriarcha Antioch. apud Photium Cod. 229. pag. 423. (4) *Hilarius* Narbonensis Archiepiscopus ad quem scripsit Bonifacius Papa apud Hincmarum Tom. 2. pag 157. (5) Hilarius Episcopus ab A. C. 461. ad 467. (6) *Hilarius* Tolosanus de quo Acta Sanctor. 21. Maj. Tom. 5. pag. 11. (7) *Hilarius* Philosophus cujus meminit Damascius apud Photium Cod. 242. pag. 570. *Hilarius* Viennensis Episcopus in Flacii Catalogo testium veritatis p. 63. haud diversus ab Arelatensi de quo supra.

De *Lucifero* Caralitano in Sardinia Episcopo A. C. 371. defuncto, cujus scripta ex minus emendato Codice à Jo. Tilio Parif. 1568. 8. atque deinde in Bibliothecis Patrum edita sunt, dixi in Bibl. Græca Tom. VIII. pag. 402.

Phœbadius ex edit. Casp. Barthii Frf. 1623. 8. * *Phœbadii*, qui Agenni in Aquitania Episcopus *Hosio* (*b*) adhuc vivente sed jam nonagenario scripsit, *liber contra Arianos*, quo formulam Sirmiensem A. C. 357. ad Gallos missam refellit, primum Genevæ vulgatus à Theodoro Beza A. 1570. 8. cum S. Basilii libris IV. contra Eunomium: deinde à Petro Pithœo Parif. 1586. 4. Hinc à Caspare Barthio cum notis Francof. 1623. 8. ut editiones in Bibliothecis Patrum omittam.

Zeno Veronensis S. Ambrosio Epist. 64. ad Syagrium laudatus, traditur auctor esse sermonum CIV. (*c*) (breviorum plerorumque)

(a) Journal des Savans A. 1693. p. 45. seq.

(b) Vide Phœbadii librum cap. ult. & quæ de hoc scriptore notavi ad Hieron. de scriptoribus Eccles. cap. 108.

(c) Nescio quomodo Caveus numerat 93. Tillemontius 27.

que) quos genuinos esse non dubitat valdeque commendat Augustus Buchnerus diss. Academic. CCCLXXXIX. pag. 257. Et sane quosdam illius Zenonis esse valde videtur credibile. Bene tamen Sixtus Senensis libro IV. Bibl. sanctæ pag. 391. *Constat hos sermones majori ex parte collectos esse ex diversis autoribus - - Nam sermones qui Psalmos à nobis numeratos exponunt, descripti sunt ex commentariis* Hilarii, *ne verbo quidem immutato. Sermo in illud*, attende tibi, *una cum alia concione de livore & invidia, quæ in eodem volumine hunc subsequitur*, D. Basilii *est: cæteri vero sermones, sive magis fragmenta sermonum, ob styli diversitatem varios arguunt auctores. Sed auctor sermonis* (94.) *de continentia qui hoc opere continetur, affirmat se à Christi ortu abfuisse annis quadringentis* (a) *& eo amplius*. In lucem protulit Guarinus Veronensis, Venet. 1508. 8. Raphael Bagata & Baptista Perettus Veronæ 1586. 4. unde recusi in Bibliothecis Patrum, & in Combefisii Bibl. concionatoria. Sermonem 103. de S. Arcadio Martyre, cum MS. collatum exhibet Bollandus Tom. 1. Act. Sanctor. Januarii pag. 723. Alios quosdam Christianus Daumius cum castigationibus Casp. Barthii inter homilias Patrum de Nativitate CHristi, Cygneæ 1670. 8. De hoc Zenone videndus Henschenius Tom. 2. Aprilis pag. 69. seq. & Tillemontius Tom. 3. historiæ Imperatorum pag. 766. seq. & 919. seq. Casp. Barthius XLIII. 10. Adversar. *Cum Zenonis Veronensium quondam Antistitis sermones lego, Christianum quendam Apulejum legere mihi videor, adeo eruditus est & densus in significandis per pauca multis is nobilissimus auctor.*

Fabius Marius Victorinus Afer, qui Romæ Rhetoricam docuit præceptor ut ajunt S. Hieronymi (licet hoc neutiquam credere suadet Hieronymus) CHristo nomen dedit senex, (*b*) & cum Julianus A. C. 362. Christianos docere literaturam & Oratoriam prohibuisset, *loquacem scholam deserere maluit quam verbum Tuum, Domine, quo linguas infantium facis disertas*. Augustin. VIII. 5. confess. Ejus *de SS. Trinitate libri IV.* adversus *Candidum* Arianum,

(a) Verba sunt: *At cum ante annos ferme quadringentos vel eo amplius Apostolicum hoc operetur edictum, quo & vivaciores fuere homines, & rarissimi Christiani*. Sed in recentioribus editionibus contra fidem Codicum MSS. pro quadringentis positi sunt ducenti, quia nempe Zenonem hunc volunt esse qui Martyrium subierit sub Gallieno A. C. 260.

(b) Augustinus in Confessionum libris quos circa A. 400. scripsit, VIII. 2. *Ubi commemoravi legisse me quosdam libros Platonicorum quos Victorinus quondam rhetor urbis Romæ, quem Christianum defunctum esse audieram, in latinam linguam transtulisset - - ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quippe Philosophorum tam multa legerat & dijudicaverat & dilucidaverat, doctor tot nobilium senatorum qui etiam ob insigne præclari magisterii, quod cives hujus mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat & acceperat, usque ad illam ætatem venerator idolorum &c.*

rum, quos dialectico more valde obscuros notavit *Hieronymus* cap. 101. de S. E. & è recentioribus Petavius p. 30. & 103. dogm. Theol. de Trin. primum prodierunt Basil. 1528. deinde in Orthodoxographis A. 1555. & hæresiologia Jo. *Heroldi* A. 1556. & in Bibliothecis Patrum. *De generatione Verbi Divini* adversum eundem *Candidum* una cum Candidi Epistola de hoc argumento primus edidit Jac. Zieglerus cum suis in Genesin & Exodum commentariis Basil. 1548. fol. Deinde cum aliis Victorini Petavionensis reliquiis Andreas Rivinus Lipf. 1652. 8. Partem dedit etiam Joh. Mabillonius Tom. IV. Analect. p. 155. *Adversus Justinum (a)* Manichæum contra duo principia Manichæorum, & *de principio diei (b)* cœperitne à vespera an à matutino, edidit Jac. Sirmondus Tomo primo Opusc. dogmatic. veterum Parif. 1630. 8. Recusa in operibus Sirmondi Parif. 1696. fol. Tomo I. pag. 409. 422. nec non in Tomo IV. Bibliothecæ Patrum Lugd. pag. 289. 292. *De Homousio recipiendo, hymni tres*, qui interpretem in nonnullis benignum exigunt, judice Launojo diss. de Victorinis pag. 56. *Carmen de septem Maccbabæis* ab Antiocho Epiphane interfectis. Commentarios Victorini in Epistolas Pauli *ad Galatas* & *Philippenses* delitescere MSS in Bibliotheca Monasterii *Herevallensis* in Gallia, refert Sirmondus, stylum planiorem & apertiorem testatus Tom. I. Opp. ante pag 345. In illis Scripturarum sanctarum ignorationem notavit *Hieron.* præf. in Epist. ad Galatas. Librum Victorini *de Syllogismis hypotheticis* præter Cassiodorum lib. de Dialectice memorat Isidorus *Hisp.* lib. 2. Originum cap. 28. Idem cap. 29. quatuordecim genera definitionum affert ex Victorini ut suspicor libro *de definitionibus*. In *Porphyrii Isagogen de prædicabilibus* à Victorino translatam exstant *Boethii* commentarii, inter Boethii opera sæpius vulgati ut dixi lib. III. c. 15. Ejusdem isagoges à Victorino versæ meminit Isidorus lib. 2. Origg. c. 25. *Commentarii in Ciceronis Rhetorica* sive *duos de inventione* libros, quorum præter Cassiodorum in Rhetoric. meminit Gerbertus sive Silvester II. Epistola 130. editi sunt Venet. 1481. fol. per Baptistam de Tortis, atque deinde sæpius tum separatim, tum cum aliis Ciceronis scriptis Rhetoricis, atque inter Rhetores Latinos junctim excusos Francisco Pithœo curante Parif. 1599. 4. de quibus dixi lib. IV. cap. 8. *Marini Becichemi* Scodrensis emendationes in Victorinum exstant in Centuria prima ejus Epistolicarum quæstionum c. 17-29. Venet. 1506. fol. Maximi Victorini sub nomine, incertum an ejusdem cum Mario, libelli tres unus *de re*

(a) Labbe pag. 24. Bibl. novæ MSS. *Justum*:

(b) Idem male typographi vitio. pag. 368. *de principio Dei*.

Grammatica, alter *de carmine heroico*, & tertius *de ratione metrorum* exstant in Grammaticis Eliæ Putschii pag.1937.1955.1963. Et Marii Victorini *de orthographia & ratione Metrorum libri IV.* pag. 2450. Eadem vulgaverat Adamus Petri Basil.1527.8.& Joach. Camerarius Tubing.1537. 4. & 1584.8. Commelinus cum aliis opusculis Grammaticis quæ ad lib.4. cap. 7. recenseo. Adamus Petri in præf. *Exemplariorum tanta erat dissensio, quorum duo è Laurissa, tertium è Murbachio nobis Sichardus communicaverat, ut nec ejusdem quidem auctoris omnia crederemus, præsertim cum Laurissanum exemplar sua* Maximo *cuidam* Victorino, *aliud vero contra* Mario *asserat, quem constat eruditione celebri Lactantii temporibus Romæ cum Afer esset, Rhetorica docuisse.*

De *S. Damaso*, qui Episcopus Romanus fuit ab A. C. 366. 1. Octobr. ad 384. 10. Dec. consulendus præ cæteris Tillemontius Tomo VIII. memoriar. Scripta ejus ab Andrea Rivino & Sarazanio junctim edita memoravi suora pag. 243. De confessione fidei & Anathematismis XII. apud Augustinum sermone 129. de tempore, vide Lambecium VIII. pag. 446. & Paschas. Quesnellum diss. 14. ad Leonem Magnum. *Acta Martyrii* Martyrum Romanorum *Petri* exorcistæ & *Marcellini* laudat Eginhartus: (*a*) *Hæc ut gesta referuntur, retulisse asserunt illum ipsum qui eosdem interemit martyres* (Dorotheum) *& ab illo didicisse* Damasum Pontificem, *cum ætate puerili per eadem tempora sub magistro ministraret, & ad magnum cresceret rerum culmen, tunc Romana Lector in Ecclesia. Post hæc cuncta memorasse ac mandasse litteris, cum illius almæ sedis obtineret apicem, & in tota principatu polleret Ecclesia.*

S. Optatus Milevitanus in Numidia Africæ provincia Episcopus circa A. C. 370. (*b*) scripsit sex libros adversus Parmenianum, Donatianæ partis Carthagine Episcopum: quorum argumenta etiam ponit capite septimo libri primi. Nec plures quam sex libros legit Hieronymus capite 110. de scriptor. Eccles. Sed quod hodie libri septem numerantur, inde est quod tres laciniæ vel ab auctore post elaboratæ, vel à prioribus libris hinc inde rescissæ in modum septimi libri subjunctæ sunt. Sex tantum libri sunt in editione prima parumque emendata *Ioc.Cochlei* è Bibl. Cusana prope Treviros Moguntiæ 1549. fol. ad calcem librorum Conradi Bruni de hæreticis. Sex quoque edidit A. 1563. Parisiis 8. *Franciscus Balduinus*,

(a) Tom. 1. Acta Sanctor. Junii p. 176.

(b) Siricii A. C. 384. ad sedem Romanam evecti nomen, qui inter Romanos Episcopos recensetur apud Optatum l. 2. cap. 3. ab alia manu postea demum adjectum videtur viris doctis.

nus, sed septimum postea minutiori charactere adjiciendum curavit. Ex prima Balduini editione Optatum Gallice vertit A. 1564. 8. Petrus Vielus Theologus Parif. A. 1582. defunctus, teste Crucimanio pag. 420. Bibl. Gallicæ. Deinceps septem libri emendatius editi ab eodem Balduino Parif. 1569. cum notis & Historia Donatistarum, recusi apud Commelin. 1599. Heidelbergæ. (a) Ab eo tempore Optatus cum commentariis postumis *Gabrielis Albaspinæi* vulgatus Parif. 1631. fol. curante Carolo Paulino S. I. & cum *Merici Casauboni* observationibus, Londini eodem anno, in 8. Rigaltium de correctiore Optati editione concinnanda cogitasse testatur Launojus pag. 31. diss. de Victorin. Sed illa spe decollante *Philippus Priorius* Optatum recudendum dedit cum notis Balduini, Casp. Barthii, Albaspinæi & suis, Parif. 1679. fol. Denique *Lud. Ellies* du *Pin* vir præclariss. ex quinque Codd. MSS. Optatum ipsum longe dedit emendatiorem, ac non modo editas antea virorum doctorum in hunc scriptorem notas universas, sed etiam doctissimas suas, & quamplurima ad Historiam Donatisticam & Geographiam Ecclesiasticam veterem Africæ apprime facientia adjunxit Parif. 1700. fol. quæ editio Amstelodami A. 1701. ita est recusa, ut notæ variorum non ad calcem voluminis rejectæ, sed per singulas paginas Optati verbis statim substratæ exhibeantur. Alius fuit Optatus Donatistarum patronus de quo Tillemontius Tom. 6. memor. pag. 180. Alius item S. Optatus Autissiodorensis Episcopus seculo VI. cujus memoria colitur 31. Augusti. Vide Acta Sanctor. Junii Tom. 1. p. 397.

S. Philastrii Brixiensis libellus de hæresibus lucem vidit Basileæ apud Henr. Petri 1528. 8. & ibid. 1539. 8. cum incerti scriptoris recentis supplemento & CXIV. sententiis Patrum de officio verorum rectorum Ecclesiæ DEi, & apospasmatio ex Epistola Nicephori Chartophylacis ad Theodosium Monachum de ligandi solvendique potestate in Bibliothecis Patrum universis Parisiensibus, Coloniensi, & Lugdunensi novissima Tomo IV. Separatim curante Johanne à Fuchte Helmst. 1611. 4. cum supplemento incerti scriptoris ex edit. Basiliensi. Iterum Helmst. 1621. 4. Denique cum emendationibus meis & notis indiceque duplici locuplete & præmissis veterum testimoniis Hamburg. 1721. 8.

Pacianus Barcinonis in Hispania Episcopus A. C. 390. defunctus, de quo Acta Sanctorum 9. Martii Tom. 2. pag. 44. Tillemontius Tom. 8. memor. p. 537. seq. & Nic. Antonius in Bibl. veteri Hispana lib. 2. cap. 7. Hujus Paciani filio Lucio

(a) Male *Vuiteberga* legitur apud Possevin.

Dextro Hieronymus A. 392. inscripsit librum de scriptoribus Ecclesiasticis; vicissim Hieronymo omnimodam suam historiam dedicavit Lucius Dexter. *Parænetic*um Paciani *ad pœnitentiam*, in quo non pauca mutuatus est ex Tertulliani libro de pœnitentia, Cas. Barthius subjunxit Claudiani Mamerti libris tribus de statu animæ & Hermæ Pastori, Cygneæ 1655. 8. Idem Barthius plura Paciani loca illustrat in Adversariis suis, quemadmodum & Jo. Frid. Gronovius capite 18. monobibli Observationum Ecclesiasticarum & Latinius pag. 165. Bibl. sacro profanæ. De cervulo, sive ludicro quo se in cervi vel alterius feræ habitum trasformabant homines Kalendis Januariis, quem morem Pacianus tangit in suo parænetico, atque in scripto peculiari quod intercedit, quodque olim legit Hieronymus, reprehenderat, vide Sirmondi antirrheticum secundum capite 2. Cangii glossar. latin. in *cervula*, & græcum in κερβόυλος. Possinum ad S. Nili Epist. LXXXI. Menagii Origines Gallicas in *charivari* & *biche*, Colomesium ad Gyraldum de poetis pag. 91. Martinum Lipenium in historia strenarum pag. 468. T. 12. Antiquitatt. Eccles. & Jo. ReisKii diatribam de vecolo & cervolo. Paciani opuscula primus vulgavit Jo. Tilius Paris. 1538. 4. inde cum Salviano & Sulpicio Severo Paulus Manutius Rom. 1564. fol. post hos, qui Bibliothecas Patrum ediderunt, & novissime Cardinalis Aguirre Tom. 2. Concilior. Hispaniæ pag. 79. seq. additis etiam notis Rom. 1694. fol.

Gregorio Bætico, Episcopo Illiberitano tributum Martyrologium & Madriti 1667. editum explodit Nic. Antonius lib. 2. Bibl. vet. Hispan. capite 3. Idem cap. 2. de aliis scriptis Gregorio huic adscriptis, ut libello de Trinitate contra Arianos ad Gallam Placidiam qui *Faustini* (a) est presbyteri, & libello de fide, quem Georgio huic vindicat Paschasius Quesnellus diss. 14. ad Leonem Magnum, & cujus libelli excerptum exstat in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ, capite 39.

S. Ambrosii ab A. C. 374. Episcopi Mediolanensis, doctrinæ & constantiæ laude admirandi, qui A. 397. diem obiit, vitam scri-

(a) *Faustini*, & *Marcellini* Luciferianæ partis presbyterorum libellus precum An. 384. ad Imperatores Valentinianum, Theodosium, & Arcadium, cum libro ejusdem Faustini de Trinitate quem Gregorio Bætico Codices quidam, & editiones in antiquioribus Bibliothecis Patrum tribuunt, editus est à Sirmondo Paris. 1650. 8. & T. 1. Opp. Sirmondi 1696. fol. p. 229. & in Bibl. Patrum Lugd. Tomo V. & cum Quesnelli observationibus ex diss. 14. ad Leonem Magnum Oxon. 1678. 8. Codicis MSti in quo liber de Trinitate Gregorio Hispaniensi, Eliberitanæ sedis Episcopo adscribitur, mentio apud celeberr. Montfauconum p. 85. Diarii Italici. De Faustino Gennadius cap. 13. & Tillemont. T. VII. memor. pag. 527. 766.

scripsere ex priscis Latine quidem *Paulinus* (diversus à Nolano) Ambrosii notarius & postea presbyter, quem laudant Isidorus c. 4. de scriptor. Eccles. Hincmarus Tom. 2. Opp. 169. 173. &c. Græce *Simeon Metaphrastes*, quem Paulino subjunctum Benedictini in appendice novæ Ambrosii editionis vulgarunt Græce & Latine. E recentioribus *Baronius* in editione Ambrosii Romana A. 1580. & accuratius deinde in Annalibus *Godfridus Hermantius* Tillemontii memoriis tunc adhuc ineditis usus in vita Ambrosii uberius exposita Gallice Paris. 1678. 4. *Tillemontius* in tomo memoriarum decimo qui lucem vidit Paris. 1705. 4. Franciscus Girus & Hadr. Bailletus in vitis Sanctorum 6. Decembr. & denique Benedictini Monachi Nic. Frichius & Nicolaus Nourritus in laudata appendice Paris. 1691. fol. Ab iisdem notitiam editionum operum Ambrosii mutuari liceat, traditam etiam in Actis Erud. A. 1688. pag. 64. Antiquissima est quam *Maffellus Venia* Monachus Augustinianus, ejusdem Ordinis Generali Ambrosio Corano qui A. C. 1486. obiit, nulla loci aut temporis nota adjecta nuncupavit. Proxima huic eidemque quoad characteres simillima, quæ A. 1490. *Cribellii* Presbyteri studio Mediolani apud *M. Leonardum Pachel* prodiit. Verum cum utraque paucos admodum tractatus comprehendat, *Johannis Amerbachii* civis Basileensis industriam commendant, qui biennio post longe plura Ambrosii opera tribus tomis 1492. fol. in lucem produxit, & *Johannis de Lapide* Carthusiani Parisiensis ope procuravit, ut singulis libris in certa capita divisis, suum cuique capiti argumentum adderetur. Quam editionem itidem Basileæ A. C. 1506. 4. 3. Volum. *Johannes Petri de Langedorf*, registro, ut appellat, florigero seu copioso indice adjecto, prælo iterum subjecit cum præfatione Conradi Leontorii, Mulbronnensis. En conspectum hujus, quæ ad manus mihi est, editionis:

Paulinus de vita beati Ambrosii.

Libri primæ partis.

De officiis. Libri III.

De Vocatione omnium gentium libri II.

Hexaemeron libri VI.

De dignitate humanæ conditionis lib. I.

De Paradiso liber I.

De Cain & Abel libri II.

De Noe & arca liber I.

De Abraam patriarcha libri II.

De Isaac & anima liber I.

De bono mortis liber I.

De fuga sæculi liber I.

De Jacob & vita beata libri II.

De Joseph patriarcha liber I.

De benedictionibus patriarcharum lib. I.

De Nabuthe Jesraelita lib. I.

De Helia & jejunio liber I.

T 4 De

De Tobia liber I.
De interpellationibus libri III.
De Apologia David liber I.
De Salomone liber I.
De Mysteriis initiandis liber I.
De Sacramentis libri IV.
De Dignitate sacerdotali, vel Cura pastorali lib. I.
Orationes præparativæ ad missæ celebrationem II.

Libri secundæ partis.

Beati immaculati
Super Lucam.
Epistolas Pauli.

Libri tertiæ partis:

Epistolarum libri X.
De Synagoga liber I.
Contra Symmachum liber I.
Contra Auxentium liber I.
De tradendis basilicis liber I.
Consolatorium Valentiniani liber I.
De Morte Theodosii liber I.
De Instructione sacerdotum liber I.
De Judiciis liber I.
De Circumcisione liber I.
De eligendo Pontifice liber I.
De fide ad Gratianum Imperatorem.
De Trinitate libri V.
De Spiritu sancto ad Gratianum Imperatorem, vel secundum alios:
De Gedeon libri III.
De fide & symbolo contra Arianos lib. I.
De Incarnationis dominicæ sacramento.
De incarnatione Domini lib. I.
De Mysteriis Paschæ liber I.
De excessu Fratris liber I.
De Fide resurrectionis liber I.
De Pœnitentia libri II.
Adhortatio pœnitentiæ, sive ad pœnitentiam.
De Virginibus.
De Virginitate libri III.
De Viduis liber I.
Adhortatio ad virgines: vel Exhortationis ad Virgines liber I.
De Instructione virginis liber I.
Ad virginem devotam liber I.
Ad virginem corruptam detestatio; vel secundum alios:
De Lapsu virginis liber I.
Ad virginem corruptam exhortatio.
Ad corruptorem virginis objurgatio.
Opus Sermonum liber I.
De Passione sanctæ Agnetis.
De Inventione vel Revelatione sanctorum Gervasii & Protasii.

Horum editorum diligentiam supergressus *Erasmus* Roterodamus, (a) ut & plura & emendatiora Ambrosii opera ederet, quod Basileæ A. C. 1527. factum est, nullis laboribus pepercit, eaque editio tanto fuit in pretio, ut sæpius diversis locis recusa, ac A. 1538: *Sigismundi Gelenii* aliorumque doctorum hominum studio novis subinde tractatibus locupletata & A. 1555.

(a) Vide Erasmi præfationem inter ejus Epistolas XXVIII, 3. edit. Lond.

1555. 1567. novis *Jo. Sosterii* & *Petri Nannii* curis expolita, omnium in se oculos converteret. At Benedictini nostri, ut *Amerbachium* in vitiosos codices incidisse dolent: ita *Erasmum* arguunt, quod doctrinæ & famæ suæ fiducia audacior, plus ingenio suo & propriis conjecturis, quam manuscriptorum autoritati detulerit, eamque ob causam, cum hæc Erasmi editio A. C. 1529. Parisiis *Chevallonii* typis iterum exprimeretur, multa in ipso textu commutata, & nonnulla in margine notata, quin & postea à *Johanne Costerio* Canonico Lovaniensi, qui A. C. 1555. novam Ambrosii editionem adornavit, plusquam duo millia errorum, ut ipse gloriatus, sublata fuerint. Editionem Parisiensem A. 1540. recenset Bellarminus de S. E. Basileensem A. 1538. Gesnerus in Bibl. De editione Lugdunensi typis Frelonianis A. 1559. curata, quam mire interpolatam fuisse narrat Franciscus Junius (*a*) præf. ad Indicem expurgatorium, testantur Benedictini se anxie inquirentes nihil potuisse comperire, ut vel statim suppressa sit, (quod malim credere) vel omnino supposita & conficta, quemadmodum Aldina quam Possevinus memorat.

Post Costerium operæ se pretium facturum putavit *Johannes Gillotius*, si plura Ambrosianorum operum manuscripta exemplaria è Parisiensibus aliisque Galliæ bibliothecis conquireret, quibus inter si conferendis cum vix plures, nedum unum hominem

(a) „*Junii verba sunt:* Rem meis oculis visam ad exemplum adferam. Ante annos „viginti septem, quum Lugduni agerem (egi autem A. MDLIX. & sequente) Corre„ctore quodam typographico usus sum familiariter, cui Ludovico Saurio fuit nomen. „Habitabat ille non procul à Mercuriali vico, in ædibus conjunctis trium columbarum „signo. Quum ad salutandum hominem venissem, casu vel potius singulari Dei pro„videntia accidit, ut versantem cum offenderem in recognoscendis D. Ambrosii operi„bus, quæ tum Frelonius excudebat. Variis autem sermonibus ultro citroque habitis, „quum me avocamento esse ab opere nolle ostenderem, ille redorsus lectionem unius „paginæ, videsne, inquit, hanc formam Ambrosianæ editionis nostræ? quam sit ele„gans, accurata, & in speciem omnibus anteponenda aliis quæ adhuc in lucem pro„diverunt? Postea continenti opus, & probanti elegantiam ejus dixit, Ego vero si „quod exemplum Ambrosiani operis mihi emendum esset, quodvis exemplum, aliud „potius, quam hoc quod vides compararem. Sciscitatus sum hujus dicti causam. Tum „ille de forulis sub mensa sua latentibus aliquot paginas promens (erant autem pagi„næ, ut loquuntur Græci, κεχιασμέναι, sive cancellatæ, aliæ ex parte, & aliæ uni„versæ) hæc est, inquit, prima forma paginarum quas his paucis diebus ad exemplum „veteris, & certi exemplaris optima fide impressimus: Franciscani autem duo pro au„ctoritate has omnes paginas dispunxerunt, ut vides, & illas substitui in locum prio„rum curaverunt præter omnem nostrorum librorum fidem: quæ res sumptum, & mo„lestiam Frelonio creavit gravissimam: nam pretium chartæ operarumque amisit uni„versum, temporis jacturam passus est, & typographicas illas priores plagulas com„mutari novis ad libidinem istorum oportuit, magno malo nostro, & admiratione „mea. *Hæc Junius.*

minem ſufficere animadverteret, ipſe paucos, quibus evolvendis par eſſet codices delegit, cæteros aliorum induſtriæ commiſit. Et hanc Gillotianam editionem A. C. 1568. apud *Gulielmum Merlinum* & ſocios Pariſiis vulgatam, omnium, quæ hactenus prodierant, abſolutiſſimam Benedictini ſtatuunt, & indignam plane, quæ editionis Romanæ paulo poſt ſecutæ fama opprimeretur. Aggreſſus hanc editionem, aliis poſtea in laboris partem adſcitis ſociis, *Felix Perretus de Monto Alto* Ord. Min. Vicarius generalis, deinde Cardinalis, & tandem ſub *Xyſti V.* nomine Pontifex Romanus, quinque tomis conſtantem, è quibus priores quatuor A. C 1580. 1581. & 1582. quintus & ultimus A. C. 1585. cum jam Romanam cathedram Xyſtus occupaſſet, lucem publicam aſpexit. Eam fuſius recenſet Poſſevinus in Apparatu S. & Labbeus T. 1. de S. E. p. 48. Hendreichius in pandectis Brandenb. &c. Quamvis autem hæc editio tantum obtinuerit autoritatis ut ferè ſola prælo ſubjiceretur, & in una Lutetia (*a*) ab A. C. 1586. ſingulis fere decenniis iterata fuerit, ut A. 1603. cui editioni inedita quædam acceſſere, tum 1614. 1632. 1642. 1665. nec non Coloniæ 1616. non diſſimulant tamen Monachi Benedictini, non pauca in editione hac Romana deprehendi, quæ minus probari poſſint. Inter alia enim animadvertunt, epiſtolas aliquot & homilias, imo & nonnullas librorum partes ordine ſuo avulſas & in alienum locum rejectas; item tractatus quoſdam dubios legitimis admixtos, cum potius in iis quoque commentationibus, quas ſuperiorum editionum conſenſus tanquam legitimas admiſerat, delectu & cenſura opus fuiſſet. Imprimis autem hoc animadverſione dignum cenſent, quod etiam in ipſo Ambroſii textu multa ſibi permiſiſſe deprehendantur, qui eundem corrigendum ſuſceperunt.

Meliorem denique Ambroſii editionem debemus laudatis Monachis Benedictinis congregationis S. Mauri, *Iacobo Frichio* & *Nic. Nourrito*, ſplendide & emendate recuſam, duobus Voluminibus: quorum prius A. 1686. poſterius A. 1691. fol. Pariſiis præla evaſit. Recenſetur fuſius in Actis Erud. A. 1688. pag. 64. & T. 2. Supplementi p. 209. nec non in hiſtoria literaria præſtantiſſimi Cavei, tomo poſteriore. Habet tamen quæ in hac quoque editione deſideret Richardus Simon in Epiſtolis Cri-

(a) Salmaſius ſub Simplicii Verini nomine Epiſtola ad Juſtum Pacium p. 102. teſtatur Pariſienſem Ambroſii editionem *multis modis ſibi eſſe ſuſpectam, utpote à Jeſuitis procuratam, quam ſcio ab illis pluribus locis depravatam eſſe, ut ex collatione ſcriptorum exemplarium animadvertere licuit.*

Criticis Gallice editis Basileæ 1699. 12. pag. 74. *Les Moines Benedictins qui ont publie une nouvelle edition des ouvrages de S. Ambroise, qui crient si fort contre celle de Rome, parce qu'on y a alterè selon eux en une infinitè d'endroits le texte de ce Pere, ont eu si peu de connoissance de ce qui regarde la Critique des livres Sacres, que non seulement leurs notes sont peu exactes, mais ils ont aussi laissè dans le texte de ce S. Docteur des lecons qui ne s'accordent point avec ses explications.*

Loca S. Scripturæ ab Ambrosio allegata quæ differunt à vulgata versione, persequitur Jo. Ludovicus de la Cerda Adversar. sacr. capite 179. Merito Combefisius in Bibl. Concionatoria profitetur se in Ambrosio suspicere dexteritatem in reddendis Græcis Philonis, Origenis, Eusebii, maximeque Basilii Magni, *quo in genere omnium facile princeps videri possit: mihi sane multis partibus Hieronymo superior videtur, sic tota sensus expressione stylo ipse suo ac puriori nitet, nec tam ex aliorum scriptis in suos videtur alveos corrogare, quam à se propria fundere* Theophili Raynaudi liber editus Lugduni 1632. 12. hoc titulo: *Ambrosius, succus cœlestis, ubi Galliarum expressus?* disputat Arelatensem, non Lugdunensem fuisse Ambrosium. Recusus etiam est Tomo octavo operum Raynaudi pag. 107. Superstite adhuc Auxentio Episcopum Mediolani creatum contendit Latinus Latinius T. 1. Epist. p. 375. seq. Ipse quidem se *non Ecclesiæ nutritum sinu, sed raptum à tribunalibus* scribit. Confer notas Benedictinor. Tom. 2. pag 332. Theodosii Magni Imp. vox apud Theodoritum V. 18. Hist. Ἀμβρόσιον οἶδα μόνον Ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον. *Episcopum dignum vidi neminem præter Ambrosium.* Papebrochii dissertatio de anno & die mortis S. Ambrosii, quam præmisit Tomo 1. Act. Sanctorum Aprilis pag. XXXVII. seq. pugnat pro Anno 398. De SS. Protasii & Gervasii corporibus A. 386. ab Ambrosio inventis consulendus celeberr. Muratorius diss. 15. ad Paulini natalem XI. S. Felicis v. 324. T. 1. anecdotorum Latinorum p. 171. seq. Acta SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ Ambrosio supposita leguntur apud Surium 31. Maj. Confer Acta Sanctor. Tom. 7. Maji pag. 427. seq. Ambrosio rectius à nonnullis tribuuntur *libri quinque de excidio Urbis Hierosolymitanæ*, qui ambulant sub nomine *Hegesippi*, quod ex *Iosephi* (a) nomine corruptum, ex quo libros illos liberiore interpretatione conversos apparet. Nec modo Jo. Mabillonius in Codice antiquissimo Bibl. Ambrosianæ reperit tributos hos libros Ambrosio Episcopo Tom.

(a) Vide If. Vossium appendice de LXX. Interpretibus p. 127. seq. & quæ notav in Bibl. Græca lib. 4. cap. 6. §. 2.

po Tom. 1. musei Italici p. 14. sed etiam Carolus Daubusius libro primo pro testimonio Josephi de CHristo pag. 16. testatur in Codice Cantabrigiensi ad extremum libri primi exstare hæc verba: *Beatissimi Ambrosii translatio ex Iosepho, liber primus explicit*. Et in Catalogo MSS. Monasterii Cremisanensis, Ord. Benedictini in Austria, video memorari num. 58. *tractatum Ambrosii Episcopi de historia Iosephi captivi, translati ab ipso de Græco in Latinum*. Omitto quod apud Angelum Decembrium lib. VII. de politia literaria pag. 566. legas *Ægisippum esse vocabulum historici Græci ex capra & equo compositum, qui de bello Titi cum Iudæis scripsit, à Doctore Ambrosio Latine translatum*. Scripsit hæc December circa A. 1460. frater Petri Candidi Decembri A. 1477. æt. 79. defuncti. Etiam in editione Ascensiana Paris. 1511. fol. libri Hegesippiani Ambrosio tribuuntur. Vide Ittigii prolegomena ad Josephum. Sed Benedictinis, neque stylum, neque ingenium Ambrosii referre videntur.

Catalogus eorum ad quos S. AMBROSII Epistolæ.

Romulo

Flavio Lucio Dextro hortante librum de scriptoribus Ecclesiasticis scripsisse se in Epistola ad eum præmissa Hieronymus testatur. Idem cap. 132. ejus meminit his verbis: *Dexter Paciani, de quo supra* (cap. 106.) *dixi, filius, clarus apud sæculum* (præfecturam prætorii gessisse refert non Sophronius Græcus Hieronymi interpres, ut notat Miræus ad Hieron. de S. E. sed Hieronymus ipse apologia 2. in Rufin.) *& CHristi fidei deditus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi*. Omnimodam hanc Dextri Historiam in deperditis jam pridem habuere viri docti, cum repente exeunte sæculo XVI. pererebescere rumor cœpit de invento in Fuldensi Germaniæ Bibliotheca hoc thesauro. Auctor rei ut docemur à Nicolao Antonio lib. 1. Bib. veteris Hispanæ cap. 8. Jesuitarum sodalis quidam *Hieronymus Romanus de Higuera* nomine, Toletanus patria, undique munitus vir subsidiis curiosæ omnis, qua historica constat res, doctrinæ. Hic testatus est, à *Thoma Torriàlba*, ejusdem Societatis, è Germaniæ Wormatia urbe Dextri Chronicon sive Historiam omnimodam ab Anno Urbis Romæ 752. ad annum 1183. (Christi 1. ad 430.) missam sibi una cum *M. Maximi*, Cæsaraugustani Episcopi continuatione ab A. C. 468. ad 644. & *Eutrandi* (Luitprandi) Ticinensis Diaconi ab A. 644. ad 668. Apographum illius Cæsaraugustæ repertum *Jo. Calderon* Franciscanus A. 1619. 4. in ea urbe typis committi curavit primus vehementer interpolatum, cum Chronico *M. Maximi* pag. 95--105. & additionibus S. *Braulionis* & *Helecæ* Cæsaraugustanorum Episcoporum ad Maximum p. 105--112. & fragmentis carminum M. Maximi & aliorum. Ab eo tempore Thomas Tamajus Vargas regius Historicus edidit Dextrum defensum A. 1624. 4. Madriti lingua Hispanica: *Flavio Lucio Dextro Caballero Espannol de Barcelona prefecto pretorio de Oriente, Governador de Toledo, por los annos del Sennor de CCCC. defendido po*

don Thomas Tamajo de Vargas. Subjicitur: *Antiguedad de la religion Christiana en el reino de Toledo par muestra de la verdad de la doctrina de Fl. Lucio Dextro*. Postea *Rodericus Carus* Utrariensis presbyter Chronicon Dextri & continuatorum cum brevibus notis vulgavit Hispali 1627. Et *Franciscus Bivarius* Cisterciensis Monachus solum Dextri Chronicon cum amplo commentario Lugd. eodem anno 1627. fol. Maximi vero Chronicon cum *Braulionis* & *Hellecanis Tajonis* & *Valderedi* Episcoporum Cæsaraugustanorum additionibus, & ejusdem Bivarii commentario, præmissis *Baltasaris de Sandoval* & *Moscoso* apologeticis prælocutionibus pro Dextro & Maximo excusum Madrit. 1651. fol. Denique in laudati *Nicolai Antonii* Bibliotheca Vetere Hispana Tom. 2. pag. 274--286. eadem Chronica exhibentur longe sinceriora, qui tamen neutiquam illa pro genuinis habet, sed quam plurimis & non inficiandis argumentis evicit recens illa & fortasse ab ipso Higuera fuisse conficta: de quo videsis etiam eundem Nic. Antonium lib. 1. de jure exulum cap. 14. Cardinalem R. E. Josephum Saenz de Aguirre Tomo II. Concil. Hispan. pag. 54. seq. & Jo. Bollandum præfat. ad Tom. 1. Act. Sanctor. Januar. pag. 31. & ad Tom. 1. Act. Februarii p. XVIII. seq. Papebrochium T. 4. Act. Sanctor. Januar. p. 14. b. Dionys. Petavius lib. 2. Epist. 14. ad Rosvveidum, Chronicon Dextri vocat *hominis imperitissimi* ἄτοπον *&* ἀλλόκοτον κύημα *& omnino* ψευδεπίγραφον *ab Hispano aliquo nebulone confictum*. Epistola commentitio huic Lucii Dextri, sive ut à Cornelio à Lapide appellatur, tenebrionis sinistri Chronico præmissa non ad *Hieron.* sed ad Orosium dirigitur his verbis: *Posteaquam ex oriente, (ubi, sicut nosti, Præfectus pretorio fui,) domum redii, cœpit me vehementer tædere functionis munerum publicorum, totumque me converti ad ea studia, in quibus bonam vitæ meæ partem transegi, si non cum laude, citra notam pudoris tamen. Porro omnimodam historiam quam ab orbe condito ad hæc nostra tempora* (Calderonis editio addit: *id est ad annum* 430. *ad Consulatum XIII. Theodosii junioris*) *produxeram, & S. Hieronymo dedicaveram, quoniam ad manus ejus defuncti* (atqui scripta jam erat à Dextro A. 392. cum Hieronymus obierit demum A. 420.) *pervenire non potuit, auctam & locupletatam tibi nuncupo, ut Historiarum scriptori, & patris mei* (Paciani) *amantissimo. Vale.* Verum Calderonis editio habet: *S. Presbytero Hieronymo non ita locupletatam dicaveram: sed quia ad ejus defuncti manus pervenire non potuit, multis locis auctam locupletatamque tibi homini Hispano Laletano & Historiarum scriptori ornato & mei amantissimo nuncupo. Vale*.

S. Martini

S. Martini Turonensis ab A. 375. Episcopi, A. 400. defuncti vitam scripsere prosa quidem *Sulpicius Severus*, qui sub idem tempus vixit, libris duobus: *Gregorius Turonensis* libr. IV. de Miraculis Martini, atque *Alcuinus*: & versibus heroicis, libris sex *Paulinus Petrocorius*, & libris quatuor *Venantius Fortunatus*, ambo Sulpicii Severi vestigiis insistentes. E recentioribus *Petrus Menander* Turonensis in historia Archiepiscoporum Turonensium à Joanne Maan edita Augustæ Turonum 1667. fol. qui vitam Martini per annos digessit; nec non *Martinus Marteau* in epitome paradisi Turonensis, Gallice vulgata Paris. 1661. 8. *Tillemontius* tomo decimo memoriarum, *Franciscus Giry* & *Hadr. Bailletus* in vitis Sanctorum Gallice editis XI. Novembr. *Nicolaus Gervasius* Aurelianensis in vita S. Martini & historia fundationis ejus Ecclesiæ, Gallice edita Turoni 1699. 4. Ac ne ineditas *Ludovici Chantereau le Fevre* & *Petri Carreau* dissertationes memorem, Jacobo Longo laudatas in Bibliotheca Historica Galliæ p. 198. *Carolus le Cointe* inquisitione de anno quo obiit S. Martinus T. 1. Annal. Francorum pag. 202. *Petrus Franciscus Chifletius* S. I. dissertatione de S. Martini Turonensis Episcopi tempore pag. 213. seq. Opusc. *Josephus Anthelmi* Epistola ad Antonium Pagi de ætate S. Martini & quorundam ejus gestorum ordine, anno emortuali, nec non de S. Britio successore, Paris. 1693. 8. *Jo. Melchior Goezius* disp. historico Theologica de Martino Jen. 1697. 4. *Jo. Christianus Fromannus* in ansere Martiniano Lips. 1683. 4. &c. Cæterum scripta quæ exstant sub nomine *Odonis* Abbatis Cluniacensis de reversione S. Martini è Burgundia, in Martini Marrier Bibliotheca Cluniacensi p. 116. & Tom. 17. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 253. nec non *Herberti* Archiep. Turonensis de miraculis S. Martini post ejus reversionem sive corporis depositionem Tom. 7. Misc. Baluzii pag. 169. fide esse indigna & commentitia probavit Claudius Molinetus diss. 3. sur la mouvance de Bretagne. Mem. de Trev. A. 1712. pag. 666. & A. 1716. p. 1145. seq. Quæ sub S. Martini fertur nomie brevis *Professio fidei de Trinitate*, & cum Variis lectionibus exhibetur à Casp. Barthio notis ad Gallum confessorem pag. 120. supposititia videtur Schurzfleischio pag. 756. Epist. De Codice MS. Mazariniano vide Combefisii Bibliothecam Concionatoriam Tom. 8. pag. 470.

S. Hieronymum ob multa & egregia quæ nobis reliquit monumenta *Bibliothecam Ecclesiæ* vocat Jonas Aurelianensis libro tercio contra Claudium Taurinensem p. 1243. Orthodoxograph. Natus est A. C. 321. factusque presbyter anno 350. ætatis 29.

& cum

& cum per triennium inde Romæ, & quatuor annos in eremo Syriæ versatus esset, reliquam omnem ætatem postea Bethlehemi exegit diemque obiit A. C. 420. ætatis 89. licet inchoatum 92. attigisse contendit Dodvvellus III. 7. diss. ad Irenæum. De scriptis suis breviter ipse Hieronymus capite ultimo de S. E. Quod vero in Codice Corbejensi Gennadii de S. E. præmittitur caput de S. Hieronymo, nec non vita Hieronymi quam edidit Mabillonius Tom 4. Analect. pag. 183. & Marcianæus cum Variis Lect. ex quinque Codd. MSS. tomo quinto operum Hieronymi præfixit, *Gennadio* tribuitur, sed parum certa sententia, ut docet Tillemontius Tom. 12. memor pag. 615. seq. Exiguam quoque fidem merentur quæ in eodem tomo quinto Marcianæi recusa leguntur sub *Eusebii* nomine de morte Hieronymi ad Damasum pag. 449. *Augustini* ad Cyrillum Hierosol. de magnificentiis beati Hieronymi pag. 477. *Cyrilli* Hierosol. de miraculis Hieronymi ad Augustinum p. 483. & Vita Hieronymi incerto auctore, quæ incipit *Plerosque nimirum illustrium virorum non ambigo nosse* p. 508. Recentiori ætate ex scriptis ipsius Hieronymi & aliis fide dignis monumentis vitam Hieronymi tradiderunt præter *Erasmum*, *Hieronymum Guadalupum*, Tolet. 1597. 4 *Christianum Massæum* in Chronico, vulgato Antvv. 1540. fol. & *Marianum Victorium* hujusque liberiorem metaphrastem (*a*) *Joannem Cinellum*, qui Italice vitam Hieronymi vulgavit Florentiæ 1688. 4. præcipue *Tillemontius* (*b*) tomo duodecimo memoriarum, Paris. 1707. 4. & *Joannes Marcianæus* ineditis tunc adhuc Tillemontii memoriis usus, Latine quidem tomo V. operum Hieronymi Paris. 1706. fol. & Gallice (*c*) libris sex, ditis Paris. 1706. 4. Vitam Hieronymi à *Thoma Vascone* scriptam memorat Jo. Lelandus de scriptoribus Britannicis pag. 435. *Jo. Philippi Thomasini* Oratio de laudibus *Hieronymi* prodiit Patav. 1630. De Hieronymi peregrinationibus Heribertus Rosvveidus prolegomenis ad vitas Patrum, maxime è Baronio. De patria *Hieronymi* Stridonis (*Sdrigna*) Franciscus Irenæus de Cruce, Carmelitanus in historia Tergesti (Trieste) quam Italice edidit Venetiis 1698. fol. libro VI. pag. 444. seq. qui etiam Aquilejæ baptizatum disputat VI. 6. pag. 476. seq. De picturis S. *Hieronymi* Joannes Molanus III. 42. historiæ SS. imaginum. Jo. Launojus in dissertatione de Victorinis meminit multorum MSS. Codicum atque editionum veterum *Hieronymi*. Tomus primus Epistolarum à Theodoro Episcopo Tarvisino col-

lecta-

(a) Acta Erud. 1689. pag. 249.
(b) Journal des Sav. 1708. Maji p. 380.
(c) Id. 1706. p. 781.

lectarum lucem primum vidit Romæ cura Joannis Andreæ, Episcopi Aleriensis, per Conradum Svveynheim & Arnoldum Pannartz A. 1468. fol. quem secutus ex eadem officina tomus secundus est A. 1470. Operæ pretium est videre quæ de licentia addendi vel alterandi, qua primus hic editor usus fuit, quæque Erasmo deinde fraudi fuit, notantur à Rich. Simone Tom. 1. epistolarum selectarum Epist. 32. pag. 220. seq. Eodem anno ambo tomi recusi Moguntiæ per Petrum Schœffer, quæ editio in membranis nitidissimis excusa fuit apud Emericum Bigotium. Hinc & Venetiis 1476. fol. per Antonium Bartholomæum, nec minus Parmæ 1480. fol. atque iterum Venetiis 1488. apud Andream de Toresanis de Asula & Basil. 1492. & Venet. 1496. & Lugd. 1513. fol. per Nicolaum de Benedictis.

Sed præcipua Erasmi (a) laus, qui Jo. Cononis, Jo. Reuchlini, Jo. & Brunonis Basiliique Amerbachiorum & Conr. Pellicani opera adjutus, magno studio in scriptis Hieronymi undique conquirendis, recensendis & illustrandis versatus est, etiam spuria à genuinis distinguere, & ἀμφιβόλως notha à manifeste suppositis, & pseudepigrapha docta ab indoctis secernere instituit Basileæ 1516. fol. apud Joannem Frobenium, novem voluminibus. Hanc editionem recensent Gesnerus in Bibl. & Simlerus. Repetita editio Lugd. 1530. apud Gryphium. Paris. 1533. & 1546. Basil. 1526. 1553. & 1565. Hinc ex recognitione *Mariani Victorii Amoretti*, Reatini, Episcopi Amerini Rom. 1565-1576. fol. novem voluminibus, quam editionem recensent Bellarminus libro de S. E. & Possevinus in apparatu sacro. Repetita editio Antvverp. 1579. ex Plantini officina. Paris. 1580. apud Nivellium. In editione Parisiensi 1609. præter eruditas (*b*) *Henr. Gravii* Andrea Schotto curante integre & emendatius editas observationes in Epistolas, accesserunt notæ insignes *Frontonis Ducæi* ad pauca quædam Hieronymi loca. Repetita Coloniæ 1618. In editione Parisiensi 1623. quam recenset Labbeus T. 1. p. 435. seq. habentur præterea difficilia loca per *Franciscum à Messana* digesta, Advertentiæ *Ferdinandi Vellosilli* Episcopi Lucensis, *Federici Morelli* observationum & emendationum diatriba, & *Lælii* Episcopi Balneoregiani emendatio insignis loci Hieronymiani. Repetita hæc editio Paris. 1643. Francofurtensis 1684. fol. curante *D. Adamo Tribbechovio* in duodecim tomos distribuitur, sed qui tribus voluminibus non incommode possunt compingi. Erasmi editionem exprimit, Victorii vero & Gravii Ducæique & Latinii observationes tomo exhi-

(a) Vide Erasmum ipsum adagio *Herculis labores*.

(b) Partem primam notarum Gravi ediderat Jo. Antonianus, Antvverp. 1568. 8.

exhibet decimo, undecimo Francisci à Messana & Episcopi Lucensis advertentias, duodecimo indices. De hac editione videri possunt Acta Eruditor. 1684. pag. 343. *D. Frid. Ulricus Calixtus* in prolegomenis huic editioni præmissis pag. 7. præter rem tradit Erasmum *prioribus quatuor tomis Hieronymi immortuum, & prius quam perficerentur posteriores, è mortali hac vita in cœlestem migrasse patriam*. Certe absolutæ Hieronymi editioni viginti annos Erasmus supervixit, & quod de Erasmo Calixtus, id Bruno & Basilius Amerbachii fratres de Joanne Amerbachio patre suo scripserant præf. ad tomum quintum.

A. 1690. Parisiis in quarto *Johannes Marcianæus* Monachus Benedictinus edidit prodromum novæ editionis Hieronymi ad omnes doctos (*a*) cum Epistola Hieronymi ad Suniam, & Fretelam, castigata ad MSS. & variis observationibus illustrata. Secuta hinc editio ipsa Hieronymi luculenta ab eodemque Marcianæo curata tomis quinque, quorum *primus* (*b*) A. 1693. Paris. fol. sub Divinæ Bibliothecæ titulo exhibet versiones Latinas Hieronymianas (minime illas tamen sinceras) librorum sacrorum ex Hebraico & Græco, cum scholiis variis marginalibus quæ Hieronymi ipsius esse prius opinatus editor, deinde ad libros Regum cum pervenisset, observavit à Rabano Mauro tribui nescio cui Judæo. Confer Rich. Simonis censuram editam Colon. 1699. 8. sub titulo: *Critique du livre publiè par les Moines Benedictins de la Congregation de S. Maur, sous la titre de Bibliotheque Divine de S. Jerome*. Canones Evangeliorum in hoc tomo p. 1429. seq. restituit *Antonius Pouget* Monachus Benedictinus. *Secundus* (*c*) A. 1699. Nomina Hebraica, subjunctis Græcis ex Philone ac Josepho, nec non Origenis ex pluribus Codd. MSS. Librum de locis Hebraicis cum Græcis Eusebii; Quæstiones Hebraicas, Epistolas Criticas & Commentarios in sacra Volumina à Genesi usque ad Prophetas. *Tertius* (*d*) A. 1704. Commentarios in Prophetas universos sedecim. *Quartus* (*e*) A. 1706. Commentarios in Novum Testamentum, Epistolasque Criticas & alias ordine chronologico digestas, librum de Viris illustribus, opusculaque apologetica & polemica. *Quintus* denique eodem Anno 1706. vitam S. Hieronymi, Catalogum Gennadii de Viris illustribus, Opusculaque omnis generis

(a) Act. Er. 1695. pag. 98.
(b) Act. Er. 1695. pag. 98.
(c) Journal des Sav. A. 1699. p. 455. & A. 1700. p. 308. 387. Nouvell. Rep. lettr. 1700. Tom. 2. p. 67. Act. Er. A. 1699. pag. 529.
(d) Journal des Sav. 1704. p. 553. Acta Erud. 1706. p. 418.
(e) Memoir. de Trevoux 1707. pag. 297. Journal des Sav. 1706. p. 960.

neris Hieronymo ſuppoſita. Multa in hac editione Hieronymi non ſine cauſa deſiderare ſe profeſſi ſunt *Rich. Simon*, tum in cenſura quam paullo ante memoravi, tum in Epiſtolis Criticis Baſileæ 1699. 12. editis, nec minus in Epiſtolis ſelectis Tom 1. pag. 222. ſeq. &c. atque *Johannes Clericus* in quæſtionibus Hieronymianis Amſt. 1700. 8. editis, qui etiam novam Hieronymi editionem promittit T. 17. Bibl. ſelectæ pag. 152. Reſpondit Marcianæus Simoni in ſcripto A. 1699. edito, *defenſe de la Bible de S. Jerome contra la critique de Mr. Simon*, & Clerico in eruditionis Hieronymianæ defenſione adverſus Jo. Clericum Pariſ. 1700. 8. vulgata & in tomo tertio Hieronymo recuſa. Sed reſpondit acerbius quam ſolidius. Innumeris tamen locis meliore ab eo datum Hieronymum, & multa animadverſa præclare nemo negaverit. Reſtituta etiam in pleriſque genuina lectio locorum Hebraicorum, quæ Latinis litteris Hieronymus expreſſerat, atque Hebraicis mutaverant editores non raro contra ſcriptoris mentem.

Ex *Joannis Clerici* quæſtionibus Hieronymianis quindecim, octava eſt de vero uſu operum Hieronymi. Obſervat itaque pag. 215. uſus habere Hieronymi ſcripta & communes cum cæteris antiquis Eccleſiaſticorum ſcriptorum monumentis, & prorſus peculiares. Communes omnibus priſcis Eccleſiaſticis libris uſus ſunt, præter egregia ad pietatem documenta, quod licet ex iis ſolis primo cognoſcere hiſtoriam dogmatum & factorum ſuæ ætatis inter Chriſtianos, ac rationem qua ſolebat Scriptura ſacra explicari iis ſæculis quibus conſcripti ſunt. Peculiares vero uſus Hieronymi ad tria hæc potiſſimum capita poſſunt referri. (1) Ex iis colligimus fragmenta multo plura quam ex ullo alio Veterum interpretum Græcorum Veteris Teſtamenti, quorum translationes injuria temporum, ſocordiaque hominum perierunt. (2) Multas ex iis intelligere licet traditiones Judaicas vel opiniones Judæorum illius ævi de ſignificatione vocum Hebraicarum, ſententiaque plurimorum locorum Scripturæ, varias item nonnullas lectiones dignas quæ expendantur, de quibus idem Clericus pag. 229. (3) Cognoſcimus denique quodnam fuerit ſingulare ipſius Hieronymi judicium de variis vocabulis Hebraicis ac Scripturæ locis; tum etiam de rebus & ſcriptoribus aliis de quibus fert ſententiam.

Librum *de Viris illuſtribus* ſive *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* quem A. C. 392. Hieronymus Lucio Dextro rogante compoſuit, primus edidit cum Græca verſione Eraſmus ſeparatim Baſ. 1529. 4. *Sophronii* nomen vere an falſo præferat Græca illa in-

terpretatio, dubitant viri eruditi, ut notatum T. 8. Bibl. Græcæ pag. 195. Deinde repetita in editionibus quibusdam operum Hieronymi, ut Basileens. Paris. & Francofurt. Sed Marcianæus in sua omisit. Abest quoque in Suffridi Petri collectione, qui Hieronymum, Gennadium, Isidorum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gemblacensem de scriptoribus Eccles. junctim edidit Colon. 1580. 8. nec non in lucupletiore Auberti Miræi, qui Ildefonsum quoque adjunxit Antvverp. 1639. fol. Tanto lubentius igitur locum Græcę versioni dare volui in Bibliotheca Ecclesiastica, quam vulgavi Hamburg. 1718. fol. in qua continentur de Scriptoribus Ecclesiasticis (1) *S. Hieronymus* cum Græco interprete, notis meis illustratus, quibus *Eusebium* præcipue, cujus vestigiis libenter insistit Hieronymus, cum eo conferre institui: adjunctis præterea castigationibus Suffridi Petri & Jo. Marcianæi, nec non integris Erasmi, Mariani Victorii, Henr. Gravii, Aub. Miræi, Wilh. Ernesti Tentzelii (*a*) & D. Ernesti Salomonis Cypriani (*b*) annotationibus. *Appendix* de vitis Evangelistarum & Apostolorum, quam Hieronymo alii Codices abjudicant, Græce & Latine. Appendix item altera, quæ fertur jam sub titulo Hieronymi de XII. Doctoribus, ad Desiderium, (*c*) jam sub nomine *Bedæ* (*d*) de luminaribus Ecclesiæ. (2) *Gennadius* Massiliensis, qui centum post Hieronymum annis scripsit, annotatis lectionibus Codicis antiquissimi Corbejensis, & subjunctis variorum notis, Suffridi Petri, Aub. Miræi, Ern. Sal. Cypriani & meis. (3) *S. Isidorus* Hispalensis. (4) *Ildefonsus* Toletanus. (5) *Honorius* Augustodunensis. (6) *Sigebertus* Gemblacensis. (7) Appendices *Juliani* ac *Felicis* Toletani & tertia Anonymi ad Isidorum & Ildefonsum. (8) *Henricus* Gandavensis. (9) *Anonymus Mellicensis* quem ad calcem Bibliothecæ Benedictino Maurianæ nuper vulgaverat R. P. Benedictus Pez, Augustæ Vindel. 1716. 8. (10) *Petrus Casinensis* de viris illustribus Monasterii Casinensis, cum supplemento *Placidi* Romani, & notis Jo. Baptistæ Mari. (11) Jo. Trithemii liber de scriptoribus Ecclesiasticis, cum meis notis. (12) Auberti Miræi auctarium & de scriptoribus sæculi XVI. & XVII.

Ad-

(a) Tentzelii florum sparsio, sive notæ in capita XIV. primora libri Hieronymiani, præmissa sunt Gennadii libro de S. E. quem cum notis edidit Rev. D. Ernestus Salomo Cyprianus Jen. 1703. 4.

(b) Laudatus D. Cyprianus librum Hieronymi de S. E. cum suis Variorumque notis edidit Francof. 1700. 4. In illa quoque sicut & in Francofurtensi 1549. 8. & Helmstadiensi Joannis à Fuchre 1611. 4. Græcus interprès prætermissus.

(c) Tom. V. edit. Marcianæi pag 416.

(d) Tom. 3. Operum Bedæ pag. 491. Colon. 1688. fol.

Adjunctusque quoque est index Chronologico alphabeticus in Trithemium, auctariumque Miræi & scriptores veteres hac Bibliotheca Ecclesiastica comprehensos. Juvat autem hoc loco separatos dare indices in Hieronymum, Gennadium &c.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui à S. Hieronymo in Catalogo & in duplici Appendice memorantur.

Mar-

Index Scriptorum qui in Catalogo Gennadiano commemorantur.

Isaa-

(a). Hujus altercatio edita ab Edmundo Martene Tom. 5. anecdotorum Paris. 1718.

Victor

(a) De hoc dixi Volum. X. Bibl. Græcæ p. 169.

(b) Hunc eundem esse cum Theodoro, Mopsvesteno postea Episcopo pulchre ex Facundi X. 1. opus ejus 1500. versuum memorante observat Jo. Garnerius ad Marium Mercatorem Tom. 2. p. 260. Certe Theodorus Raithunensis, de quo cogitavit Miræus, Gennadio longe junior est, clarus circa A. 646.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui in Isidori Hispalensis Catalogo recensentur.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui in Ildefonsi Toletani Catalogo, ejusque Appendicibus memorantur.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, quos Honorius Augustodunensis Hieronymo, Gennadio, & Isidoro adjecit.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui à Sigeberto Gemblacensi memorantur.

Ai-

Golphi-

Sige-

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui in Henrici Gandavensis Catalogo, ejusque appendice recensentur.

Index Alphabeticus Scriptorum Ecclesiasticorum, quos Anonymus Mellicensis in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis recenset.

Diet-

Udalri-

Index Scriptorum Alphabeticus, quorum meminit Petrus Diaconus, vel supplementi Auctor, Placidus Romanus.

Numeri paginas denotant editionis Hamb. 1718. fol.

Ut revertar ad. *S. Hieronymum*, sub ejus nomine exstant varia, quæ in Marcianæi editione desiderantur, ut (1) *Comes* sive *Lectionarius*, qui vulgatus est in Tomo secundo liturgicon Jacobi Pamelii, Colon 1675. 4. pag. 1-61. Præfationem ad Constantium Episcopum CPolitanum, quæ in Pamelii editione desideratur, edidit Lucas Dacherius Tomo XIII. spicilegii, & ante Dacherium Matthias Flacius Magdeb. 1549. 8 cum duobus capitibus Polydori Virgilii de nomine & auctoribus Missæ Codicem ampliorem Pameliano, qualem ab Theotincho presbytero au-

ro auctum habuit Cornelius Schultingius, vulgavit Steph. Baluzius ad calcem Capitularium Regum Francorum pag. 1309. seq. Parif. 1677. fol. De Josephi Mariæ Cari sive Thomasii editione, qui recensitum ab Alcuino Comitem edidit in antiquis libris Missarum Rom. Ecclesiæ, Rom. 1691. 4. Vide Diarium Venetum Eruditorum Italiæ Tom. 22. p. 19. & Acta Erud. Tom. 1. supplementi pag. 486. & D. Jo. Diecmannum in scriptis Germanicis junctim editis Tom. 2. pag. 134. seq. Vide sis etiam Cangii glossarium in *Comes* & *Lectionarius*. Comitis hujus sed sine nomine auctoris mentio in veteri charta donationis Cornutiana A. C. 471. condita editaque primum à Josepho Maria Svaresio Rom. 1630. 4. cum fragmento Tertulliani de execrandis gentium Diis: atque inde à Mabillonio lib. 6. de re diplomat. pag. 462. (2) *Indiculus de hæresibus*, quem luci dedit Claudius Menardus Parif. 1617. 8. atque emendatiorem vulgare constitui cum aliis veterum brevibus ejusdem argumenti scriptis. Post hæresin Eunomii in hoc libello notatur pag. 26. *Huc usque Hieronymus: hæc vero quæ sequuntur à S. Gennadio Massiliensi presbytero sunt posita*. Sed minus utique credibile priora ab Hieronymo scripta, quam posteriora a Gennadio adjuncta esse. (3) *Martyrologium* editum primum à Dacherio Tomo quarto spicilegii, Parif. 1661. 4. & sub titulo veteris Occidentalis Martyrologii cum amplissimis commentariis & eruditis exercitationibus à Francisco Maria Florentinio, Lucæ 1668. fol. In Dacherii editione, sancti Hieronymo posteriores alio charactere litterarum expressi sunt. De editione Florentinii vide Diarium Romanum, Giornale de' letterati in Roma 1668. pag. 73. (4) *Vitæ Patrum* post plures veteres editiones accuratius editæ & notis illustratæ ab Heriberto Rosvveido, Antvverp. 1615. fol. de quibus dixi Volum. IX. Bibl. Græcæ pag. 27. seq. (5) *Chronicon* ex Eusebio ad A. C. 325. Latine versum ab Hieronymo atque inde ad A. 378. productum: de cujus editionibus & continuatoribus non repetam quæ dixi in eadem Bibl. Græca Volum. VI. pag. 34. seq. tantum addam primam editionem Chronici Hieronymi lucem vidisse Mediolani curante Bonino Mombricio circa A. 1475. fol. etsi annus non annotatus est. Subjunctum in illa editione Chronicon Prosperi usque A. C. 448. atque inde ad 1449. Matthæi Palmerii, Florentini. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. 10. pag. 446. & de editione Chronici Hieronymiani Veneta A. 1483. fol. Michaelem Maittaire in Annalibus typographiæ pag. 35.

(6) *Origenis* homiliæ in Jsaiam, in Jeremiam & Ezechielem,

& in Lucam, inter Origenis Opera sæpius ex Hieronymi versione editæ.

Placet hoc loco etiam cum Lectore communicare specimen acuminis Critici quale sæculo duodecimo fuit, *Guigonis*, Cartusiæ Prioris, viri pietate & doctrina celebris & S. Bernardi Clarævallensis æqualis & amici Epistolam ad Durbonenses fratres de suppostitiis B. Hieronymi Epistolis, quam tenebris non indignam habuit Mabillonius Tom. 1. Analect. p. 331.

AMICIS & Fratribus in Christo dilectissimis, LAZARO Durboniensi Priori, & ceteris in eadem eremo Deo famulantibus, Cartusiæ Prior vocatus GUIGO, æternam à Domino salutem. Inter cetera Catholicorum virorum, quæ ad eruditionem Fidelium elaboraverunt opera, quæ nostra quoque parvitas congregare studuit vel emendare; etiam epistolas beati Hieronymi, quotquot potuimus, undecumque quæsitas, & pro concessa à Deo facultate mendaciis expurgatas, in unum grande volumen redegimus. Abscidimus autem ab eis quasdam, quas vel ex aliorum Doctorum scriptis, vel ex stili sententiarumque distantia, titulo tanti viri comperimus indignas: ex quibus illa est, cujus est titulus ad Demetriadem, hoc habens initium: Si summo ingenio parique fretus scientia. *Hanc quippe beatus Augustinus in opere contra Pelagium de gratia Christi & de peccato originali, ejusdem Pelagii esse dicit, quædam ipsius frusta tractatui suo interserens atque redarguens. Huic adduntur & istæ, ad Titatium (a) de morte filiæ, cujus initium tale est:* Caritatis tuæ scripta percepi. *Ad Oceanum consolatoria, tale habens initium:* Diversorum opprobia, tribulationes multiplices. *Ad viduam, quæ sic incipit:* Magnam humilitati nostræ fiduciam scribendi. *Ad virginem, sive ad filiam Mauricii, (dupliciter quippe intitulata reperitur) exordium istud accipiens:* Quantam in cœlestibus beatitudinem. *Item de lapsu virginis, sive de pœnitentia ad Susannam: uterque enim titulus in diversis codicibus invenitur. Quæ tam diversis titulatur auctoribus, ut eorum nullius sit decoranda vocabulo, cujus hoc est in quibusdam libri initium:* Puto leve esse crimen. *In aliis istud:* Quid agis, anima? quid cogitationibus æstuas? *Ad Desiderium de XII. Lectoribus à nescio quo in irrisionem Doctorum composita. Ad Celantiam sic incipiens:* Veteris scripturæ celebrata sententia est. *Hæc stilo quidem nobiliore est scripta: sed nec sic beato Hieronymo digna. Postrema est de origine animæ disputatio, quasi inter beatos Hieronymum & Augustinum: ubi licet multa ex eorum scriptis ponantur, falsa tamen est: tum quia præfati Doctores numquam inter se præsentialiter sunt locuti: tum quia eadem*

(a) In editis *Tyrasium*, T. 5. Marcianæi p. 408.

eadem quæstio nec apud eos, nec apud cæteros fidei catholicæ sectatores adhuc usque potuit liquido definiri. Hujus disputationis tale reperitur principium: Cum apud vos cœlestis eloquentia purissimi fontis. *Ne autem prædicti Doctoris epistolæ sine rationabili causa apud imperitos suo videantur numero diminutæ, has nostræ parvitatis litteras in principio collocate. Valete. Orate pro nobis.*

Hactenus Guigo. Apud virum celeberrimum Marcum Meibomium fuit *commentarius in Jobum* MStus ante multa sæcula, quem S. Hieronymi esse non dubitans Marcianæo obtulit sed in cassum, quia nimio pretio decies mille florenorum hic facile passus est se deterreri. Ab eo tempore specimen ex illo codice Actis Eruditorum inferendum transmisit Vir Eruditiss. Hadrianus Relandus, quod exstat an. 1711. pag. 270..275. & ...513..520. Cæterum licet Hieronymus scripsisse se in Jobum testatur in Amos. V. 19. tamen nec qui inter Hieronymi scripta plus simplici vice prodiit commentarius ipsum habet auctorem, sed potius Bedam: neque hunc ineditum Meibomianum Hieronymo, sed Rabano Mauro tribuendum esse disputat Vir Clariss. Christoph. Augustus Heumannus in Actis Erud. an. 1712. pag. 21. seq.

Scripta Hieronymo supposita vel aliena, quæ in tomo postremo editionis novissimæ laudati Marcianæi reperiuntur post Gennadii Catalogum cum Variis Lect. ex MS. Corbejensi; hæc sunt & hoc ordine:

Sancto Hieronymo Stridonensi falso adscriptorum opusculorum Tripartita series.

IN cujus prima parte editæ sunt Epistolæ quarum Auctores ignorantur.

In secunda ponuntur ea quę suis titulis proprios testantur Auctores.

In tertia similiter quæ suos Auctores ipsa præ se ferunt; sed quæ parum docta habentur.

Omnia diligentius edita cum censuris Erasmi, cumque variis aliquot lectionibus Manuscriptorum codicum, & adnotationibus Joannis Marcianæi.

Prima series.

Secunda series.

De

In Hieronymo Marcianæi non contemnenda opera est ab editore impensa in eo, quod verba S. Scripturæ Hebraica ex MStis exhibet Codicibus, Latinis descripta litteris, qualibus Hieronymus ea pro captu suo ex Origenianis Hexaplis expresserat. Jamdudum de Erasmi & Victorii editionibus eo nomine conquesti erant viri eruditi, Joh. Drusius quæst. Heb. lib. 3. cap. 75. *Dupliciter erratum à nuperis correctoribus in Hieronymo, primum in eo quod characteribus Hebræis scripserint quæ Hieronymus Latinis scripserat; deinde quod mutata vetere lectione pro ea novam ac Hieronymo incognitam posuerint.* Jo. Morinus Exerc. Biblic. pag. 108. *Notabit Lector Marianum Victorium in Operum S. Hieronymi editione*

tione, quam curavit, imprudenter admodum Hebraica nomina Latinis litteris scripta sustulisse, & in eorum locum Hebraica Hebraicis litteris & Rabbinicis punctis descripta reposuisse. Rabbinica enim illa scriptio non tantum à S. Hieronymo penitus fuit ignorata, sed etiam fere semper ipsius argumento & conclusioni è diametro contradicit. Ad marginem ista adnotare debuerat, aut saltem antiqua Hieronymi scriptione constante Rabbinicam textui superaddere. Nec Lectori satisfecit cum illum in præfatione admonuit mutationis à se factæ. Nihil mutasse longe præstabat, quam sic mutasse. Isaacus Vossius de Sybillinis Oraculis cap. 16. *Minime probo factum Erasmi & aliorum, qui opera Hieronymi ediderunt, quod invitis antiquis libris veterem expunxerunt lectionem, depromptam ex tetraplis & hexaplis Origenis, Hebraicasque reposuerunt voces animatas vocalibus Masorethicis, plurimumque ab antiqua lectione discrepantes*. Non omittendum etiam quod notat idem Morinus pag. 207. *Conqueritur Hieronymus Epistola ad Suniam & Fretelam scriptorum negligentia virgulis & asteriscis subtractis distinctionem universam in Origenianis libris confusam esse. Idemipse expertus est: asteriscos enim & obeliscos in commentariis suis notaverat, ut videre est in Esaiam cap. 60. & aliis in locis, qui fere ad unum omnes deleti sunt*. Horum quoque asteriscorum & obeliscorum nonnullos passim MSS. Codicum ope restituit Marcianæus.

Rufini varia exstant, quæ nondum sunt in unum corpus omnia à quoquam collecta. Plurima ex Græco in latinum convertit, ut Josephum de bello Judaico, Recognitiones Clementis, Origenis non pauca, & Eusebii Hist. Ecclesiasticam, quam duobus etiam libris auxit, sed in interpretationibus suis usus est nimia sæpe interpolandi libertate. Transtulit & *Sexti Pythagorei* Sententias, quas sub Xysti Episcopi Romani nomine edidit & annulum inscripsit. Graviter eo nomine in eum invehitur Hieron. non uno in loco. Gelasius autem annumerat Apocryphis. Ceterum optandum fuerat sententias illas præstantissimas Græce exstare ut à Rufini interpolationibus Sexti verba distingui possent. Paucæ quædam occurrunt, sed nulla Sexti mentione apud Stobæum in gnomis Nili & inter Sententias Demophili ac Democratis ab Holstenio vulgatas: & laudato Sexti nomine ap. Origenem libro contra Celsum Octavo pag. 397. & T. 15. in Matthæum pag. 366. In editione Sententiarum Sexti & Rufini versione quam adornavit Simphorianus Champerius (*a*) habetur gnome: *Libertatem arbitrii sui permisit hominibus*

(a) Prodiit Lugd. 1507. 4. cum Champerii libro de quadruplici vita, Theologia Asclepii commentariis a Champerii illustrata & Isocrate ad Demonicum.

bus Deus, ut pure & sine peccato viventes Deo similes fiant. Agnoſcit Auguſtinus & Pelagius, at in editionibus Galei, cum opuſculis Mythologicis, Phyſicis & Ethicis, Cantabrig. 1671. Amſt. 1688. 8. in Bibl. Patrum, in Poiretiana poſt ideam Theologiæ Bohmianæ & in aliis pleriſque deſideratur. * Deſideratur etiam in edit. Helmſtadienſi Joh. a Fucthe 1615. 8. quam cum ſententiis Laurentii Piſani (*a*) presb. & Thalaſſii Epiſcopi vulgavit. Etiam Symphorianus Champerius in duas partes gnomologicon illud diſtinxit, quæ diviſio antiqua eſt memorata Hieronymo lib. contra Jovianum. Ceterum Maximus ille, qui in Dionyſium Pſeud-Areopagitam Scholia ſcripſit, Sextum hunc Eccleſiaſticum Philoſophum appellat ad cap. 5. Myſt. Theol. tom. 2. Dionyſii pag. 55. Paſſim quoque Sixti Philoſophi ſententiæ allegantur à Thoma Bradvvardino in præſtantiſſimo opere de cauſa DEI cauſæ cauſarum adverſus Pelagium. Auctor incertus operis de vitis Philoſophorum, quod folii forma excuſum eſt temporibus naſcentis typographiæ, Sexti meminit capite 110. his verbis: *Syſtus Pythagoricus Philoſophus qui claruit temporibus Octaviani Imp. ſcripſit librum ſententiarum moralium notabilium, quæ enchiridion appellavit: quem librum Rufinus presbyter claro ſermone ad Ayamæ cujuſdam preces de Græco in latinum tranſtulit, de quo libro B. Auguſtinus mentionem facit in libro retractationum.* Deinde inſigniores quaſdam ſententias excerpit, quod facit etiam Vincentius Bellovacenſis in ſpeculo Hiſtoriali. Rufini hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2. Græce olim exſtabant translatæ à Gelaſio Cæſareenſi & Cyrillo Hieroſol. teſte Photio Cod. LXXXIX. Græca verſionè uſi ſunt Theodoritus & Socrates. At Sozomenus idem Rufini σύνταγμα laudat ῥωμαϊκῇ λέξει συγγεγραμμένον lib. 1. c. 12. Libros antiquitatum Judaicarum Joſephi non Rufinus vertit, ſed *Epiphanius* Scholaſticus, ſub cujus nomine edere Oxonii cæpit Eduardus Bernhardus. De Commentario Rufini in Symbolum legendus Eraſmus ad 1. Cor. XV. * De *Rufino* conſulendi Noriſius Hiſt. Pelagianæ libro 1. & diſſ. de quinta Synodo cap. 13. Roſvveidus ad vitas Patrum, & Tillemontius tomo memoriarum Hiſt. Eccleſ. duodecimo. Tres libros à Rufino contra ſe ſcriptos teſtatur Hieronymus quorum primus intercidit. Secundum & tertium bis habes in Marcianæi Hieronymo, ſemel Tom. 4. parte 2. p. 350. Hieronymi libris ante Rufianis per ſingulas paginas ex adverſo poſitum, atque iterum Tomo V. pag. 261. *De benedictionibus Patriar-*

(a) Laurentius hic Sexti ſententias divina oracula appellat, nec diffitetur eas ſe in ſuis ſententiis æmulatum.

triarcharum libri II. prodiere in Orthodoxographis: Paulino presb. perperam tribuuntur ab Isidoro de S.E. cap. 4. De MSto Codice Vindobonensi vide Lambecium Tom. 2. pag. 800. *Commentarios in Hoseam* scriptori medii sæculi quinti adjudicat Tillemontius T. 12. p. 290. *Commentarios in Psalmos* à recentiore manu interpolatos notant Chamier Tom. 3. panstratiæ Catholicæ lib. XXVI. 5. 27. & Gatakerus p. 70. Adversar. *Professionem fidei* non Rufino alteri Syro, ut Garnerius, sed Aquilejensi tribuit Eminentiss. Norisius, & tanquam palinodiam ejus exhibet lib. 1. Hist. Pelag. c. 3. Hieronymo tribui in Codice antiquo MS. testatur Mabillonius T. 1. musei Italici pag. 218. *Libellus fidei prolixior* qui post editionem 1650.8. recusus est in Sirmondi operibus Tom. 1. & in Bibl. Patrum edit. Lugd. Tomo 27. & in Garnerii Mercatore Tom. 1. Pelagio tribuitur in MS. Corbejensi, quam sententiam refellit Sirmondus: Garnerius autem qui notis & observationibus illustravit, adscribit Rufino Syro. De Historia Rufini Ecclesiastica, nec non de versione scriptorum Eusebii, Origenis, Clementis Alex. Anatolii & Josephi, dixi in Bibl. Græca. Etiam è Latino quædam in Græcum vertisse testatur Hieronymus apologia in Rufin. *Tu etiam Latinos libros in Græcum vertis, nobis dare nostris externa prohibebis?* Sane Græcæ facundiæ Latinisque floribus ornatum scribit Victor Vitensis libro tertio de persecut. Vandal. Magna licentia usum in vertendo, Latinæ ejus quæ exstant versiones evidenter probant, docuitque Dallæus de scriptis Dionysii & Ignatii lib. 2. cap. 40. seqq. De Vitis Patrum Monachorumque Ægypti, Rufino interprete, ab Heriberto Rosvveido editis Antvv. 1615. fol. vide Bibl. Græcæ Volum. IX. pag. 28. Quod Gennadius cap. 17. de S. E. ait Rufinum interpretatum esse Latine sententias *Pamphili* martyris adversum mathematicos, factum ab eo in versione apologetici pro Origene. Vide Norisium de Synodo V. c. 13. *Sextum* sententiarum, quas Rufinus vertit, auctorem Tho. Galeus eundem esse putat cum Q. Sextio Patre, cujus Seneca meminit, & qui Augusti Imp. vixit temporibus. Idem ante Galeum notavit Jac. Thomasius; ipse enim Auctor est observationis de Xysto, quæ inserta est novis editionibus Thesauri Scholastici Basil. Fabri. De Sextio utroque videsis etiam Nic. Fabrum ad Præfat. libri 2. controversiarum Senecæ. Præter hunc Rufinum, quo neminem usquam vel γνωστικώτερον vel ἐπιεικέστερον repertum esse ait Palladius in Hist. Lausiaca pag. 123. alius fuit Rufinus junior ad quem scribit S Prosper de Gratia & libero arbitrio. Alius item Rufinus anacho-

retha,

reta, ad quem S. Nili Epistolæ. Fuit & Claudius Rufinus Sophista Smyrnæus de quo ad Philostratum viri docti, & Ez. Spanhemius de Vesta & Prytanibus Græcor. Tom. 5. Græv. Antiqu. Rom. pag. 701. Humfredus Prideaux ad marmora Oxon. II. p. 305. W. E. Tenzelius parte 1. diss. select. pag. 126. Rufinus Cyprius Peripateticus claudus de quo Lucianus Tom. 1. pag. 870. Rufinus Apollonii Sophistæ filius nothus à patre edoctus Sophisticen, de quo Philostratus. Omitto Rufinum in quem Claudianus, & Chalcidensem de quo Sextus Empiricus: & Rufinianum Ægyptium Episcopum, ad quem Epistola S. Athanasii.

Pontii Paulini, Episcopi Nolani, qui A. C. 431. ætat. 78. obiit, vita scripta à *Francisco Sacchino* S. I. exstat in editionibus operum Paulini, Antvverp 1622. 8. & Paris. 1685. 4. & in Actis Sanctor. 22. Jun. Sacchino præterita nonnulla dabunt *Petrus Franciscus Chifletius* S. I. in Paulino illustrato, Divione 1662. 4. *Joh. Baptista le Brun* in vita Paulini, edita separatim Gallice (*a*) Paris. 1686. 8. *Franciscus Gyri* & *Hadrianus Baillet* in vitis Sanctorum Gallice editis 22. Jun. *Tillemontius* (*b*) T. 14. memoriarum H. E. & celeberrimus vir *Lud. Antonius Muratorius* T. 1. anecdoton Latinorum pag. 157--169. Vitam Paulini Anglice editam ab Henrico Vaughan Lond. 1654. 8. non vidi. Scriptor tersus & latinus vocatur Paulinus à Nicolao Heinsio pag. 187. ad Valerium Flaccum. Alia in ejus laudem vide sis apud Casp. Barthium pag. 2971. seq. Adversar. De S. Paulini editionibus hæc Casimirus Oudinus p. 74. supplementi de Scriptoribus Eccles. Prima prodiit Lutetiæ Parisiorum (*c*) anno 1516. 8. typis Jodoci Badii Ascensii, in multis lacera, in nonnullis mutila, ac etiam à censore ipso Badio depravata. Secunda est editio *Henrici Gravii* Dominicani, (*d*) qui anno 1560. 8. Coloniæ sub prælo Choliniano Paulini opera multis mendis repurgavit ex veteribus MSS. Exemplaribus. Inde tertia prodiit Basileæ anno 1569. fol. inter Orthodoxographos à Joanne Jacobo Grynæo collectos, quæ videtur ex Manuscriptis post priores editiones expressa. Quartam cum MS. Codice collatam immisit *Andreas Schottus* Jesuita in Coloniensem Bibliothecæ Patrum editionem Tomo V. anni 1618. addito Epithalamio Juliani &

(a) Journal des Sav. 1687. p. 448.

(b) Journal. des Savans 1709. Juillet pag. 182. & Mem. de Trev. 1710. pag. 560.

(c) Hæc editio fuit in Bibliotheca Emerici Bigotii, à quo ad novam suam adornandam egregie adjutum se fatetur Jo. Baptista le Brun.

(d) Repetita in appendice Bibl. Patrum Paris. 1579. & tomo tertio Bibl. Patrum Bigneanæ A. 1589.

ni & Ibæ nondum excuſo. Quintam editionem (*a*) anno 1622. Antvverpiæ 8. curavit & typis Plantinianis commmiſit *Heriberbertus Roſvveidus* Soc. Jeſu, vir pius, & eruditus; ſed tot occupationibus implicatus, ut cum tempus non ſufficeret, aliorum ſæpe ſtudiis uti cogeretur, & ſuccedaneam duntaxat imponeret manum. Illam profecto editionem accuratam non exiſtimavit ejuſdem Societatis *Petrus Franciſcus Chiffletius*, qui ad novam ſancti Paulini operum editionem procurandam multa in medium protulit in ſuo *Paulino illuſtrato*, quem edidit in 4. Divione anno 1662. apud Viduam Philiberti Chavancii. Tandem ſancti Paulini opera, in 4. duobus tomis evulgata anno 1684. Pariſiis apud Edmundum Couterot via Jacobæa ſub ſigno ſancti Petri collata ad plurimos MSS. Codices, illuſtrata notis ac lectionibus variantibus cura ac ſtudio Domini *Joannis Baptiſtæ le Brun* (*b*) doctiſſimi Presbyteri. Hujus Bruni laboribus licet accedere nihil poſſe idem Oudinus prædicat, tamen laudatus *Muratorius* in tomo primo anecdoton Latinorum, (*c*) Mediolan. 1697. 4. primus in lucem protulit Paulini inedita eo uſque poemata in XI. XII. & XIII. Natalem S. Felicis, (*d*) nec non Paulini (vel alterius potius neſcio cujus Antonii) poema adverſus gentiles, quod incipit:

Diſcuſſi, fateor, ſectas Antonius omnes,
Plurima quæſivi, per ſingula quæque cucurri,
Sed nihil inveni melius quam credere CHRISTO.

Addidit etiam Muratorius varias obſervationes, & p. 212. ſeq. ſpicilegium ex operibus Paulini deperditis.

Præter Meropium Pontium Anicium Paulinum, Epiſcopum Nolanum, *Pompejus Paullinus* vectigalibus præfectus ſub Nerone. Tacit XV. 18. XIII. 53. Annal. *Valerius Paulinus* Veſpaſiani in Gallia

(a) Hæc repetita in Bibl. Patrum Morelliana Pariſ. Tomo 4. & Lugdunenſi Tom. 6. ſed ſine notis. In Antvverpienſi autem Paulini editione, *Resvveidi* notæ leguntur obſervationibus *Frontonis Ducai* admiſtæ.

(b) Acta Erud. 1685. p. 482. Journal des Sav. 1585. p. 117.

(c) Acta Erud. 1698. pag. 57. Lud. Neocori Bibl. novorum librorum *1699.* pag. *615.*

(d) De hoc S. Felice, cujus Natales quindecim carminibus Paulinus celebravit, vide ſis Muratorium pag. 169. ſeq. & Acta Sanctor. 14. Januar. Tom. 1. pag. 937. ſqq. Vitam Felicis, Paulini carminibus celebratam, proſa expreſſit Beda Venerabilis. Verſus in templum S. Felicis inſtauratum T. 1. Opp. Sirmondi pag. 955. Carmina Paulini in Natales decem exſtant in prioribus editionibus cum fragmentis Natalis XI. XIII. XIV. & XV. ex Dungali libro adverſus Claudium Taurinepſem de cultu SS. imaginum. Varias lectiones natalium decem è Codice MS. Ambroſianæ Bibl. exhibet Muratorius pag. 217. ſeq. Latini Latinii quaſdam ad Paulinum obſervationes vide in ejus Bibl. ſacro profana pag. 89.--93. De viduæ filia captiva ducta à Vandalis & à S. Paulino redemta, poema Perraulti prodiit Pariſ. 1686. 8. *S. Paulin Eveſque de Nole, poeme heroique.*

Gallia procurator, de quo idem Tacitus III. 42. hist. *C. Suetonius Paullinus* sub Domitiano Proconsul Britanniæ, de quo idem Tacitus pluribus locis, Dio &c. *Paulinus* Petri Apostoli, ut ajunt, discipulus & Lucensium Apostolus, de quo Franciscus Maria Florentinius in Hetruscæ pietatis originibus, Lucæ 1701. 4. cap. 7. 8. 9. 10. 11. *Paulinus Tyrius*, cui Eusebius Historiam Eccles. inscripsit, Arianorum fautor. Concilio Nicæno supervixisse negat Joh. Andreas Bosius in periocham Josephi de CHristo pag. 54 neque constat ad *Antiochenam* sedem promotum esse, licet id affirmat Philostorgius. *Pontius Paulinus* præfectus prætorio Galliar. Sidonius carm. 22. v. 118. *Paulinus* Trevirorum Episcopus actus in exilium à Constantio Imp. post Concilium Arelatense A. C. 353. Vide Baluzii notas ad Lupum Ferrariensem p. 498. *Paulinus presbyter* qui S. Ambrosii, cujus Diaconum & notarium egerat, vitam scripsit. Idem qui Zosimo Papæ gratias egit ob damnatos Pelagium & Cælestium, Baron. ad A. C. 418. n. 12. & Tom. 2. Concil. Labbei p. 1578. Idem cujus nonnulla affert Augustinus de peccato Orig. contra Pelagium lib. 2. cap. 20. Compresbyterum salutat Epist. 149. (al. 59.) ad Paulinum Nolanum, cap. 34. *Paulino Biterrensi* in Gallia circa A. C. 410. Episcopo Rosveidus tribuit homiliam in S. Gennesium. Martyrem Arelatensem, editam inter Paulini Nolani opera & à Surio 25. August. Exstat, inquit Miræus, ejus Epistola, qua enarrat signa terrifica Biterris effecta. Eam apud Baronium ad A. 418. videre jubet B. Jo. Godfridus Olearius in Bibl. scriptorum Eccles. Tom. 2. p. 59. *Paulinus* Magister Officiorum à Theodosio jun. ob infelix ab Eudocia donatum, Imperatorique à quo illud acceperat Edocia, iterum oblatum pomum in Cæsarea Cappadocia interfectus. Vide Anton. Pagi ad A. 446. n. 12. *Paulinus* Leontii Senatoris Rom. filius apud Sidonium VIII. 12. Epist. *Benedictus Paulinus*, *Petricorius* Gallus qui circa A. 460. scripsit carmine heroico libros sex de vita S. Martini ad Perpetuum, Episcopum Turonensem, male S. Paulino Nolano tributos in prioribus editionibus, & genuino auctori restitutos in nova editione de qua dixi T. 1. p. 314. idem fortasse Benedictus Paulinus ad quem Faustus Rhegiensis Tom. 8. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 550. *Paulini Pellæi*, Ausonii nepotis eucharisticon de vita sua quod carmine heroico scripsit A. C. 456. octogenario major, exstat ad calcem Paulini Petrocorii in editione nova Christiani Daumii Lipf. 1681. 8. *Paulinus* Eboracensis Episcopus A. C. 625. de quo Beda. *Paulinus Forojuliensis* sive *Aquilejensis* qui Synodo Forojuliensi A. 791. & Francofurdiensi A. 794. interfuit quique sacrosyllabum & libros tres ab Andrea Duchesne editos ad-

versus Felicem Urgelitanum & Elipandum Toletanum scripsit circa A. C. 793. De eo Bollandus in Actis Sanctor. XI. Januar. Tom. 1. p. 713. seq. Libros septem sub Paulini hujus nomine vulgatos in Bibliothecis Patrum, non Paulinum, sed Alcuinum habere auctorem jam A. 1612. notavit Sirmondus Tom. 4. Opp. p. 641. seq. Vicissim liber exhortatorius, de salutaribus documentis ad quendam Comitem qui incipit, *o mi frater si cupias scire*, sub S. Augustini editus nomine, hunc Paulinum habet auctorem: Vide Tom. 6. Opp. Augustini edit. novae Amstelod pag. 672. Omitto Paulinum, ultimum in Occidente Consulem A. C. 534. Paulinos item alios Episcopos in Conciliis memoratos. Frequentes etiam Paulini in antiquis inscriptionibus, in quibus hoc nomen identidem exaratum cum duplici littera liquida, Paullinus.

Augustinus. Vitam suam *S. Augustinus* ipse magnam partem tradidit in *Confessionum* libris XIII. sicut scriptorum suorum historiam in libris duobus *retractationum*. Confessionum libros circa A. C. 400. (*a*) scriptos, quorum lectione à contemtu (*b*) sacrarum literarum revocatus est Franciscus Petrarcha. Arnaldus A. 1649. 12. edidit recognitos ad XII. Codices MSS. Notis, capitumque summariis illustravit Henricus Wagnercius, Dilingae 1631. 12. *Italice* vertit Julius Mazzini Rom. 1595. 4. & Jacobus Fuligatus S. I. *Gallice* Cerizierium praeter & Arnaldum, Duboisius, ut Hispanicam, Germanicam aliasque versiones omittam. Retractationum libris non ante A. 427. scriptis hanc subjectam notam repererunt editores eruditi Benedictini: *post illos ab Augustino editum librum qui appellatur speculum de testimoniis Scripturarum: ad Prosperum & Hilarium de praedestinatione Sanctorum libros II. Ad Quodvultdeum de haeresibus libros II. Contra Julianum Pelagianum libros VI., septimum vero imperfectum reliquit, octavum nec attigit*. Vincentius Bellovacensis in speculo doctrinali lib. XVII. c 53. cum dixisset de LXVIII. voluminibus libros 217. comprehendentibus, quorum in retractationum libris Augustinus facit mentionem, haec subjungit: *Postea tamen nihilominus eum multa scripsisse constat, quia praeter jam dicta ejus opuscula, quae in retractationum libris annotantur, ac recensentur, plurima quidem, & ex his maxima quaedam volumina ab ipso edita, etiam apud nos in armariis Ecclesiarum ubique reperiuntur; ex quibus sunt super psalterium tractatus 150. juxta numerum psalmorum: Super Evan-*

(a) Augustinus natus Idibus Nov. A. 354. Tagastae in Numidia, ubi hodieque corpus ejus thaumaturgum monstratur. Vide Norisium pag. 10. ad somnia Francisci Macedo, & Memorias Trevoltinas A. 1712. p. 16.

(b) Papyrii Massoni elogia Tom. 2. p. 82.

Evangelium Joannis tractatus sive sermones 124. *De verbis quoque Domini tract.* 65. *de verbis Apostoli tract.* 20. *super Canonicam primam Joannis hom.* 10. *Extant etiam ejusdem lib. de vita Christiana* 1. *De disciplina Christiana lib.* 1. *de praedestinatione divina* 1. *de octo quaestionibus veteris testamenti lib.* 1 *contra Felicianum de Trinitatis unitate lib.* 1. *ad Prosperum & Hilarium de praedestinatione & perseverantia lib.* 2. *contra Maximinum lib.* 2 *contra quinque haereses, sive quinque hostium genera lib.* 1. *de pastoribus & ovibus lib.* 2. *de concupiscentia carnis adversus spiritum, orationes quatuor: De quaestionibus Orosii, librum unum: de fide ad Petrum, librum unum: de jejunio sabbati, librum unum: de decem chordis psalterio librum unum; de poenitentia librum unum: de patientia libr. unum: de bono viduitatis librum unum: de continentia librum unum: de Incarnatione Domini lib.* 2. *de secundo adventu Domini librum unum: ad Volusianum de quaestionibus ab eo missis lib.* 1. *responsionis ad Marcellinum lib.* 1. *ad Vincentium lib.* 1. *ad Macedonium lib.* 1. *ad Dioscorum lib.* 1. *ad Paulinum lib.* 1. *ad Probam lib.* 1. *ad Euodium lib.* 1. *ad Optatum Episcopum lib.* 1. *ad Pascentium comitem Arianum lib.* 1. *ad Fortunatianum lib.* 1. *ad Paulum & Eutropium de perfectione justitiae lib.* 1. *expositionis symboli contra Judaeos, Paganos & haereticos lib.* 3. *ad Sixtum presbyterum contra Pelagianos lib.* 1. *de tempore Barbarico lib.* 1. *Scripsit & alia plura, maxime contra sui temporis haereticos, videlicet Arianos, Donatistas, Pelagianos, Priscillianistas, & Manichaeos. Porro extat libellus de anima & spiritu, qui eidem adscribitur, & nunc apud scholasticos praecipue in usu habetur. Anno autem Domini* 430. *in episcopatu Hipponensi Heraclium sibi fecit substitui. Tandem cum Wandali invasam Africam devastarent, sub hoc turbine tribulationis migravit ad Dominum,* 30. *mense obsidionis urbis suae, Anni Domini* 440. *aetatis suae* 73. *clericatus vel episcopatus* 40. Augustinus ipse in Epistola ad Quodvultdeum: *Retractabam opuscula mea, & si quid in eis me offenderet, vel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi deberet & posset, operabar.* Magna laus Augustini, quod ubi erraffe se deprehendit, errorem agnoscere ac confiteri non erubuit, more magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium, ut de Hippocratis retractatione dixit Celsus VIII. 6. Nec sine causa dolet Vives (a) non plures fuisse qui hac in parte Augustinum sequerentur, ex ea enim re plerasque artium corruptelas promanasse. Haud desunt tamen illustria retractationum exempla. Nonnulla

(a) Jo. Lud. Vives de causis corruptar. artium lib. 1, Jo. Rainoldus in censura libror. Apocryphorum Tom. 1. p. 170.

nulla præter Theophilum Raynaudum Tomo XIV. Operum, offerent præclari Viri D. Jo. Georgius Neumannus in diss. de retractationibus eruditorum, Witeb. 1685. D. Jo. Henr. Feustingius (a) diss. de retractationibus Theologorum seu palinodia sacra Witeb. 1711. D. Jo. Sckmidius in exercitatione de eruditorum palinodia Lipſ. 1697. Christoph. Gotfrid Barthius (b) de recitatione & retractatione veterum, Hall. 1701. Jo. Petrus Ludewvig de jure retractandi transactionem novis instrumentis repertis, ibid. 1704. & inter opuscula junctim edita A. 1720. fol. Jo. Hermannus ab Elsvvich (hoc Anno 1721. eheu in flore ætatis extinctus) in schediasmate de palinodia fanaticorum, Vviteb. 1714. 4.

(c) *D. Augustini* monumenta tanto jam olim in pretio fuerunt, ut eorum causa, cum in Hispania exemplaria deessent, circa A. C. 650. Tajo Cæsaraugustanus Episcopus Romam mitteretur. Nec mirum, ante nobile artis typographicæ inventum, Monachorum calamos describendis Augustini operibus, quibus ambones & pulpita in templis & scholis assidue personabant, sufficere non potuisse, cum post varias & toties in Germania, Belgio, Italia & Gallia iteratas editiones ne per typorum quidem compendia exprimi potuerint satis. Nam ut libros de Civitate DEI, (d) confessionum libros, aliaque Augustini scripta statim a prima artis typographicæ origine seorsim excusa prætereamus; fuerunt, qui nec laborum nec pecuniarum impensis, quas tot voluminum immensa moles exigebat, deterriti, universa Augustini opera, quæ colligi potuerunt, prelo subjici curarent. Primus id fecit opera *Augustini Dodonis*, (e) Frisii, Basileæ ad S. Leonardum Canonici usus *Johannes Amerbachius*,

(a) Acta Erud. 1712. pag. 273. Memoir. de Trevoux 1713. pag. 1838.

(b) Jac. Frid. Reimann. pag. 164. systematis Antiquitatt. literar.

(c) Acta Erud. A. 1683. p. 3.

(d) Editio Moguntina *librorum de Civitate* DEI A. 1475. per Petrum Schœfer & Veneta A. 1470. fol. per Joh. & Vindelinum de Spira fratres, fuit in bibl. Bigotiana. At Mich. Maittaire pag. 61. Annal. typograph. memorat editionem A. 1467. sine typographi & loci indicio, & pag. 62. Romanam 1468. per Conr. Svveinheim & Arnoldum Pannartz: & p. 105. Romanam A. 1474. per Uldaricum Gallum Almannum & Simonem Nicolai de Luca & p. 110. Venetam 1475. per Nic. Jenson, & p. 123. Neapolitanam 1477. per Matthiam Moravum, & pag. 134. Basileensem A. 1479. fol. per Michaelem Vvenckler, cum commentariis Thomæ Valois & Nicolai Triveth, Jacobi de Passavant & Francisci de Maironis. Eadem recusa Lugd. 1520. fol.

(e) Hunc primum congessisse & recensuisse D. Augustini opera notat in Bibl. Belgica Valerius Andreas. Cæterum apud laudatum Maittaire pag. 175. memorantur S. Augustini *meditationes, soliloquia, enchiridion* &c. per Andream de Bonetis de Papia Venet. 1484. fol. & pag. 201. S. Augustini operum Volumen primum per Johannem Trechsel, Lugd. 1487. fol.

bacbius, Basileensis. Is enim omnia Augustini opera, ex Italia, Gallia & Germania, cujus bibliothecas per memoratum Dodonem sufficienti pecunia instructum perscrutatus fuerat, ad se comportata edidit, & undecim partibus distinxit; e quibus octo priores, eos Augustini libros, quos ipse in suis Retractationibus recenset, continent: reliquæ cæteros, quorum nulla mentio in Retractationibus injicitur, complectuntur. Plurimos vero Sermones plurimasque Epistolas, & enarrationes in Psalmos, quas jam antea circa A. C. 1489. 1494. & 1495. excudi curaverat, undecim his partibus adjicere noluit, quæ A. C. 1506. *Basileæ* lucem aspexerunt. In eadem urbe postea A. C. 1528. & 1529. obstetricante *Erasmo Roterodamo* ex officina *Frobeniana* Augustinus denuo prodiit in decem tomos distributus, & solidis nullaq; columnarum intercapedine distinctis paginis a sequentibus editionibus diversus, quæ in eadem Rauracorum Augusta A. C. 1541. 1542. & 1543. & iterum 1556. iterumque 1569. *Martini Lipsii*, *Johannis Costerii*, & *Johannis Ulimmerii* studio Augustinum exhibuerunt. Hos Basileæ labores in exornandis Augustinis operibus *Venetiæ* imitatæ sunt. Hic enim Augustini opera decem tomis in quarto comprehensa *Valgrisius* excudit A. C. 1571. quam qui curarunt, profitentur se jussisse removeri ea omnia quæ fidelium mentes hæretica pravitate possent inficere, aut à Catholica & orthodoxa veritate deviare. Ea tamen verba non textum Augustini, sed notas respicere monet Rich. Simon in Bibliotheca critica Gallice edita Tom. 1. pag. 261. & T. 4. pag. 13. seq. Hanc editionem ibidem A. C. 1584. alia excepit, cum jam A. C. 1577. *Antvverpiæ* ex *Plantiniana* officina Augustinum *Thomæ Gozæi*, *Johannis Molani*, & aliorum *Lovaniensium Theologorum* (*a*) curis recognitum commentariisque (*b*) *Jo. Lud. Vivis* & *Leonhardi Coquei*, Aurelialianensis in libros de C. D. auctum dedisset, quem paulo auctiorem Lutetia A. 1586. & deinceps, nec non Geneva 1596. 8.

apud

(a) Appendicem Censuræ Lovaniensium sub titulo Criseos Augustinianæ edidit *Simon Vverlinus*, Monachii 1618. 8. Severior illa interdum quam par est, judice Jo. Baptista Maro præf. ad Augustini homilias primum à se editas Rom. 1644. 4.

(b) Cum Vivis Commentariis A. 1522. absolutis prodiere hi libri de C. D. separatim aliquoties, nec non cum Vivis & Coquei, Hamb. 1661. 4. Gallica versio Joannis du Pre & Petri Gerard lucem vidit Abbatis villæ 1486. fol. Vertit etiam Gallice Gentianus Hervetus teste Crucimanio pag. 120. Bibl. Gallicæ. Commentarios nescio cujus Sertorii, Joannisque Redovallensis, & Johannis Baconthorpii, & Thomæ Guallensis sive Anglici de Malleis memorat Jo. Lelandus de scriptoribus Britannicis. Codex insignis MStus librorum de Civitate DEI exstat in Bibliotheca serenissimi Ducis Gothani. Distinctiones capitum agnoscit Lupus Ferrariensis à quo in Epistola quinta laudatur libri XXI. titulus 27.

apud Jacobum Stoer, atque *Colonia Agrippina* A. C. 1616. fol. repræsentavit. Sed nullibi magis quam apud Gallos calchographorum operæ in Augustini monumentis exprimendis desudarunt. Nam ut de *Lugdunensibus* editionibus prima in 8. A. 1563. decem Volum. apud Sebast. Honoratum; secunda A. C. 1571. tertia 1586. fol. & quarta 1664., cum indice undecimum tomum implente, adornatis nihil jam commemorem, sola *Parisiorum Lutetia* vel decies Augustinum prælis donavit: nempe primum A. C. 1515. deinde A. C. 1531. ex officina *Claudii Chevallonii* cum Jacobi *Hemeri* Stutgardiensis ad Gallum Millerum Ecclesiæ Tubingensis Theologum epistola nuncupatoria, quæ totam editionis hujus rationem fusius exponit; porro A. C. 1541. & 1555. apud Claudium Gvillardum, & iterum A. C. 1571. apud *Morellium* & *Nivellium*, tum A. C. 1586. 1609. 1614. 1626. 1635., & 1652. Est autem inter has Augustini editiones, quas hactenus recensuimus, hoc discriminis, quod recentiores locupletiores quidem, sed antiquiores sinceriores & emendatiores habeantur. Quamobrem *Hieronymus Vignier*, qui Basileensem Erasmi editionem omnium prestantissimam esse judicat, in gratiam eorum qui antiquiores & castigatiores Augustini editiones possident, ne aut plurimis Augustini sermonibus, epistolis, aliisque tractatibus carere, aut recentiora exemplaria, multis quidem Augustini scriptis, sed plurimis quoque mendis auctiora comparare sibi cogantur, omnium S. Augustini operum, ante A. C. 1614. Basileæ, Lutetiæ, Antuerpiæ, Lugduni, & Venetiis editorum, supplementum una cum aliis quibusdam antea ineditis Augustini monumentis Parisiis anno 1654. fol. publici juris fecit. Quæ in Vignierii supplemento continentur, recenset Labbeus, Tom. 1. pag. 126. & in pandectis *Hendreichius*. Lovaniensium editionem Possevinus in apparatu atque idem Hendreichius. Editionem Erasmi Bellarminus.

Has editiones universas & chartæ typorumque nitore, & accuratione critica & scriptorum numero longe post se reliquit novissima quam Parisiis adornarunt & emendatissime curarunt excudi Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri, (*a*) *Thomas* imprimis *Blampinus*, *Joannes Mabillonius* & *Franciscus Delfau* quem nominant Quesnellus ad Leonem M. pag. 726. Primus & secundus tomus in lucem emissi A. 1679. tertius 1680. quartus 1681. quintus 1683. sextus & septimus 1685., octavus nonusque

(a) Melanges de Vigneul Marville Tom. 1. pag. 67. seq. Acta Erud. A. 1683. p. 1. A. 1688. p. 619. & A. 1701. p. 248.

1688. decimus 1690. undecimus in quo vita & indices, annalesque A. 1701. Præter tomos hujus editionis Parisiis recusos, & editionem (*a*) quæ ab aliquot annis Venetiis paratur, eadem integra prælis iterum data est minori typorum charactere in Belgio, curante *Johanne Pherepono* sive Clerico Amstelodami (licet titulus Antvverpiam præferat) 1703. addito tomo duodecimo (*b*) sub titulo appendicis Augustinianæ, in qua habentur (1) S. Prosperi Carmen de ingratis cum notis Martini Steyart Theologi Lovaniensis: (2) Jo. Garnerii S. I. dissertationes ad Historiam Pelagianam facientes, depromtæ ex ejus Mario Mercatore. (3) Pelagii Commentarii in Epistolas Pauli. (4) Erasmi & aliorum præfationes ac censuræ in S. Augustini scripta. (5) Jacobi Sirmondi notæ in aliquot sermones, & Jo Phereponi sive Clerici animadversiones in omnia Augustini opera. In his animadversionibus cum liberius paulo Augustinum subinde reprehendisset vir eruditus Johannes Clericus, non minore libertate & eruditione defensionem Doctoris Hipponensis susceperunt Robertus Jenkius Socius Collegii S. Joannis in Apologia Augustini, Cantabrigiæ 1707. 8. (*c*) sine nomine edita, & Lamindus Pritanius sive qui sub hoc nomine latet Lud. Antonius Muratorius in libro tertio de ingeniorum moderatione in religionis negotio (*d*) Paris. 1714. & Francof. 1716. 8. Nævos nonnullos à Dallæo in Augustini scriptis notatos abstergere conatus est Natalis Alex. Hist. Eccles. seculo V. pag. 128. seq.

In Benedictinorum Augustino, cujus ordinem fusius exponit clariss. Caveus in parte secunda Hist. literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum, nonnulla desiderare se professi sunt Jesuitæ, & cum Barthol. Germonio & Emerico Langlois (*e*) caussati sunt eos frigidam suffundere Jansenio, & Codicibus usos per Gotheschalci & Ratrami asseclas corruptis. Vindicias illis opposuerunt D. B. de Riviere, (*f*) Bernardus de Montfaucon, (*g*) Dionysius Sammarthanus (*h*) & auctor scripti cui titulus *lettre d'un Ecclesiastique au R.P.D.E.L.* Franciscus vero Lamy (*i*) ut libellis famo-

sis famo-

(a) Act. Er. 1707. p. 95. Nova lib. Hamb. 1707. pag. 35.

(b) Act. Erud. 1703. p. 289. Nouvell. rep. lettr. 1701. Tom. 2. pag. 359. Bibl. choisie de Mr. le Clerc T. 1. p. 399.

(c) Hist. des ouvrag. des Savans 1708. p. 435.

(d) Act. Er. Tom. 6. supplement. p. 511. seq. Journal literaire Tom. 9. p. 229.

(e) Lettre d'un Abbè Alemand contre la nouvelle edition de S. Augustin. Memoire d'un Docteur en Theologie addressee à MSS. les Prelats sur la reponse d'un Theologien des Benedictins à la lettre de l'Abbè Allemand.

(f) Hist. des Ouvrag. des Sav. A. 1700. pag. 112.

(g) Id. A. 1699. p. 269. Rich. Simon Tom. 3. Bibl. critique pag. 116.

(h) Id. p. 114.

(i) Hist. des Ouvrag. des Sav. 1699. p. 421. seq.

ſis demum petere Benedictinos deſinant, multum & graviter eſt conqueſtus in ſcripto, *plainte de l' Apologiſte des Benedictins à Meſſieurs les Prelats de France ſur les libelles diffamatoires que l' on repand contre eux, avec une ſommation aux Auteurs de ces libelles de comparoitre devant Mr.l'Archeveque de Paris.*

In tomo decimo Benedictini exhibent ad MSS. Codices diligenter recenſitam Vitam S. Auguſtini, & cujus c. 18. mentio, indiculum Scriptorum auctore *Poſſidio* illius per quadraginta ferme annos familiari & Epiſcopo Calamæ, quæ in Africa fuit vicina Hipponæ, cujus Epiſcopatum geſſit Auguſtinus. Hujus Poſſidii vitam ſcriptam ab Innocentio-Keferlohero exhibet Papebrochius in Actis Sanctorum 17. Maji Tom.4. pag. 27. ſeq. Vitam S. Auguſtini ſcriptam Pariſiis A.1370.à *Jordano* Quedlimburgenſi, Eremita Auguſtiniano vulgavit Jacobus Hommey in ſupplemento Patrum pag.569.-638. Pariſ.1684.8. Hic Jordanus legendę famoſę meminit, quam de Auguſtino compoſuit *Philippus ab Eleemoſyna* Abbas Pręmonſtratenſis, S.Bernhardi familiaris.Jordani illius libros quatuor de vitis fratrum ordinis ſive Eremitarum Auguſtinianorum cum notis Auguſtini Sabothi editos Leodienſibus typis memorat Labbeus. E recentioribus præter Auguſtinum Fivizanum, Cornelium Lancilotum, Davidem Chytræum, Edmundum Nevillum, Georgium Witvveiler, Gerardum Moringum, Henricum Aquilonipolenſem, Joannem Frederum, Joannem Rivium, Joannem Saxonem, Ludovicum de Anglis, Martinum Cornejum, Martinum Frechtum, Philippum Arrengium, Philippum Melanchthonem, Sanchez de Avila, Simplicianum de S. Martino, Wilibaldum Mayr & Willebrordum Boſcartum: Nec non Auguſtinianorum Eremitarum encomiaſtas, Alexium de JEſu, Alexium de Meneſes, Ambroſium Coranum, Anaſtaſium à S. Agnete, Andream de S. Nicolao, Antonium à Purificatione, Arnoldum de Buſto, Auguſtinum Ticinenſem, Bernardum Planchette, Cornelium Curtium, Hyacinthum à S. Margarita, Innocentium Rapinum, Joachimum Bralium, Joannem Capgravium, Joannem Nævium, Joannem Petrum Tannium, Joſephum Pamphilum, Ludovicum Torellum, Petrum del Campo, Philippum Elſium, Thomam Gratianum & Thomam Herrera: S. Auguſtini vitam ſcripſere Lucas Dacherius Pariſ. 1648. Antonius Godellus Pariſ. 1652.4. præcipue vero Benedictini, octo libris in Tomo undecimo Auguſtini ſui, & cujus illi memoriis tunc adhuc ineditis uſos ſe non diffitentur, Tillemontius Tomo tertio decimo memor. Eccleſ. qui lucem vidit Paris. 1710.4.

Marius Mercator Afer, ut videtur, ſcripſit ante A. 450. Editio-

nem ejus operum aliam quam Baluzianam *(a)* nihil moror, propterea quod Rigberii (*b*) manca est, Garnerius vero (*c*) ingeniosas conjecturas suas malo exemplo textum facere solet, ut notavit Cotelerius T. 3. monument. Ecclesiæ Græcæ pag. 602. *Hypognosticon libros*, quos Augustino præter rem tributos constat, Mercatoris esse conjiciebat Lud. Ellies du Pin, sed id minus verisimile visum Tillemontio T. 15. memor. p. 138. Tractatus ad calcem editionis Rigberianæ rejectus Nestoriani cujusdam, qui incipit, *Contumelias quidem in me hæreticorum arbitror*, & quem in Garnerii editione invenire se potuisse negat præstantissimus Caveus, exstat Tom. 2. p. 34.

Tironem Prosperum Aquitanum Leonis I. notarium, qui Pelagianos strenue oppugnavit, Chroniconque suum ad A. 455. produxit, à Prospero Rhegiensi Episcopo diversum libenter mihi persuadeo. De ejus vita præter editores & Tillemontium Tom. 16. consulendi Historiæ Pelagianæ scriptores Vossius, Garnerius, Norisius. Novissimæ editionis Paris. 1711. fol. (*d*) vulgatæ hic est conspectus.

(a) Cum Steph. *Baluzii* notis Mercator ad tres Codd MSS. Vallicellanum, Vaticanum, & meliorem Bellovacensem castigatus lucem vidit Paris. 1684. 8.

(b) Sub *Rigberii* nomine latet *Gabriel Gerberonius*, qui primus e MS. Vallicellano Mercatorem edidit cum notis Bruxell. *1673. 12.* Gerberonii editio (non Baluzii ut apud Caveum legas) recusa est in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. Tom. 27. pag. 129.

(c) Mercatoris opera cum copiosis *Jo. Garnerii* S. I. notis & dissertationibus Nestoriana & Pelagiana certamina egregie illustrantibus prodierunt Paris. *1673.* fol Giornale de' letterati di Roma A. *1674.* p. *91. 95.*

(d) Journal des Sav. 1712. pag. 284. Mem. de Trevoux 1712. p. 1855. Acta Eruditorum Germanice edita Tom. 1. pag. 986. & Latine A. 1713. p. 214.

IN APPENDICE CONTINENTUR:

In Parte Prima.

In Secunda Parte.

S. Augustini liber de correptione & gratia, variaque alia ex Augustino præcipue excerpta quorum lectio operibus S. Prosperi ac Historiæ semi Pelagianæ lucem affert.

Chronici Prosperiani (*a*) editiones quatuor circumferuntur, ut accurate notavit laudatus Caveus: *Vulgaris*, quæ Chronicis Eusebiano & Hieronymiano in editione Pontaci & Scaligeriana subjungitur, & ab anno 379. (quo desiit Hieronymus) incipiens, ad annum 445. progreditur: *Duchesniana*, quæ priori Chronici editioni decem annorum Historiam adjungit, & ad annum usque 455. quo capta est à Genserico Roma, pertingit. Hanc primus vulgavit ex Codicibus MSS. Sirmondi, & Chiffletii Duchesnius Tomo 1. Historicorum coætaneorum Franciæ. Paris. 1641. fol. *Pithœana* seu *Imperatoria*, quæ anno 379. exorsa, non per Consules, sed per annotatos in margine Imperatorum annos procedit, & in annum 455. desinit. Editionem istam in lucem emisit Petrus Pithœus *Paris*. 1588. quam exemplaris MSti ope emendatam iterum recudi fecit Philippus Labbeus Bibliothecæ Novæ MSS. (*Paris*. 1657. fol.) Tom. 1. pag. 56. *Labbeana*, quæ integrum demum Prosperi Chronicon, quale à Gennadio & Victore Aquitano præf. ad canonem paschal. describitur, exhibet. A mundi enim principio exorsa ad annum usque 455. pertingit.

(a) Confer Tillemontium Tom. 16. memor. p. 24.

tingit. Post annum 379. inferitur Auctarium de variis hæresibus: Quæ vero pars ab anno 379. ad 455. res gestas narrat, *Consularis* vulgo dicta, emendatior atque auctior est, quam quæ ante vulgata fuit. Hanc editionem diu desideratam primus dedit Philippus Labbeus Bibliothecæ Novæ MSS. Tomo 1. pag. 16. recudi curavit Grævius Tom. XI. thesauri Antiq. Rom. p. 269. Appendix *Marii Episcopi Aventicensis* sive *Lausanensis* ad Prosperum ad A. 581. cum auctario alius autoris circa A. 622. *memoratur Labbeo Bibl. nova MSS. pag.* 362. In editionibus hisce quatuor mirum quam variet pars Chronici Consularis dicta, quæ ab anno 379. ad 445. vel 455. pertingit, in his duplo fere auctior quam in illis; in nonnullis diluta admodum ac jejuna, in aliis accurata satis. Verum id differentiæ, quod quidem enorme est, librariorum & interpolatorum audaciæ & imperitiæ adscribi debet, Cavæo judice. Sirmondus autem in historia prædestinatiana cap. 5. duos putat fuisse Prosperos ejusdem ambos ætatis, & utrosque Chronici auctores, quod ambo perduxerint ad urbem à Genserico captam: at Prosperum Pithœanum modo appendicem videri adjecisse Eusebio & Hieronymo, Tironem vero Prosperum Victorii, Gennadii & Cassiodori testimonio a mundi principio exorsum ad Vandalicam usque direptionem opus suum direxisse. Non verisimile videri eundem auctorem eadem bis tamquam diverse tradidisse &c. *Libros de vocatione gentium* Ambrosio alii, alii Eucherio vel Hilario, Jo. Anthelmius (*a*) Prospero Aurelianensi cujus apud Sidonium mentio, sed Paschasius Quesnellus (*b*) Leoni M. *Cyclum* octaginta quatuor annorum, post novennales Cyclos Hippolyti qui A. C. 221. & Theophili Alex. qui A. 380. & ante Victorium qui A. 457. Cyclum suum condidit, Prospero tribuunt Gennadius cap. 88. de S. E. & Isidorus VI. 17. Originum: neque de alio quam Aquitanico nostro Chronici scriptore cogitandum putem, licet dubius hæret Ægidius Bucherius in doctrina temporum p. 143.

Leonis Magni Opera, qui Episcopatum Romanum gessit ab A. C. 440. ad 461. prodierunt Colon. 1551. ex Surii recensione & 1569. Venet. 1553. 1573. & ex castigatione Canonicorum regularium Lovaniensim, Lovanii 1566. Antvverp. 1583. & Paris. 1614. 1618. 1623. recensente Sirmondo: & ex Theophili Raynaudi editione Lugd. 1633. 1651. 1671. cum Petri Chrysologi, & Fulgentii Ruspensis operibus. Denique accuratius inte-

[a] Diss. de veris operibus Leonis, & Prosperi. Hist. des Ouvrages des Sav. 1690. Avril p. 361.
[b] Ad Leonem M. p. 359. seqq.

tegriusque, eruditis etiam notis atque dissertationibus illustrata edidit Paschasius Quesnellus Paris. 1675. 4. duobus Vol. Opus hoc indici prohibitorum librorum fuit impositum Romæ, quod de Hilario Arelatensi differens Quesnellus judicia de causis Patriarcharum in historia Ecclesiastica relata non ad legitimas appellationes reddita fuisse, sed ab ultro electo à partibus arbitro prolata disputat. Vide Papebrochii responsionem ad exhibitionem errorum Sebastiani à S. Paulo Carmelitani artic. 13. §. 4. Non obstante tamen propositione Romana, Quesnelli Leo Lugduni 1700. fol. recusus est.

Index Alphabeticus Epistolarum S. Leonis Papæ.

Prior numerus Epistolam, alter paginam designat editionis Lugd. 1700. fol.

Pul-

Pulcheriæ Augustæ xxvii. 247, xxx. 250, xli. 258, xlviii. 269, liv. 273, lix. 277, lxiv. 281, lxxv. 287, lxxix. 297, lxxxv. 300, xc. 308.
Pulcheriæ Epiſtola ad Leonem Papam 276.
Ravennio Arelatenſi Epiſ. xxxvii. 255, xxxviii. 255, li. 271, lxxvi, 288.
Ruſtico Narbon. Ep. ii. 205.
Saloni Epiſcopi ad Leonem 288.
Septimio Altini Epiſc. vii. 215.
Synodi Chalcedonenſis ad Leonem Relatio 292.
Synodo Chalcedonenſi lxxii. 285. lxxxvii. 305.
Theodoro Forojulienſi Ep. lxxxiii. 301.
Theodorito Cyri Epiſcopo xciii. 311.
Theodoſio Aug. xxi. 237, xxiii. 241, xxvi. 247, xxxiii. 252. xxxix. 256. xl. 257. lii. 272.
Theodoſii ad Valentinianum 263. ad Placidiam Aug. 264. ad Liciniam Auguſt. 264.
Turribio Aſturicenſi Epiſ. xv. 226.
Turribii ad Idacium, & Ceponium 232.
Timotheo Alexandrino Epiſcopo xxxix. 357.
Valentiniani Novella de Manichæis 216. Ejuſdem Novella contra Hilarium Arelat. 219. Epiſtola ad Theodoſium 263.
Verani Epiſc. ad Leonem 288.
Viennenſis Provinciæ Epiſc. ix. 216. x. 219. xxxvi. 255. l. 271.
Viennenſis ad Leonem Papam 270.

VI. *His adde ex SECULO QVINTO Severum Sulpicium* Primuliacenſem in Aquitania Presbyterum, cujus duo Hiſtoriarum libri ſuccincte & eleganter perſequuntur res ab Orbe condito ad conſulatum uſque Stiliconis A. C. 400. quanquam tempora non accurate ab eo diſtingui queritur Matthæus Larroquanus diſſ. de Photino pag. 15. Hiſtoriam ſacram breviter nimis tranſilit, quam latino ſtylo diligentius in ſcholarum uſum, compendio perſecuti ſunt Georgius Fabricius, Petrus Galeſinius, hisque prior M. Antonius Coccius Sabellicus, quem recudendum nuper dedit (*a*) Guil. Nicolſonus Lond. 1711. 12. Sulpicii Severi Hiſtoriarum libros primus edidit Flacius (*b*) ex MS. Bibliothecæ Hildeſienſis Baſil. apud Oporin. 1556. 8. notis illuſtrarunt *Carolus Sigonius* (*c*) Bononiæ 1561. 8. Hanov. 1602. & *Petrus Galeſinius*

[a] Acta Erud. 1712. pag. 395.

[b] Flacius nomen ſuum primis tantum litteris M. F. I. innuerat, unde Antonius Godellus hujus rei ignarus mirificis laudibus extulit editorem Sulpicii, modeſtiam ejus prædicans, quod non ferens Vavaſſor bono illi viro gravem dicam ſcribit, ac ſi neſcio quod patraſſet ſcelus, hæreticum impurum ut vocat, & nequam laudando, cum Vavaſſor ipſe alibi tantis laudibus efferat non modo Ciceronem, & Quintilianum Ethnicos, ſed Martialem quoque, & Catullum impuros, & nequam Ethnicos.

[c] Quæ Poſſevino non ſatis orthodoxa viſa ſunt in Sigonii ad Severum notis, vide ſi placet lib. V. Bibl. ſelectæ c. 17.

ſinius Rom. 1564. fol. tum *Victor Giſelinus* Antvverp. 1547. 8. apud Plantin. *Jo. Druſius* Arnhem. 1607. 8. *Henr. Mercerus* Paris 1656. 1667. 12. *Georg. Hornius* (*a*) Lugd. Bat. 1647. 1654. 1665. 8. *Jo. Vorſtius* Berlin. 1668. 12. *Jo. Gezelius*, Aboæ 1669. 8. *Jo. Caſp. Hoſmeiſterus* Tiguri 1708. & *Anonymus* qui ſcholia perpetua in modum Minelli addidit Lipſ. 1711. 12. *Chriſtianus* vero *Schotanus* in Hiſtoria ſacra uberioribus commentariis illuſtravit uſque ad extrema Regni Haſmonæorum FraneK. 1664. f. Omitto editiones Sulpicii in Ortodoxographorum poſteriore editione A. 1569. & in Bibliothecis Patrum. *Gallice* vertit Girius Pariſ. 1659. 12. Vide Dan. Gvil. Molleri diſſ. de Sulpitio Severo Altdorfii 1686. §. 17. *Belgice* cum notis & continuatione Petri Rabi ad Caroli V. tempora Roterd. 1710. 4.

Sulpitium Severum ex Joh. Vorſtii editione recudi fecit Lipſiæ 1709. 8. (*b*) Thomas Fritſchius, addiditque *ſeptem* præterea *Epiſtolas* à Baluzio & Dacherio pridem vulgatas, ſed brevibus VC. *Joh. Clerici* notis in nova hac ἐκδόσει illuſtratas, qui epiſtolas V. & Vitam Severi eſſe addubitat. Hæc eſt editio, quam ſub *Theodori Goralli* nomine pridem Clericus promiſit. *Vitam S. Martini* Turonenſis ad Deſiderium, cum *Epiſtolis tribus* (1) ad Euſebium presb. (2) Aurelium Diaconum & (3) Baſſulam (quem parentem venerabilem vocat Sulpitius) nec non *tres dialogos* de miraculis S. Martini, in quibus Sulpitius, Poſtumianus & Gallus (*c*) colloquuntur, primus edidit cum Sedulio & aliis (*d*) Aldus Venet. 1502. 4. recuſa deinde Pariſ. 1511. quas binas editiones Ritthershuſius epiſt. MS. ad Puſtchium tam emendatas eſſe affirmat, ut veteris manu exarati codicis inſtar eſſe poſſint. Edidit & minus emendate Wolfgangus Lazius ad calcem Abdiæ Baſil. 1551. fol. Emendationes Jo. Meurſii parte 2. Exerc. Critic. cap. 15. Cenſuram doctam vitæ Martini à Sulpicio ſcriptæ habes in Latini Latinii Epiſtolis Rom. 1659. 4. editis pag. 315. ſeq. ubi Gregorium Turonenſem in aliquibus ei præfert. Præfationem bene longam dialogis Sulpicii præmiſſam in Codice Naudæano memorat Labbeus p. 228. Bibl. novæ MSS. Vitam Martini & ex dialogis excerpta dat Surius 10. Novembr. nec non Rosvveydus in vitis Patrum libro IV. Nonnulla ex Epiſtolis cum notis contra G. Hornium producit Combefiſius in Bibliotheca Concionatoria. *Epiſtolæ duæ ad Claudiam ſororem* editæ à Ba-

[a] G. Hornii hallucinationes in notis ad Sulpicium admiſſas notat Sam. Bochartus Epiſtola ad Iſ. Voſſium T. 1. Opp. p. 1146. ſeq.

[b] Mem. de Trevoux 1714. p. 1925.

[c] De his dialogis Gelaſius in decreto: *Opuſcula Poſtumiani, & Galli apocrypha.*

[d] De quibus ſupra

Baluzio Tom. 1. Misc. pag. 329. 335. Ex his posterior prodierat inter Hieronymi opera, & sub Athanasii nomine in Codice Regularum Holsteniano, sed Sulpicio vindicatur ab auctore amoenitatum Criticarum editarum Gallice Paris. 1717. 12. Journal des Sav. 1717. p. 649. sqq. *Epistola V.* à Luca Dacherio editæ Tom. 5. spicilegii. De Severo ipso consule præ ceteris Tillemontium Tom. XII. memoriarum hist. Ecclesiasticæ, Rosveidum in lumine notarum ad Paulinum cujus plures sunt ad Sulpitium Epistolæ: & Jo. Clerici Bibl. selectam T. 20. p. 325. seq: ubi nonnulla etiam loca illius illustrat, quæ Michael de la Roche inseruit Diario Londinensi (Memoirs of literature) Tom. 1. pag. 61. A. 1710. Christiani Breithaupti diss. de stylo Sulpitii Severi, Halæ Sax. 1713. Tricautii Abbatis diss. de vita & scriptis Sulpicii, recitata in Academia scientiarum Lugdunensi A. 1719. 6. Jun. ubi etiam de eo quod Sulpicium Severum qui à multis inter sanctos colitur, ex Romano Martyrologio expunxit Urbanus VIII. Pontifex, quo nomine eum laudat Florentinius in admonitionibus prævijs ad Martyrologium Hieronymi p. 51. Alius Severus cujus carmen de mortibus boum memoravi supra. Alius etiam Sulpicius Archiepiscopus Bituricensis, quem à Sulpitio Severo distinguendum monet Nicolaus Faber in observatione de duobus Dionysiis & Petrus Pithœus præfat. in Salvianum. Novam Severi Sulpitii editionem ab A. 1716. parare accepimus CL. V. Davidem Hofmannum, Uratislaviensem, cui Codicis MS. copiam fecit Rex. D. Jo. Andreas Schmidius.

Paulum Orosium Presbyterum, qui circa A. C. 416. vel 417. scripsit, & cujus libri VII Historiarum adversus paganos sæpius prodiere. Patriam *Pauli Orosii* Bragam Lusitaniæ (Bragves) esse contendit Mondeiarus (Marchese di Mondeiar) in dissertationibus hoc de argumento editis Cæsaraugustæ. Contra Tarraconensem esse Orosium non dubitat Don Paulo Ignazio de Dabonasses & Ro in diss. Historica de patria Orosii, edita Hispanice, Barcinone 1702. fol. libro quadringentarum paginarum. De Orosii editionibus consulendus Nic. Antonius in Bibl. Hispana veteri, Bælius in Lexico & Daniel Gvilelmus Mollerus in diss. de Orosio Altdorf. 1689. Antiquissima editio Basileensis ab Ænea quodam recensita & excusa ap. Leonhardum, carens indicio anni, sed quam facile appareat diu ante finem sæculi decimi quinti prodiisse, cum MSto Codice Genevensi collata à Dan. Clerico exstat apud fratris filium Joannem Clericum, cujus vide si placet Artem Criticam parte 3. p. 261. seq. Editio Orosii Veneta A. 1483. fol. opera & expensis Octaviani Scoti Modoetiensis fuit in Bibliothe-

ca Joannis Mori, Episcopi Eliensis. Hæc itaque non secuta est (a) sed antecessit Venetam, quam expensis Bernardini Veneti de Vitalibus excusam laudat Barthius XXXVI. 17. adversar. nam hæc A. 1500. lucem vidit. Cave etiam credas Dan. Gvil. Mollero, qui Hittorpianam editionem pro prima venditat in diss. de Orosio, Altdorf. 1689. §. 23. Nec visæ mihi quas idem laudat editiones Cornelii Gvalteri, Schonhovii & Roberti Stephani. Exstant etiam editiones Parisienses 1510. 4. quam ex legato Perizoniano servat Bibl. Leidensis, & 1524. fol. apud Johannem Parvum & 1534. fol. typis Petri Vidovæi edente Sebastiano Mengino, & 1574. Colonienses 1526. fol. apud Eucharium Cervicornum, cum præfat. Gerardi Bolsvinge, RecKelinhusensis, & ex recensione Jo. Cæsarii 1536. 8. & apud Jasparem Genepæum 1542. 8. & cum notis Francisci Fabricii Marcodurani 1561. 1574. 1582. 8. quem nimis sibi in Orosio indulsisse notat Barthius XXXVI. 17. Adversar. Omitto Orosium sæpius editum in Bibliothecis Patrum, nec non in Renati Laurentii de la Barre Historia veterum Patrum Christiana Paris. 1583. fol. & in Johannis Philippi Vorburgici Volumine tertio Historiarum pag. 491. Francof. 1650. fol. Præstantissima editio Moguntina 1615. 8. ubi caput primum libri primi auctius è MSto Genevensi, & præter Franc. Fabricii notas & emendationes Andreæ Schotti habentur etiam præmissæ volumini castigationes Lud. Lautii, presbyteri Gandensis. Versio *Germanica* Hieronymi Boneri, Francof. 1576. 1581. fol. *Gallica* Phillppi le Noir Paris. 1526. fol. *Italica* auctore M. A. Bonaccivoli, Venet. 1528. 4. Vide Dan. Gvil. Molleri diss. de Orosio, §. 25. *Hispanica* MS. Didaci à Jepes, Toletani memoratur à Nic. Antonio Tom. 1. Bibl. vet. Hispan. p. 182. Versionem liberiorem *Anglo-saxonicam*, cui auctore Ælfredo Rege, navigationes quædam septentrionales insertæ sunt à Vvilhelmo Elstob exspectare nos jussit Georgius HicKesius diss. Epistolica f. 98. Confer & ejusdem Catalogum MSS. Anglosaxonicorum p. 85. De inscriptionibus hujus operis Orosiani *Hormesta* vel *Ormesta* vel *Orchestra* denique pro quo Vossius malebat ὁρμαθὸς, Barthius *omnis historiæ*, Bongarsius denique præf. ad gesta DEI per Francos, titulum hunc in antiquissimo se codice reperisse testatus, *de miseria hominum*, consule Cangii glossar. latin. Vossium de Historicis lat. & p. 63. Hist. Pelag. Reinesium pag. 386. 37. Adversar. * Vocabulum *Hormesta*, quod Codices quidam Orosii præferunt, vir Eruditiss. Jo. Georgius Eccardus in diss. inserta Tomo primo Bibl. historico theologicæ Bremensis A. 1718. 8. T. 1. pag. 325. derivat ab Go-

(a) Secutam scribit Nic. Antonius p. 181. Tom. 1. Bibl. Hispanæ veteris.

Gothico *armen*, misereri, velut, *armmist* sive *ormist*, miseria: uti Balthasar Bonifacius (*a*) illud corruptum putat ex vocabulis *Orbis mœstitia*; quæ propius accedunt ad titulum, quem in vetustissimo Codice Bongarsius reperit, *de miseria hominum*, quam vel D. Jo. Diecmanni *barmosta* Bibl. Bremens. Tom. I. pag. 546. à Græco vocabulo ἁρμόζειν aptare: vel ab ὅραμα quod visionem significat, unde Græcobarbaram vocem *hormestam* composuisse Afros persuasit sibi vir doctus Jo. Schilterus Observat. 2. ad Chronicon Argentoratense Kœnigshœvenii. Vel ab ὁρμὴ quod denotat motum, impetum, agitationem, unde illud nomen deducebat Cotelerius in notis ad Tom. 2. monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 621. vel Vossii ὁρμαθὸς veluti series rerum ac catena, aut Barthii *omnis historia*: vel denique *orchestra*, quam nuncupationem Stephano Vinando Pighio in Hercule Prodicio probatam amplectitur Andreas Schottus præfat. ad editionem Orosii Moguntinam.

Uti Orosius non pauca in opus suum derivavit ex scriptis Justini, Eutropii, Svetonii & aliorum: sic multa Orosii ad verbum repetuntur in Historia miscella. *Apologeticum contra Pelagianos de arbitrii libertate*, quod cum Fausto de Gratia DEI lucem vidit Basil. 1559. 8. atque deinde cum historiarum libris frequenter prælis datum est, suppositum Orosio esse contendit & hæreseos postulat Petrus Vvastelius Carmelita in Vindiciis Johannis Hierosolymitani. Sed adversus leves Vvastelii rationes facile illum Orosio vindicant & ab hæreseos nota defendunt viri docti. Vide Vossium lib. 2. de Hist. Latin. cap. 14. & Historiæ Pelagianæ lib. 1. cap. 17. Jo. Garnerium ad Marium Mercatorem Tom. 1. pag. 354. seq. Papebrochium tractatu præliminar. ad Tom. 3. Act. Sanctor. Maji pag. XXI. Tillemontium Tom. XIII. memor. pag. 1008. Natalem Alex. Seculo V. hist. Eccles. pag. 44. Henricum Noris in hist. Pelagiana &c. Viros celeberrimos *Gerhardum von Mastricht* Bremæ & *Joannem Clericum* Amstelodami de adornanda nova Orosii editione cogitasse notant memoriæ literariæ Trevoltinæ A. 1712. pag. 1666. Sed Mastrichtius quidem hoc ipso anno 1721. 9. Cal. Febr. annum agens 82. ætatis extinctus est, & Clericum aliæ ni fallor graviores curæ ab hoc instituto hactenus detinuere. Commentarius in Cantica Trithemio & Possevino memoratus non Orosii est, neque ut Vossius in Hist. Pelag. suspicabatur, Origenis, sed Honorii, uti forte etiam Honorii est liber de viris illustribus, quem MS. Cantabrigiæ in Bibl. S. Benedicti sub Orosii nomine Jamesius

(a) Bonifac. de scriptoribus Rom. histor. legendis c. 31.

sius reperit. A Valerio Andrea in Catalogo scriptorum Hispaniæ Orosio etiam tribuitur liber de ratione animæ, & Epistolarum volumen ad Augustinum & alios. Ad hunc Orosium scripsit S. Augustinus librum contra Priscillianistas & Origenistas, cui Orosii commonitorium præmittitur, quod incipit: *Jam quidem suggesseram sanctitati tuæ* Tom. VIII. edit. Benedictinor. Amst. p. 431.

Q. Julius Hilario sive ut in Viennensi & Taurinensi Codd. appellatur *Hilarianus* scripsit Cæsario & Attico COSS. (*a*) *expositum de ratione paschæ & primi mensis*, quod ad calcem epitomes Institutionum Lactantii primus ex Taurinensi codice edidit Christophorus Matthæus Pfaffius, Cancellarius hodie Tubingensis Paris. 1712. 8. pag. 215--246. Meminit hujus scripti sui Hilarianus in libro *de cursu temporum* (*b*) sive Chronologia quam deinde composuit & è tenebris erutam luci vindicavit Petrus Pithœus, atque inde in Bibl. Patrum Margarinus de la Bigne, A. 1579. unde recusa est in Parisiensibus insecutis & Coloniensi & novissima edit. Lugdunensi inter Sulpicium Severum & Orosium media pag. 373--376. Tomo VI.

De *Ausonio*, *Sidonio Apollinari*, & *SECULI VI.* scriptoribus *Cassiodoro*, *Boethio*, *Jornande* supra suo loco diximus.

VII. Meretur etiam hoc loco memorari *SECULI* quamvis *DUODECIMI* scriptor & Petri Abælardi auditor *Jo. Sarisberiensis*, in cujus lib. VIII. Polycratici (*c*) sive de nugis curialium & vestigiis Philosophorum Varia præclara & ex scriptis melioris ævi excerpta continentur. Prodiere Paris. 1513. 4. Lugd. Bat. 1595. 8. cum ejus libris IV. Metalogici in quibus varia Logica & Philologica jucunde edisserit, Paris. 1610. 8. Lugd. Bat. 1639. 8. Amst. 1664. 8. De aliis ejus scriptis vide Caveum. * *Joannes Sarisberiensis* sive *Salisburiensis* A. 1182. defunctus, à Jo. Lelando de scriptoribus Britannicis pag. 206. *Joannes Severianus*, à Menagio ad Laertium p. 239. vocatur *Joannes Petitus*. Ipse de se in præfatione Metalogici sive Metalogicon: (*d*) *Cum ex mandato Domini mei* (Archiepiscopi Cantuariensis Theobaldi) *cui deesse non possum, sollicitudo totius Britanniæ, quod ad causas ecclesiasticas, mihi incumbat*. In vita Thomæ Archiep. Cantuariensis pag. 157. *Joannes cognomento de Saresberia natione Anglus, qui ex re nomen habens per gratiam duos sibi in ca-*

(a) A. C. 397.
(b) Vide Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 853.
(c) *Polychronium* vocat Joannes Tinmuthensis Histor. aureæ lib. XXII. c. 88. apud præstantissimum Caveum.
(d) Male *Mythologicon* apud Lelandum p. 208.

in capite sponsæ oculos cooptavit, sermone sapientiæ & sermone scientiæ abunde sibi dato per ipsum. Hic cum Neomartyre nostro (in exilium pulso A. 1163.) *in tentationibus ipsius strenue & viriliter ad finem usque permansit. Qui cito post ejus martyrium* (Thomas interfectus A. 1170.) *à patria sua Dei vocatione evocatus in Senonensi provincia, in qua nobiscum exulaverat, in Carnotensem Episcopum promotus est.* Episcopatum Carnotensem Joanni gratulatur Petrus Blæsensis Epistola 114. scripta A. C. 1172. in qua etiam memorat vitam Thomæ ab eodem compositam: *Illud autem noveritis quod de mandato Domini* (Eboracensis) *Archiepiscopi scribere triumphum B. Thomæ martyris attentassem, nisi aliud mihi scriptum fortuitus obtulisset eventus in quo elegantia styli ingenium Magistri Joannis Sarisberiensis exprimebat & linguam:* Vitam S. Anselmi Cantuariensis, ex Eadmero maxima parte a Joanne Sarisberiensi collectam edidit Henricus Vvarthonus Tomo secundo Angliæ sacræ. Policratici antiqua versio Gallica MS. fuit in Bibl. Menarsiana p. 35. *Policraticon des traces des Philosophes & des truffes & vanitez de ceux qui suivent le Cours des Princes.*

Index Auctorum quos in Policratico nominatim laudat JOANNES SARISBERIENSIS. *ad paginas edit. Lugd. Bat.* 1595. 8.

SA-

Index Scriptorum laudatorum in JO. SARISBERIENSIS Metalogico.

Ad paginas editionis Parisiensis 1610.

Home-

Hactenus de scriptoribus Latinis Christianis: Quæ restant ea dare est animus, si DEUS vitam & valetudinem largitus fuerit, in Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis.

CAPUT IV.

DE HISTORICORUM Fragmentis & Collectionibus.

Fragmenta Historicorum collecta ab Ant. Augustino & Fulvio Ursino, ab Antonio Riccobono & Ausonio Popma. 1. *Corpus Hist. Romanæ scriptorum.* 2. *Scriptores à Sylburgio junctim editi.* 3. *à Grutero, Blancardo & aliis.* 4. *à Dionysio Gothofredo.* 5. *Onufrio Panvinio.* 6. *Collectiones quibus titulus Resp. Romana.* 7.

I. FRAGMENTA HISTORICORUM ab *Antonio Augustino* collecta & à Fulvio Ursino emendata, cum Ursini ad Sallustium, Cæsarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Svetonium & reliquos Historiæ Augustæ scriptores observationibus edita Antvverpiæ A. 1595. 8. *Q. Fabii Pictoris*, & *Fabii Maximi Serviliani* pag. 3. 8. *C. Licinii Macri* ad p. 12. *Sempronii Asellionis* ad p. 14. *L. Cœlii Antipatri*, ad pag. 20. *Q. Claudii Quadrigarii* ad p. 28. *Clodii Licinii* sive *Claudii* qui C. Acilii annales Romanos ex Græco latine vertit pag. 29. *L. Cincii Alimenti* p. 30. *Cn. Gellii* ad p. 33. L. Calpurnii Pisonis & Poetarum M. Pisonis & L Pisonis mentio. Fragmenta *L. Cassii Hemina* ad p. 41. *L. Cornelii Sisenæ* ad p. 54. Sisenæ fragmenta Christophorus postea Colerus inseruit notis ad Sallustium. Eadem pluribus locis emendat Elias Putschius in Variis Lect. MSS. lib. 1. c. 2. * quædam etiam illustrant Janus Guilelmius Verisimil. III. 10.

Sed & *Antonius Riccobonus* ad calcem libri de Historia collegit fragmenta *M. Porcii Catonis Censorini*, *Q. Claudii Quadrigarii*, *L. Si-*

L. Sisenæ, *C. Crispi Sallustii*, *M. Varronis*, *Fabii Pictoris*, *Pisonis Frugi*, *C. Fannii*, *L. Cœlii Antipatri*, *Sempronii Asellionis*, *C. Licinii Macri*, *Valerii Antiatis*, *L. Cassii Heminæ*, *Q. Ælii Tuberonis*, *C. Oppii*, *Cornelii Nepotis*, *P. Nigidii*, *M. Valerii Messalæ*, *Fenestellæ*, *Atteji Capitonis*, *Masurii Sabini*, *Tuditani*, *Cn. Gellii*, *L. Cornelii Syllæ*, *L. Cincii Alimenti*, *Julii Hygini* & *Sammonici Sereni*. Venet. 1568. 8. Basil. 1579. 8. * Annalium *Fannianorum* compendium scripserat *Brutus*. Vide Cic. XII. 5. ad Atticum. De hoc *Fannio* dissertationem edidit Altdorffii 1691. Dan. Guil. Mollerus, in qua & alios Fannios refert post Glandorpium in Onomastico. Exstat & ejusdem Molleri de *Q. Fabio Pictore* diss. ibid. 1689. in qua §. 13. recte post Vossium observat Sigonium ad Livii lib. XXII. non scribere se historiam Q. Fabii (ut verba Sigonii accepit Pighius) sed Appiani Hannibalica legisse apud Lud. Beccatellum.

Ausonius denique *Popma* fragmenta Historicorum an. 1620. 8. collegit, quæ Sallustii quibusdam editionibus uti Amstelodamensi 1661. 12. subjiciuntur. Nomina illorum sunt: *Q. Fabius Pictor*, *Q. Fabius Servilianus*, *L. Cincius Alimentus*, *C. Acilius*, *C. Fannius*, (de quo Bælium consules in Lexico) *Vennonius Scribonius Libo*, *M. Parcius Cato*, *A. Posthumius Albinus*, *Cn. Gellius*, *Sex. Gellius*, *L. Calpurnius Piso Frugi*, *Lutatius*, *L. Cœlius Antipater*, *Q. Ælius Tubero*, *P. Rutilius Rufus*, *P. Sempronius Asellio*, *Clodius Licinius*, *L. Licinius Macer*, *L. Cassius Hemina*, *Claudius Quadrigarius*, *Q. Valerius Antias*, *Cn. Aufidius*, *L. Cornelius Sisenna*, *M. Terentius Varro*, *Q. Hortensius Ortalus*, (de hoc quoque ubi voles Bælium consules) *T. Pomponius Atticus*, *Cornelius Nepos*, *L. Fenestella*, *Tanusius Geminus*, *Domitius*, *Cn. Egnatius Verinus*, & *M. Octavius*. * *Fragmenta Historicorum* ab *Ausonio Pompa* collecta subjiciuntur sine notis editioni Sallustii Amstelodamensi 1661. 12. Sed Cantabrigensi 1710. 4. cum notis *Popmæ*, novisque *Josephi Wassei* curis.

II. CORPUS HISTORIÆ ROMANÆ SCRIPTORUM LATINORUM Veterum Genev. 1609. fol. 2. volum & ibid. 1653. post Bartholomæi Marliani de Origine urbis Romæ diatribam, & annotata quædam nescio cujus auctoris de Græcorum latinorumque mensuris & ponderibus & numis, exhibentur *Livius*, Pseudo *Messala Corvinus* de progenie Augusti, *Flori* libri VI. *Vellejus Paterculus*, *Sex. Aurelius Victor* de Romanæ gentis origine, de viris illustribus, de Imperatoribus, & scriptores Hist. Augustæ. *Sexti Rufi* sive *Rufi festi* breviarium. *Eutropii* libri X. cum octo libris additionum *Pauli Diaconi*. *Magni Aure-*

lii Cassiodori Chronicon. *Jornandes* de Regnorum ac temporum Successione. *C. Jul. Cæsaris & Hirtii* commentaria. *C. Crispi Sallustii* conjuratio Catilinę, bellum Jugurthinum, fragmenta, & Porcii Latronis oratio in L. Sergium Catilinam. Hactenus Tomus prior. * *Messalæ* libellus prodierat edente *Jac. Bedroto* ad calcem Flori edit. Colon. 1540. 8. & præmissus Livio Paris. 1552. f. Exstat etiam in tomo posteriore scriptorum Hist. Augustæ Jani Gruteri. Separatim etiam à se recensitum vulgavit *H. Meibomius* senior Helmstadii 8. sine temporis nota. Conf. Dan. Georg. Molleri diss. de M. Messala Corvino, Altdorf. 1689. pag. 14. & Jo. Conradum Dietericum in vita Augusti pag. 169. Deperdita Messalæ, quem *exactissimi ingenii in omnes studiorum partes & latini utique sermonis exactissimum observatorem* vocat Seneca Controv. 12. scripta sunt: *Liber de Litera Samatoria, liber de Romanis familiis, indignatio, libri de auspiciis, Orationes & declamationes*. Obiit Anno V. C. 765. Deillium *desultorem bellorum civilium* dixit Seneca Suasor. 1. Plura de illo Nic. Faber ad Senecæ controvers. 12.

In posteriore volumine occurrunt *Svetonius, Tacitus, Spartianus*, & reliqui Hist. Augustæ scriptores quinque. *Ammianus Marcellinus & Justinus*. Hisce præter *P. Victoris* de regionibus urbis Romæ libellum accedunt nonnulla scriptorum recentium, Pomponii Læti qui vero nomine Julius Sanseverinus vocabatur, (Petri Calabri nomen est ap. Voss art. Hist. p. 33. Bernardini apud Majoragium Oratione X. Confer clarissimi Jo. Molleri homonymoscopiam p. 775) Compendium Hist. Rom. ab interitu Gordiani junioris, usque ad Justinianum III. Jo. Baptistæ Egnatii de Romanis Cæsaribus libri III. cum viri docti supplemento ad Rudolphum II. Andreæ Alciati de Magistratu & civilibus militaribusque officiis Romanorum. Denique nescio cujus recentioris scriptoris libellus de origine forma & magnitudine Romæ.

II. *In Historiæ Romanæ Scriptoribus* à Frid. Sylburgio, qui notas breves etiam addidit, in tres tomos, quorum postremus Græcos scriptores complectitur, digestis & recensitis Francof. 1588. fol. præter scripta Veterum Latina superiore collectione memorata habetur *libellus* incerti autoris *de XIV. regionibus urbis Romæ*, qui Notitiæ dignitatum imperii occidentis præmittitur *à Pancirollo* ut infra dicemus, & diversus est à Rufi Festi & P. Victoris ejusdem argumenti. Addit etiam Sylburgius opusculum *Julii* sive *Lucii Exsuperantii*, Scriptoris antiqui, sed non satis exploratæ ætatis, *de Marii, Lepidi & Sertorii bellis civilibus*. Vicissim omisit recentium Scriptorum opuscula, excepto compen-

dio

dio Julii Pomponii Læti.* *Julii Exsuperantii* libellus repertus fuit ad calcem Sallustii de bello Catilinar. & Jugurthino in MSto Petri Pithœi, unde ex Sallustii historiarum libris breviarium quoddam esse creditur, & à Josepho Wasse subjunctus esse Sallustio in nova editione Cantabrig. 4. Exsuperantius quidam Dertonensis Episcopus subscripsit Concilio Aquilejensi A. C. 381. Exsuperantius de Gallicia Lucensis conventus municipii Celenis, interfuit Concilio Toletano A. 400 sed hi nihil ad nostrum. At hic noster fortasse idem cum Exsuperantio quem memorat Rutilius itinerar. lib. 1. v. 213. Alios Exsuperantios vide apud Papebrochium in Actis Sanctor. Tom. 7. Maj. pag. 261. Julii Pomponii Læti compendium Historiæ Romanæ lucem primus vidit Venetiis 1598. 4. De hoc Julio Sanseverino Sabino sive Picentino, qui Pomponii Læti nomen adscivit, & Romæ A. 1597. 12. Maij diem obiit, vide Frid. Hannibalis Stempelii diss. de societate abbreviatorum Romana Jen. 1704. 4. præcipue vero Diarium Venetum eruditorum Italiæ Tom. 22. pag. 366. seq.

IV. *Historiæ Augustæ Scriptores Latini minores* à Jano Grutero collecti, MSS. Palatinorum ope emendati, & notis illustrati Hanov. 1611. fol. hi sunt, *Florus, Vellejus, Svetonius, Spartianus* cum reliquis quinque, *Ammianus Marcellinus, Julius Exsuperantius, Aurelius Victor, Pauli Diaconi & Landulphi Sagacis* Historiæ Miscellæ libri XXVI. *Jornandes* de Regnorum temporumque successione & de rebus Geticis, *Pauli Warnefridi* libri sex de rebus gestis Longobardorum, & *Sexti Rufi* breviarium. Sæpius etiam junctim excusi scriptores nonnulli minores Romanæ Historiæ ut Anno 1607. è Raphelengii officina *Florus, Aurelius Victor, Festi Rufi breviarium, Messalæ Corvini libellus, Chronicon Cassiodori & Eutropius.* Similiter Lugd. Bat. 1648. 12. Volumen, quod Historiæ Romanæ Epitome inscribitur, è museo Nic. Blancardi, complectitur *Florum, Vellejum, Aurel. Victorem, Rufum Festum, Messalam, Eutropium cum Paulo Diacono, Chronico Cassiodori, Jornande de regnorum successione & Iulii Exsuperantii libello de Marii Lepidi ac Sertorii bellis civilibus.*

V. *Antiquæ Historiæ ex XXVII. auctoribus contextæ libri IV.* opera Dionysii Gothofredi Lugd. 1591. 12. 2. volum. In hac collectione reperies Berosi Chaldæi de antiquitatibus libros V. Manethonis Ægyptii supplementa ad Berosum & Jo Annii Viterbiensis Chronologiam Hetruscam, Metasthenis Persæ de judicio temporum & Annalium Persarum. Philonis Judæi breviarium de temporibus. Xenophontem de æquivocis. Archilochi Epitheton de temporibus. *Myrsilum* historicum de orgine Tyrrhe-

rhenorum & Italiæ, *Catonis* fragmenta de originibus, *Sempronii* de visitatione & chorographia Italiæ. *Q. Fabii Pictoris* de aureo seculo & origine urbis Romæ ac vocabulis ejus, & libros duos de Romulo. Fragmentum Itinerarii *Antonini Pii*. *Grimoaldi* Volturnæ sive Etruriæ Præfecti Excerpta quædam de ipsa Etruria. Merito mirantur Eruditi Gothofredum hæc Anniana commenta in suum Antiquæ historiæ corpus sine censura admisisse. Porro apud eum sequitur *Messalæ Corvini* libellus de progenie Augusti ad eundem Augustum à Jacobo Bedroto Pludentino primum editus Moguntiæ 1540. sed qui nec titulo respondet cum sit Epitoma Historiæ Romanæ ad Augustum usque, nec Messalam videtur habere auctorem, & medii ævi scriptum esse creditur ab eruditis. *Livii Epitomator*, *qui Gothofredo* videtur Augusti Imperatoris temporibus scripsisse. *Flori* libri IV. Historiæ Romanæ. *Sexti Rufi* breviarium, *Eutropius*, *Ausonii* carmina de XII. Cæsaribus. *Sextus Aurelius* Victor de viris illustribus ex veteribus libris auctus de origine gentis Romanæ. Excerpta ex libro Sexti Aurel. Victoris de vita & moribus Impp. ab Augusto usque ad Theodosium ex edit. A. Schotti. Historia abbreviata de Cæsaribus ab Octaviano Augusto ac consulatum decimum Constantii Augusti & Juliani. *Cassiodori* chronica ad Theodoricum Regem. *Pauli Diaconi* de rebus gestis Romanorum libri ad Eutropii historiam additi. Ex Svida excerpta. Pomponii Læti Historiæ Rom. compendium ab interitu Gordiani junioris ad Justinum III. Ex Volaterrani libro 3. & 13. Anthropologiæ de vitis Imperatorum. Jo. Baptistæ Egnatii Romanorum Principum libri III. & denique appendix Sexti Aurelii Victoris. Notabit autem lector libros hosce ab Epitome Livii usque, nec una serie integros exhiberi, sed ita sibi invicem permixtos esse, ut ex singulis junctim congesta appareant quæ unius ætatis vel Cæsaris illustrant historiam.

VI. Cum Onuphrii Panvinii Veronensis Augustiniani libris tribus commentariorum de urbe Imperio & Civitate Romana Venetiis 1558. editi sunt *Sexti Rufi & P. Victoris* (*a*) *de regionibus urbis Romæ*, *& Rutilii Claudii Numantiani Itineraria duo*. In Parisiensi editione A. 1588. 8. accesserunt *Origo gentis Romanæ* incerto auctore (*b*) quæ incipit *Primus in Italiam creditur venis-*

(a) Publius hic Victor male *Petrus Victor* dicitur in opere Topographico urbis Romæ, quod Francofurti 1617. fol. prodiit hoc titulo: *Onuphrii Panvinii*, *Bartholomæi Marliani*, *Petri Victoris*, *Jani Jacobi Boissardi topographia Romæ cum tabulis Geographicis*, *imaginibus antiquæ & novæ Urbis*, *inscriptionibus*, *marmoribus*, *ædificiis*, *sepulchris & quicquid est à veneranda antiquitate*. *magna diligentia æri incisis*. Confer Observationes Hallenses T. IV. p. 10. seq.

(b) Eadem est quæ sæpissime postea prodiit sub nomine Aurelii Victoris, ut supra in Victore dixi, & cum A. Schotti notis exstat etiam ad calcem Antiquitatum Rom. Dionysii Halicarnassei, in edit. Vvecheliana & Lipsiensi.

venisse Saturnus. Sex. Jul. Frontini de aquæ ductibus Urbis Romæ libri II. Ejusd. de coloniis, nunc primus editus. *Legis Mamiliæ Rosciæ Allenæ Peducæ capita quædam de agris assignatis & constitutionibus limitum*. Locus de colloniis *ex libro I. Velleji Paterculi.* Sed & hæc hypobolimæa quæ Annius Viterbiensis vulgaverat: *M. Porcii Catonis Originum liber I. Q. Fabii Pictoris de aureo seculo & origine Urbis Romæ libri II. C. Sempronii de divisione Italiæ. Myrsilii Lesbii de origine Italiæ & Tyrrhenorum libri 2.* Hæc quatuor postrema opuscula ab autore esse dicuntur autoritatis licet & fidei dubiæ, antiquitatis tamen non omnino contemnendæ.

VII. Exstat etiam minore forma collectio duplex, quæ inscribitur *Respublica Romana*; in altera occurrunt Vellejus, Florus, Aurelius Victor, Eutropius, Cassiodori Chronicon &c. in altera hæc recentiorum scriptorum opuscula studio Petri Scriverii collecta exhibentur: Andreæ Dominici Flocci ad Brandem Cardinalem Placentinum (qui creatus A. C. 1411.) de potestatibus Romanorum libri II. quæ antea falso *L. Fenestellæ* nomine circumferebantur. Primus sub Flocci nomine edidit Ægidius Witsius Brugensis A. 1561. 8. Flocco jampridem vindicaverat Gyraldus dialogo IV. de poetis. Pomponii Læti de Magistratibus & Sacerdotibus Romanis ad Pantagathum libri II. Raph. Volaterrani de eodem argumento ex Comment. Urbanor. lib. 29. Andr. Alciati liber de Magistratibus & officiis Rom. Petri Nannii de comitiis Rom. ex lib. X. c. ult. Misc. Justi Lipsii commentariolus de Magistratibus Vet. Pop. Rom. Jani Guilelmi & Georgii Vauchopii de eodem argumento, denique appendix de Romæ statu hodierno & Pontificis auctoritate ac reditibus, ex variis autoribus collecta.

Libris quatuor Antiquitatum Romanarum *Philippi Caroli* Francof. 1670. 12. excusis subjiciuntur iidem Pseudo Fenestellæ libri II. de potestatibus sive Magistratibus Romanorum, Pomponii Læti, Raphaelis Volaterrani & Henr. Bebelii de Romanorum magistratibus & Sacerdotibus libelli & Valerius Probus de interpretandis literis antiquis Romanorum. * Fenestellæ tributi libri II. de Sacerdotiis & Magistratibus Romanorum cum scholiis Matthiæ Bredenbachii, Kirspensis Vestphali prodiere Colon. 1539. 8. Eos Flocco vindicarunt etiam Flavius Blondus in Hetruria sua & Vossius in Hist. Latin. Flocci Epist. ad Brandam Cardinal. A. 1443. defunctum, quam evolvit Gyraldus, suppressam esse in editionibus, dolet *Simon Leevius* JCtus qui Lugduni Batav. 1692. 8. edidit Volumen quod inscribitur *de origine & progressu Juris Civilis Romani auctores & fragmenta Juris-*

risconsultorum. In hoc post titulum secundum libri primi Pandectarum de Origine Juris, notis Variorum illustratum sequitur *Lucii Fenestellæ de Magistratibus Romanis libellus* (hunc enim auctorem verum esse sibi persuasit Leevius, licet à Flocco quædam addita è Plinio, Gellioque. *Cætera*, inquit, *omnia ipsius L. Fenestellæ*, qui Augusti ætatem attigit, *esse nullus dubito*) cum selectis notis ex accurata editoris recensione. Julii Pomponii Læti de Romanis Magistratibus Jurisperitis & Legibus ad M. Panthagatum libellus cum notis. *Fragmenta legum XII. Tabb.* cum selectis notis Jac. Gothofredi & aliorum. *Edictum Perpetuum* à Salvio Juliano JCto compositum ad ordinem Digestorum restitutum. Tituli ex corpore *Ulpiani* JCti, cum notis. *Julii Pauli* JCti receptarum sententiarum ad filium libri V. cum notis selectis Jac. Cujacii. *Caji* JCti è IV. libris Institutionum fragmenta, ex ultima Jac. Oiselii recensione cum ejusdem & aliorum selectis notis. *Mosaicarum & Romanarum Legum collatio* ex Bibl. Petri Pithœi cum ejus notis & emendationibus. Simonis Leevvii de origine, progressu, usu atque auctoritate Juris Civilis Romani ejusque varia editione atque emendatione, historica narratio pag. 711-747. Chronici Canones & fasti Consulares à Romulo Rege usque ad Justiniani Imp. exitum. *Hactenus Volumen Simonis Leevvii*.

De Historicis Latinis præclarum opus *Gerhardi Joannis Vossii* A. 1627. primum in lucem editum & auctius A. 1651. Lugduni Batav. atque inde iterum in Germania Francof. 1677. in 4. ac denique inter Vossii Opera tomo quarto Amst. 1703. fol. recusum, omnium manibus teritur. In illud notæ & animadversiones *Christophori Sandii* prodierunt Amst. 1677. 12. *Joannis* vero *Hallervordi* Regiomontani spicilegium Jen. 1672. Utraque recudi curavi Hamb. 1709. 8. cum Bernardi à Mallincrot centuriis circiter quinque Paralipomenon de Historicis Græcis, & Lud. Nogarolæ diatriba de Viris illustribus genere Italis qui Græce scripserunt. Ab eo tempore præclara ad Vossii librum tertium de Historicis Latinis natione Italis (a Petrarcha usque) animadversa & paralipomena auctore nobilissimo atque eruditissimo viro *Apostolo Zeno* inserta sunt Diario Veneto eruditorum Italiæ, tomo nono & sequentibus, quæ ex Italico idiomate verti Latine & separato volumine edi ex usu studiosorum esset. *Petri Criniti* de Historicis Latinis ineditum librum memorat Vossius pag. 673. *Ludovici Jacobi à S. Carolo* paralipomena inedita de historicis Græcis & Latinis Claudius Sarravius pag. 266. seq. Epist. Magis etiam dolendum *Thomæ Reinesii* ad Vossium observationes non vidisse lucem

cem de quibus ipfe in Epiftolis ad Horfmanum p. 33. 311. &c. Dolendum quoque, vanam fuiffe fpem quam fecit editio Amftelodamenfis A. 1688. Opufculorum Mythologicorum, Phyficorum & Ethicorum Tomæ Galei, in qua ad Palephatum promittitur Voffius de Hiftoricis Græcis & Latinis edendus duplo auctior, cum tamen in fecuta A. 1703. nihil accefferit fecundæ Anni 1651. Inter Epiftolas aliorum ad Voffium, quæ Voffii Epiftolis fubjiciuntur, octava & octogefima eft *Arnoldi Buchellii*, in qua nonnullæ ad libros de Hiftoricis Latinis obfervationes. Non contemnenda etiam quæ annotavit celeberr. Helmftadienfium Theologus *Jo. Fabricius* T. 2. Bibliothecæ fuæ pag. 478-501. *Francifci Motthani Vayeri* de Hiftoricis (*a*) Græcis & Latinis liber Gallice editus Parif. 1646. 4. atque inter ejus opera Tom. 1. edit. in fol. 1656. & Tom. 3. edit. in 12. Parif. 1669. *Martini HancKii* de Romanarum rerum fcriptoribus liber I. Lipf. A. 1669. 4. & liber II. A. 1675. 4. magnum ftudium auctoris & accurationem prodit, perinde ut ejus liber de fcriptoribus Byzantinis A. 1677. 4. *Balthafaris Bonifacii* de quadraginta Romanæ hiftoriæ fcriptoribus cum *Caroli Sigonii* judicio & *Adriani Politi* ordine hiftoriæ Romanæ legendæ, ne alias editiones commemorem, prodiit Helmftadii 1624. 4. & exftat quoq; cum *Petri Angelii* Bargæi libello quo ordine fcriptores hiftoriæ Romanæ legendi fint. Nam *Sylvii Conradi* judicium de Latinæ hiftoriæ fcriptoribus Rom. 1639. minore forma editum non vidi. *Marquardi* vero *Freheri* directorium utiliffimum ex quo cognofcere licet ubi præcipui Chronologi, Annalium fcriptores & Hiftorici incipiant & ubi definant, cum ejus collectione fcriptorum Germanicorum prodiit Francof. 1624. 1637. fol. & ex Nobiliffimi D. Burch. Gothelf Struvii recognitione Argentor. 1717. fol. & feparatim cum auctario locupletiffimo egregii viri *Jo. Davidis Kœleri*, Altdorf. 1720 4. fubjuncta Cafparis Sagittarii diff. de præcipuis Hiftoriæ Germanicæ fcriptoribus. Brevis eft fed lectu digna feries hiftoricorum quam *Jacobus Capellus* præmifit hiftoriæ Ecclefiafticæ primorum quinque feculorum, Sedani 1622. 4. *Degorei Vvhear* relectiones hiemales de ratione legendi utrasque hiftorias Civiles & Ecclefiafticas Oxon. 1625. 1637. 1662. Cantabrig. 1680. & cum *Nic. Horsmanni & Edmondi Bohnii* fupplemento Lond. 1685. 8. prelis datæ, iterumque editæ in Germania

(a) Hiftorici *Græci* de quibus differit Vayerus, funt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Polybius, Diodorus Sic. Dionyfius Halicarnaffeus, Jofephus, Arrianus, Appianus, Dio Caffius, Herodianus, Zofimus, Procopius, Agathias. *Latini* Salluftius, Cæfar, T. Livius, Vellejus Paterculus, Q. Curtius, Tacitus, Florus, Svetonius, Juftinus, & Ammianus Marcellinus.

mania, Noriberg. 1662. 8. & noviſſime Tubingæ, inſigniumq; *Jo. Chriſtiani Neu* acceſſionum volumine duplici & tertio, mantiſſa de rerum Germanicarum ſcriptoribus locupletata: & *Io. Andreas Boſius* in diſſertationibus de prudentia & eloquentia civili comparanda Jen. 1677. 4. & cum Tho. Crenii notis in tomo 2. methodorum Lugd. Bat. 1696. 4. & addita ejuſdem Boſii notitia ſcriptorum hiſtoriæ univerſalis, *(a)* Jen. 1698. 4. curante Georgio Schubarto: *Ioannes* item *Henricus Bæclerus* in Bibliographia hiſtorico politico Philologica A. 1677. 8. data prælis & emendatius atque cum inſignibus acceſſionibus V. C. Joannis Gottlieb Krauſe recuſa Lipſiæ 1715. 8. non pauca Voſſio præterita nos docent. *Io. Iac. Battierii* ſive *Iac. Chriſtophori Iſelii* diſſertatio de Hiſtoricis Latinis melioris ævi, Baſil. 1697. Hiſtorici, Chronologi & Geographi celebres literarum ordine deſcripti à *Martino Zeilero*, Ulm. 1652. 8. *Lancelotus Voiſin de la Popeliniere*, nomine ſuo præterito Pariſ. 1599. 8. Gallice vulgavit Hiſtoriam Hiſtoriarum ſive Hiſtoricorum, *l' Hiſtoire des hiſtoires*. Noviſſime omne punctum tulit, qui notitiam delibatam Hiſtoricorum omnis generis ſtudioſis offert *Langletus de Fresnoi* *(b)* in methodo diſcendæ hiſtoriæ, Gallice edita Pariſiis 1713. 8. & recuſa mox Bruxellis & cum illuſtris *Io. Burchardi MencKenii* auctario ubere ac ſelecto, Lipſiæ 1714. 8. atque Italice *(c)* Venet. 1716. 8. & cum novis ex divite Menckenii penu additamentis, Germanice *(d)* Lipſ. 1718. 8. Longum præterea eſſet commemorare qui Hiſtoricos omnis gentis & recentiorum maxime temporum commemorarunt, ut ſolum indicem quidem texentes *Paulus Boldnanus* in Bibliotheca Hiſtorica, Lipſiæ 1620. 4. *Steph. Prætorius* in Catalogo Hiſtoricorum Witeb. 1597. 8. *Gabriel Bucelinus* parte 2. nuclei Hiſtoriæ univerſal. Auguſtæ Vindel. 1664. 12. *Georgius Draudius* in Bibl. claſſica, & in Bibl. Philoſophica *Martinus Lipenius*: Præter hos vero *Philippus Glaſerus* in admonitione de recte legenda hiſtoria & catalogo hiſtoricorum Argentor. 1629. 4. *Thomas Dempſterus* in judicio de omnibus omnium gentium & temporum hiſtoricis, Pariſ. ſine nomine auctoris: *Io. Bodinus* ad calcem Methodi hiſtor.. *Antonius Poſſevinus* in Bibl. ſelecta libro XVI. *Iacobus Gordonus* in Chronologia &c. Jam laudatus mihi *Burchardus Gotbelf*

Stru-

(a) De his etiam Edvvard Simſon in paraſceve ad Chronicon Catholicum Oxon. 1652. fol.

(b) Journal des Sav. 1713. Tom. 2. p. 207. Beutſche Acta Erud. Tom. 2. pag. 1045. Neve Bucher-Saal XXXVII. p. 9.

(c) Giornale de' letterati d' Italia Tom. 27. pag. 464.

(d) Acta Erud. 1719. p. 184. abgeſonderte Bibl. T. 2. p. 692.

Struvius in Bibliotheca historica secundum monarchias, regna, secula & materias distincta Jen. 1705. 8. *Christianus Gryphius* de scriptoribus Historicis seculi XVII. res cujusvis gentis Europæ illustrantibus Lipf. 1710. 8. & Clarissimus *Iohanes Hubnerus* noster in amœna atque erudita Bibliotheca sua Historica, scripta Germanice, cujus Centuriæ octo quæ viderunt lucem Lipf. 1715-1720. 12. etiam plurium evolvendarum desiderium injiciuntur lectoribus.

Specialem Bibliothecam Historicam nullam neque locupletiorem sol aspexit, neque accuratiorem aut melius digestam evolverunt eruditi quam *Gallicam* nuper in lucem datam ab præstantissimo Viro *Jacobo Longo* presbytero sacri Oratorii Parif. quem hic ipse annus 1721. magno omnium literis operantium dolore eripuit nobis, atque pulcherrimos ejus, quibus erat intentus, conatus alios intervertit. Ejus Bibliotheca historica Galliæ, excusa Parif. 1719. fol. De aliis qui ante illum in eodem argumento versati fuerunt videndus ipse n. 6545. seqq. ubi etiam n. 6553. mentionem facit isagoges in historiam scriptorum Historiæ Gallicæ, quam dedi Hamb. 1708. 8. in qua (1) *Andreæ du Chesne* Bibliotheca Chronologica scriptorum ab originibus regni Francici ad sua usque tempora (ex edit. Parif. 1663. 12.) (2) *Christiani Gryphii* de scriptoribus seculi XVII. res Gallicas spectantibus, ex opere tunc adhuc inedito: & (3) *Hermanni Dieterici Meibomii* de Gallicæ historiæ periodis & scriptoribus disputatio.

Bibliothecam Historicam *Hispanam*, *Lusitanamque*, merito aliquis adhuc desideret etiam post subsidium quod Nic. Antonius in indice ad Bibliothecam suam Hispanam Tom. 2. p. 604. seqq. suppeditat.

Germanicam Bibliothecam Historicam, longe adhuc absumus, ut similem vel plenam æque, vel tam bene digestam accuratamque habeamus: licet specimen quoddam pridem edidit *Michael Hertzius* Erfurt. 1679. fol. & celeberrimus *Io. Georg. Eccardus* A. 1705. 8. Et *Gotfridus Ruhlmannus* in Epistola data A. 1715. ad sereniff. Principem Schvvartzburgicum suadet in singulorum Principum aulis, liberisque Rebuspub. Bibliothecam scriptorum de rebus patriis studiose colligendam esse, & ipse spem Bibliothecæ Historicæ amplissimæ & pulcherrimæ in lucem à se edendæ facit. Partes etiam attigerunt nonnulli ut *Palatinam* nuper *Georgius Christianus Johannis* de scriptoribus ad Historiam Palatinam cognoscendam facientibus, ante Dan Parei historiam Palatinam, recusam Francof. 1717. 4. *Suevovvirtebergicam*, *Georgius Conradus*

Pregizerus

Pregizerus in parte secunda Bibliothecæ Suevovvirtebergicæ ad calcem patris Jo. Ulrici Pregizeri, Sveviç & Wirtenbergiæ sacræ Tubing. 1717. 4. pag. 439. sqq. Etiam de *Silesiacæ* Historiæ scriptoribus ineditis exstat Epistola *Godfridi Robni*, Uratislav. 1693. 4. & *Christiani Rungii* Miscellaneorum fasciculi tres Olsnæ 1712. Brigæ 1713. & Uratislav. 1714. 4. Et scriptores de rebus Silesiacis notavit *Godfridus DevverdecK* prolegomenis ad introductionem in rem Silesiæ numariam, quam Germanice vulgavit Jauravii 1711. 4. Et Bibliothecam Silesiacam exspectare jussi sumus à *Io. Caspare Eberto*, cujus specimen in Novis literariis Hamburg. A. 1705. p. 287.

De scriptoribus rerum *Hungaricarum*, *David Czvvittingerus* in specimine Hungariæ literatæ. Francof. 1711. 4.

De *Danicarum* rerum historicis pauca sunt quæ *Ioannes Suaningius* attingit in prolegomenis ad Chronologiam Danicam, Hafniæ 1650. fol. pag. 28. seq. *Andreæ* autem *Vossii*, *Claudii Lyschandri*, *D. Hectoris Godfridi Masi* & *Ottonis Sperlingii* promissæ lucubrationes & affectæ non viderunt lucem. Itaque primus in hoc genere operæ pretium fecit Rev. Nicolaus Petrus Sibberen, cujus Bibliotheca historica Dano-Norvvegica prodiit Hamb. 1716. 8.

De *Anglicanæ* historiæ periodis & scriptoribus brevis exstat sed erudita dissertatio *Hermanni Dieterici Meibomii* Helmst. 1702. 4. justum vero opus *Guilelmi Nicolsoni* Bibliotheca historica Anglicana, tribus voluminibus in 8. A. 1707. primum & deinde auctior uno volumine Lond. 1714. fol. utraque editio Anglice.

Eidem *Nicolsono* debemus Bibliothecam Historicam *Scotiæ*, the Scottish historical library. Lond. 1702. 8.

Belgicæ Bibliothecæ Historicæ loco est *Adriani Pars* index Batavicus, Belgico idiomate editus Lugduni Batav. 1701. 4.

Polonicarum rerum Historicos non indiligenter persecutus est Nobiliss. Vir *Sam. Ioachimus Hoppius*, schediasmate literario de scriptoribus Historiæ Polonicæ, Dantisci 1707. 4. quod auctius deinde cum *Gabrielis GroddecKii* & *Valentiniani Schlieffii*, Patricii Gedanensis auctario & annotationibus præmissum est Joannis Dlugossi historiæ Polonicæ Lips. 1711. fol.

De Historicis *Venetis* qui auctoritate publica publica res sereniss. illius Reip. tradiderunt, *Apostolus Zenus* in museo Minervæ Venetæ (Galleria di Minerva) Tom. 1. pag. 165-168.

Historiæ naturalis scriptorum Bibliothecam dedit qui multis & ipse curiosis & diligentibus scriptis eam locupletat quotidie, V. C. *Io. Iacobus Scheuchzerus*, Tiguri 1716. 8.

Scriptores *Historiæ Ecclesiasticæ* qui commemoraverunt multi sunt, quos laudant *Io. Andreas Bosius* in schediasmate de comparanda

paranda notitia scriptorum Ecclesiasticorum Jen. 1673. 4. & in tomo tertio methodorum Thomæ Crenii Lugd. Bat. 1699. 4. *Caspar Sagittarius* introductione in Historiam Ecclesiasticam Jen. 1694. 4. (quam altero tomo locupletavit Rev. D. *Io. Andreas Schmidius* Jen. 1718. 4.) *Tho. Ittigius* in schediasmate de auctoribus qui de scriptoribus Eccles. egerunt. Lips. 1711. 8. cum notis V. C. *Christiani Ludovici* edito: nec non prolegomenis ad Seculi I. selecta capita, Lips. 1709. 4. ubi recentiores Annalium & Hist. Eccles. scriptores & in præfat. ad seculum II. Lips. 1711. 4. ubi veteres persequitur. Vide etiam sis quos laudo præfat. ad Tomum V. Bibl. Græcæ Hamb. 1712. 4.

Denique *historiæ literariæ* scriptorum notitia petenda ex *Philippi Labbei* Bibliotheca Bibliothecarum toties recusa, quæ post bina *Antonii Teisserii* volumina Genev. 1686. & 1705. 4. novo etiam studio Viri alicujus docti suppleri ac locupletari desiderat.

CAPUT V.

DE VARIIS MONUMENTIS ANTIQUIS.

Fasti Capitolini. 1. Monumentum Ancyranum. 2. Fragmenta & rationarium Augusti Imp. 3. Testamenta & alia monumenta varia antiqua à G. Fabricio collecta. 4. Specimina veterum scripturarum, 5. Notitia dignitatum Imperii. 6. Inscriptiones veteres. 7. Numi. 8. Gemmæ. 9. Ex libris Pontificum linteis fragmenta; 10.

I. FASTI CAPITOLINI sive reliquiæ monumentorum (a) marmoreorum Romæ A. 1547. repertæ, & Alex. Farnesii Cardinalis auspiciis in palatio Capitolino repositæ, quibus Magistratuum, bellorum, triumphorum aliarumque rerum memorabilium tempora ab anno urbis conditæ 120. ad annum 765. indicantur, prodierunt cura Francisci Robertelli Venet. 1555. 4. Deinde Onuphrius Panvinius una cum fastis Siculis eos vulgavit in appendice suorum fastorum Heidelb. 1588. fol. Hinc Frid. Sylburgius inter Scriptores Græcos Historiæ Romanæ minores Anno 1590. fol. Occurrunt etiam apud Gruterum pag. CCLXXXIX. seq. atque in Tomo secundo Annalium Stephani

 Vinandi

(a) De vetustissimo more res memoriæ mandandi in saxis & columnis vide Campegium Vitringam V. C. lib. 1. observationum sacrarum p. 35. seq. & quos laudavi lib. 1. Bibl. Græcæ capite undecimo.

Vinandi Pighii, quos Andreas Schottus a se suppletos & illustratos edidit Antvverpiæ 1615. fol. & in thesauro Antiquitatum Romanarum Græviano, volumine undecimo. Hos Fastos *sub Verrii Flacci nomine* non dubitavit edere Onufrius, quia nempe Svetonius cap. 17. de illustribus Grammaticis refert Verrium fastos à se ornatos & marmoreos parieti incisos publicasse. Conf. Vossium p. 104. 239. de Hist. latinis & Hankium lib. 1. de Romanarum rerum Scriptoribus p. 203. * Primum vulgata à Bartholomæo Marliano Rom. 1549. 8. *Consulum, Dictatorum, Censorumque Romanorum series, una cum ipsorum triumphis, quæ marmoribus sculpta in foro reperta est atque in Capitolium translata*, Gentilis Delphinii & Thomæ Cavallerii opera, auspiciis Alex. Farnesii Cardinalis.

II. MONUMENTUM ANCYRANUM de rebus gestis Augusti Imp. primum editum est in Aurelio Victore A. Schotti A. 1579. ex apographo Busbequiano: hinc in pandectis Leunclavii Turcicis & in Gruteri inscriptionibus p. ccxxx. ex Antonii Verantii apographo: tum in Jani Rutgersii Variis Lect. p. 163. seq. Et in variis Svetonii & Victoris editionibus, ut in Aurelio Victore Sam. Pitisci, & ad calcem Svetonii Græviani, additis Virorum Clariss. Justi Lipsii & Isaaci Casauboni castigationibus, conjecturis & notis. Cum vero Daniel Cossonus post BusbeKium & Verantium idem monumentum denuo ipse accuratius lustrasset, nec pauca quæ BusbeKium vel ejus amanuensem fugerant observans plenius & emendatius descripsisset, post Cossoni mortem in eas Schedas incidens vir doctissimus Jacobus Gronovius (*a*) monumentum Ancyranum ex eisdem non paulo locupletius vulgavit & cum notis suis memoriæ Cassonianę subjecit Lugd. Bat. 1695. 4. * *Monumentum Ancyranum* ante Busbequium lustraverat Antonius Verantius. De Busbequio, qui illud in legatione ad Turcarum Imp. Solimannum II. A. C. 1553. descripsit, vide ejus Epistolam 1. legationis Turcicæ pag. 87. Danielis Cossoni & Jac. Gronovii emendationes annotatæ quoque sunt in nova Inscriptionum Gruteri editione pag. CCXX. Exstat etiam illud in Rutgersii variis Lect. pag. 193. & quale Gronovius ex Cossoni schedis edidit, in Jo. Guil. Baieri fil. historia monumenti Ancyrani, Jenæ 1703. 4. Ab eo tempore recensitum denuo prodiit in tomo secundo itineris Pauli Lucæ in Græciam & Asiam Minorem Paris. & Amst. 1714. 12. & in itinere postumo

Josephi

(a) Locum Gronovii, quo Casaubonum & Oudanium præter causam reprehendit, notatum vide à Jac. Perizonio V. C. diss. de morte Judæ p. 84. Alias observationes in idem monumentum edidit Jo. Clericus T. 8. Bibl. selectæ p. 328. seq.

Josephi Pittonis Turnefortii Tom. 2. pag. 578. seq. editionis quæ post Parisiensem prodiit Amst. 1718. 4 Gronovii notam qua Norisius præter rem reprehenditur refellit Ez. Spanhemius Tom. 2. numism. pag. 361.

III. OCTAVII CÆSARIS AUGUSTI non magis imperio rerumque gestarum magnitudine, quam amore literarum, eruditione, ingenio & scriptis illustrissimi fragmenta quotquot reperire potuit, collegit & in variis suis lectionibus edidit notisque illustravit Janus Rutgersius lib. 2. cap. 19. pag. 135. seqq. Vide & Colomesium p. 209. ad Gyraldi dialogum IV. de poetis, & Christophorum Hendreich. in in pandectis Brandenburg. T. 1. pag. 345. Petronium dictionis Augusti assiduum imitatorem observat Dousa in præcidaneis pag. 192. seqq. De ejusdem Augusti rationario (*a*) sive Breviario Imperii videatur Lambecii lib. 2. commentar. de Bibl. Vindobonensi pag. 73. **Augusti* familia sive stemma genealogicum illustrant Lambecius in prodromo Hist. literar. Reines. Epist. ad Rupertum pag. 423. & virorum doctorum notæ ad Svetonium. Scripta *Augusti*, quorum fragmenta Rutgersius collegit, fuere Epistolæ pag. 136. Codicilli pag. 149. Edicta pag. 150. rescripta Bruto de Catone pag. 152. Hortationes ad Philosophiam pag. 153. Orationes funebres ibid. Carmina pag. 154. Mandata de administranda Rep. pag. 157. Commentaria ad Agrippam & Mæcenatem p. 156. Breviarium Imperii pag. 156-166. Rationarium Imperii pag. 158-168. De vita sua libri tredecim pag. 158. Index rerum à se gestarum pag. 163. Testamentum pag. 163. Mandata de funere suo pag. 160. Descripsit & Orbem terrarum ut ex Itinerario Antonini colligunt viri docti, nec non ex Plinio qui Augusti ordinem in partitione Italiæ sequi se negat: sed non alio opere factum id videtur ab Augusto, quam in breviario Imperii. Fescenninos versus in Pollionem composuisse constat à Svetonio, qui Pollio interrogatus cur non responderet, *non facile est*, inquit, *in eum scribere qui potest proscribere*. Supersunt & fescennina quædam Augusti in Antonium,

Bb 2 in

(a) Eandem λογαρικὴν παλαιὰν καὶ νέαν MStam legerat in Bibliotheca Regis Christianissimi Salmasius pag. 808. ad Solin. edit. Parif. notaveratque in illa Augusto tribui, quod demum obtinuit post Constantini M. tempora sub Valentiniano. Sed frequens hic Græculorum error est [ut notat Jac. Gothofredus T. 2. Cod. Theodos. p. 451. de hoc ipso scripto agens] quorumcunque Augustorum i. e. Imperatorum instituta ad primum Augustum referre, atque inde magnas nugas super addere. Novissime Jacobus Gronovius ex Schedis parentis sui novæ editioni commentarii illius de sestertiis adjecit. duplex rationarium, Gr. lat. unum Cæs. Augusti, alterum recentius Alexii Comeni Lugd. Bat. 1691. 4. post minus accuratam locis nonnullis perpaucis editionem Monachorum Benedictinorum, cum versione Bernhardi de Montfaucon, viri doctissimi, in Analectis Græcis, Paris. 1688. 4. p. 321.

in Catalectis Poetar. Confer quæ viri docti ad Martial. XI. 21. Præterea cum libris XIII. de vita sua tragœdiam (*a*) de Ajace & Achille memorat Svidas. Sed illam non absolvisse nec edidisse, sed delevisse ipse Augustus testis est: qui à Lucio tragœdiarum scriptore interrogatus quid ageret Ajax suus, *in spongiam*, inquit, *incubuit*, ut narrat Macrobius libro secundo Saturnal. capite 4. quo toto joci Augusti referuntur, ut strategemata à Polyæno VIII. 24. Tribus Augusti voluminibus quæ memorat Svetonius cap. 101. Dio libro 56. quartum adjungit præcepta & consilia Tiberio & Reip. data ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ. Adde Jac. Pontani Philocaliæ lib. IV. cap. 13. Acta temporum Divi Augusti citat Plinius lib. XIII. cap. 13. *Ad pag.* 162. *Rutgersii* in fragmentis Augusti Imp. adde hunc locum Servii ad Eclog. IX. *Bæbius Macer circa horam octavam, stellam amplissimam quasi lemniscis coronatam ortam dicit, quam quidam ad illustrandam gloriam Cæsaris juvenis pertinere existimabant. Ipse animam Patris sui esse voluit, eique in Capitolio statuam, super caput auream stellam habentem posuit. Inscriptum basi fuit* Καίσαρι ἡμιθέῳ. *Sed Vulcanius Aruspex in Concione dixit, cometem esse, qui significaret exitum noni sæculi & ingressum decimi, sed quod invitis Diis secreta rerum pronunciaret, statim se esse moriturum, & nondum finita oratione in ipsa concione condidit. Hoc etiam Augustus in libro secundo memoriæ vitæ suæ complexus est.* De eruditione & eloquentia Augusti operæ pretium est consulere C. V. Jo. Gvil. Bergeri specimen Rhetorices Augustæ, Witeberg. 1710. 4. De legibus ab Augusto conditis Jo. Conradum Dietericum in Augusti vita pag. 207. seq. Giessæ 1666. 4.

IV. MONUMENTA VARIA ANTIQUA à Georgio Fabricio collecta & in libris duobus Antiquitatum edita Basileæ A. 1549. 8. ap. Oporinum, ut plures posteriores editiones omittam. in libro primo *Formulæ testamentorum* (*b*) *L. Cuspidii, Galli Favonii Jucundi & Sempronii Tucidani*. Caput ex testamento *M. Megonii* M. F. Corn. Leonis. Testamenta Ludicra *Sergii Polensis Parasiti & Grunnii* (*c*) *Porcelli*, Testamentum *Q. Lælii Tibur-*

(a) Male interpres *tragœdias*.

(b) L. Cuspidii testamentum cum recentibus Petrarchæ, Jac. Picolomini, Jovitæ Rapacii, & Jo. Boccaccii testamentorum formulis exhibet Aldus Manutius ad officia Ciceronis III. 10. p. 148. seq.

(c) Hujus etsi ludicri testamenti meminit Hieron. Procem. in Esaiam, & Apologia in Rufinum. Descriptum fuit primo Moguntiæ à Jo. Alexandro Brassicano, & à Georgio Fabricio: postea correctum locis aliquot ex antiquissimo exemplari invento Memmelebii in Thuringia ad Unstrum. Edidit quoque Gesnerus de quadrupedibus p. 1032. Legitur præterea in appendice inscriptionum Gruteri p. XVIII. & in calce adagiorum Erasmi

burtini, *&* *Mimi*. Plerumque horum & aliorum testamentorum veterum formulas reperiet Lector in eximio opere Barnabæ Brissonii de formulis & solennibus pop. Rom. verbis libro septimo p. 674. seq. De γυκεκτατι testamenti Everhardi consule Lucam Dacherium præfatione tomi XII. Spicilegii. Testamenta Julii Cæsaris, Augusti & Tiberii relata à Svetonio in eorum vitis, illustrat Zacharias Huberus Vir nobilissimus in dissertationibus Juridico philologicis v. vi. & vii. *Libellus Ælii Hadriani Imp. Velii Fidi*, *Fl. Vespasiani*, *&* *decimi Secundini Formula contractus* edita ante in Italia ex Bibl. Andr. Alciati. Confer eundem Brissonium libro Sexto. *Lex ædificantium*, *&* *Lex dedicatæ aræ*. *Testamentum terminorum inter Genuenses*, *&* *Viturios*; aliud item *inter Fovencularios*, *&* *Ausurios*. *Decreta antiqua XXI. Elogia vetera XIII.* In libro secundo *Epitaphia antiqua varia LXXI.* versibus scripta, *&* *Calendarium vetus Romanum* hactenus ineditum. De *Instrumento plenariæ securitatis* quod vulgavere Brissonius & Naudæus, dixi supra lib. I. in Cæsare * Ad calcem libri præclari de Roma Georgius Fabricius Basil. 1540. 1549. & 1560. 8. subjunxit libros duos Antiquitatum, quibus in editione Basil. 1587. 8. liber tertius accessit, sive potius liber secundus multum auctus ab auctore & in duos digestus exhibetur. L. Cuspidii testamentum, quod perinde ut Epitaphium Claudiani confixit (*a*) Pomponius Lætus, exstat in appendice thesauri Inscript. Gruteri pag. 19. Prodierat Basileæ in 8. sine anni nota, L. Cuspidii testamentum cum instrumento fines agri inter Genuenses & Veiturios statuente L. Cæcilio Q. F. & Q. Mutio Q. F. COSS. & formata contractus Bebii Porcæ, Sempronii testamento militari, breviario rerum L. Sicinii Dentati, Q. Fabii Max. & L. Metelli, Pompejique Magni: adjunctis quibusdam antiquis epigrammatibus & inscriptionibus. Titulus libelli est: *ex venerandis Antiquitatis reliquiis exemplum Instrumenti Romani* &c. Testamen-

rasmi aliorumque edit. Hanov. 1617. & 1643. tum in Taubmanni commentario ad culicem Virgilii p. 146. & Dornacii Amphitheatro sapientiæ Socraticæ jocoseriæ T. 2. p. 48. ubi & *testamentum Sergii Polensis parasiti*. Occurrit & apud Vavassorem de ludicra dictione p. 291. & in Tenzelii dialogis vernaculis menstruis Anni 1696. pag. 191. Lambecius denique lib. 3. comment. de Bibl. Vindobonensi inseruit, & notis illustravit, qui p. 360. seq. minus verisimiliter suspicatur totum esse Satyricum, ejusque autorem sub Grunnii nomine voluisse perstringere Gordianum interfectum à Philippo Arabe. Conf. de hoc testamento, Salmasii specimen confutationis animadversionum Desi. Heraldi p. 239. seq. & Valesium ad Ammian. XXVII. 4. p. 534. edit. Paris. 1681. Idem Lambecius Tom 2. eorundem commentariorum pag. 984. *Testamentum asini* ridiculum ex veteri MS. vulgavit & T. 3. p. 349. 363. impugnat quæ de Corocottæ nomine scripserat Salmasius p. 238. seq. ad Solinum, edit. Traject.

(*a*) Giornale de' letterati d' Italia Tom. 22. p. 400.

tum ludicrum Grunnii Corocottæ Porcelli edidit Ottomarus Luſcinius, Argentorati 1522. 8. ad calcem Dialogi quem inſcripſit Grunnium, in quo diſſerit utrius natura ad virtutem & felicitatem propius accedat, hominis an bruti animantis. Idem ex Lambecii editione occurrit etiam in Clariſſimi Almeſoveenii notis ad Apicium lib. VIII. c. 7. p. 236. Caput ex teſtamento M. Megonii eſt in Gruteri theſauro pag. CCXV. Et teſtamentum Grunii Porcelli in appendice p. XVIII. Teſtamentum Ermentrudis matronæ ap. Mabillonium de miſſa gallicana p. 463. Cæſarii Arelatenſis teſtamentum in Petri Saxi Pontificio Arelatenſi pag. 100. ſeq. Aquis ſextiis 1629. 4. Formulas quaſdam teſtamentorum ſequioris ætatis ſ. Sæculi XIII. & XIV. vulgavit Antonius Matthæus poſt A. Alciati parænеſin contra vitam monaſticam Lugd. Batav. 1708. 8. Arnaldi de Auxio, Cardinalis A. 1320. Baluzius in actis Veteribus ad vitas Paparum Avenionenſium pag. 379. Nic. de Freanville Cardinalis A. 1321. pag. 409. Reginæ de Gutto Comitiſſæ Armaniacenſis pag. 462. Delphinæ de caſtro novo p. 758. Petri de Judicia Cardinalis p. 780. Petri Flandrini Cardinalis p. 928. & alterum falſatum p. 933. 934. Gvil. de Chanaco Cardinalis p. 952. Petri de Croſo p. 1008. & 1015. Anglici Epiſcopi Albanenſis pag. 1021. Guil. Cardinalis de Agrifolio pag. 1071. Petri de S. Martiale, Archiepiſ. Toloſani pag. 1076. Joannis de Murolio Cardinalis p. 1092. S. Domnuli Cenomanenſis T. 3. Act. Sanctor. Maji XV. 611. ſeq. In editionibus Antiquitatum G. Fabricii in duos tantum libros diſtinctis *liber ſecundus* exhibet *Epitaphia antiqua varia LXXI.* ſcripta verſibus, & *Calendarium vetus Romanum* hactenus ineditum. Sed in edititione poſtrema, qua liber ſecundus, ut dixi, auctus atque in duos disjectus eſt, *in libro ſecundo* occurrunt Epitaphia antiqua quæ mariti uxoribus, parentes liberis, liberi parentibus, altores alumnis, Patroni libertis, liberti Patronis varii variis poſuerunt. *Libro tertio* Heroum & eruditorum tumuli, anathemata, inſcriptiones, Epigrammata, Calendarium vetus Romanum, Epitaphia varia, quæ congeſſit & hinc inde illuſtravit G. Fabricius.

V. SPECIMINA VETERUM SCRIPTURARUM ex codicibus MSS. per varias ætates incredibili induſtria collegit & tabulis LX. digeſſit Jo. Mabillonius Vir præſtantiſſimus & non ſine ingenti jactura antiquitatis eruditæ ante aliquot menſes denatus, (*a*) libro quinto operis eximii de re diplomatica, editi Pariſ.

(a) Jo. Mabillonius obiit Pariſ. 27. Dec. 1707. natus in agro Remenſi 23. Novemb. 1632. Vide Theodoricum Ruinartum in ejus vita, & Ephemerides Pariſ. Januar. 1708. p. 196. ſeq. Ejus opus admirandum de re diplomatica ex auctoris recognitione recuſum A. 1709. præmiſſo A. 1704. ſupplemento.

Parif. 1681. fol. Adde Eduardi Bernhardi literaturam (*a*) charta majore patente vulgatam Oxonii Anno 1689. Habes etiam nonnulla huc fpectantia, apud Dan. Papebrochium in Actis Sanctorum propylæo ad T. 2. (*b*) Aprilis, & in Claudii Molineti Hiftoria atque fortuna litterarum Romanarum & variis monumentis antiquis defcripta Parif. 1684. Gallice; tum in Georgii Hickefii doctiffimo & admirandæ induftriæ atque ingenii opere, quod linguarum veterum feptentrionalium thefaurum Grammatico Criticum & Archæologicum infcripfit Oxon. 1705. fol. Mabillonium quidem in affignanda diplomatum antiquitate lapfum & incertas propofuiffe regulas dubiæque fidei Archetypa, contendit Batholomæus Germon S. I. in difceptatione de veteribus Regum Francorum diplomatibus & arte fecernendi antiqua diplomata vera à falfis Parif. 1703. 12. Refpondit Germonio, licet præterito adverfarii nomine Mabillonius in fupplemento librorum de re diplomatica, in quo archetypa in his libris propofita ipfæque regulæ denuo confirmantur, novisque fpeciminibus & argumentis afferuntur & illuftrantur. ibid. 1704. fol. Germonii fecunda adverfus Mabillonium difceptatio lucem vidit Parif. 1706. 12. Mabillonii caufam interim alacriter defenfitantibus triumviris eruditis Jufto Fontanini Forojulienfi in Vindiciis antiquorum diplomatum Rom. 1705. 4. Theodorico Ruinarto in Ecclefia Parifienfi vindicata Parif. 1706. 12. & Petro Couftant in Vindiciis MStorum Codicum, ibid. 1706. 8. Denique Germonius novas difceptationes A. 1707. 12. edidit quibus Fontanino & Ruinarto refpondere conatur & Dominicio Lazzarino atque Antonio Gatto, qui editis Epiftolis Germonium ut certiffima quæque labefactare conantem perftrinxerunt. Poterunt etiam confuli quæ adverfus γνησιότητα diplomatis Lindavienfis ejufque ὑπερασπιστὴν Vvagnereccium differuere Heiderus atque Conringius: Emanuelis vero Schelftrateni librum, quo modum ex for-

Bb 4 ma

(a) Eduardi Bernhardi litteraturam illuftris Vir Ezech. Spanhemius recudi curavit (non integram tamen, quod dolendum) in editione Londinenfi Operis fui de ufu & præftantia numismatum, Tom. 1. diff. 1. p. 80. 82. & 114. Obiit Ed. Bernhardus A. 1697. 12. Jan Spanhemius vero A. 1710. ætatis 81.

(b) Dan. Papebrochii S. J. Tomus fecundus Act. Sanctorum Aprilis lucem vidit Antvv. 1675. fol. in cujus propyleo pag. XVI. feq. legitur etiam Alexandri Vvithelmii ad Papebrochium Epiftola, qui Vvithelmius nonnulla de litterarum latinanarum characteribus antiquis notavit ad Diptychon Leodienfe, Leodii 1659. fol. quemadmodum & Henricus Noris ad Cenotaphia Pifana Venet. 1681. fol. Ab Papebrochio erudito viro tradita quædam de dignofcendis antiquis diplomatibus confutaverat Mabillonius, ita ut Papebrochius ipfe agnofceret, & per litteras gratias ageret, quas deinde à Germonio ex eadem S. I. oppugnatus publici juris Mabillonius fecit.

ma characterum sive latinorum sive graecorum vetustatem scripturae dignoscendi tradere instituerat, una cum auctore intercedisse, dolendum est. * De illa controversia praeter M. Antonium Gattum aliosque à me supra nominatos consulenda Scipionis Marantae Messanensis expostulatio in Bartholomaeum Germonium pro antiquis diplomatibus & codicibus MSS. Messanae 1709. 8. Epistolae item octo f. dialogi Gallice editi hoc titulo: *Histoire des contestations sur la Diplomatique avec l'analyse de cet ouvrage, composé par le R. P. Dom Iean Mabillon*. Paris. 1708. 12. Lazzarini Murri toparchae responsio ad Germonium Romae A. 1705. edita & illustrissimae Principi Vallimonturrensi dicata. Defensio ejusdem à Cajetano Lombardo Philosopho & Medico Neapolitano Venet. 1708. 8. Acta Erud. Tom. 4. suppl. p. 354. Germonii de veteribus haereticis Ecclesiasticorum Codicum corruptoribus Paris. 1713. 8 & Petri Coustant Benedictini, vindiciae veterum Codicum ibid. 1715. 8. Plura dabunt Mich. Hertzius in diss. de fide diplomatum, Simon Frid. Hahnius (*a*) in praefatione ad diploma fundationis Bergensis, differens de artis diplomaticae instauratoribus, Magd. 1710. 4. Jo. Petrus Ludevvig prolegomenis ad tomum primum reliquiarum MSS. atque diplomatum omnis aevi, Hall. 1710. 8. Diploma Lindaviense ut adversus Henricum Wagnereccium Daniel Heiderus & Hermannus Conringius, ita adversus Maximilianum Rasselerum A. 1700. oppugnavit Wilh. Ernestus Tentzelius & A. 1713. Jo. Reinhardus Wegelinus. Videsis etiam Casp. Sagittarii historiam lacus Bodamici p. 101. seq. Post deperditam Schelstrateni de antiquis litterarum Graecarum latinarumque characteribus lucubrationem, interim quod ad Graecas (*b*) attinet fruimur pulcherrimo Bernhardi Montfauconi opere, quod Palaeographiam Graecam inscripsit & Paris. 1708. fol. in lucem edidit: ad cujus calcem subjuncta dissertatio erudita de priscis Graecorum ac Latinorum literis auctorem habet Nobilissimum Virum Johannem Bouhierium, Senatus Divionensis praesidem.

VI. NOTITIA DIGNITATUM utriusque IMPERII Orientis (*c*) & Occidentis ultra Honorii Arcadiique, quibus inscripta est,

(a) Acta Erud. Tom. 6. supplementi p. 91.

(b) De Graecis litteris confer si placet scriptores quos laudavi in Bibl. Graec. lib. 1. cap. 23.

(c) *Quae de 14. Regionibus urbis Romae* notitiae dignitatum occidentis praemittuntur, paulo diversa sunt à libellis duobus ejusdem argumenti quos habemus auctoribus Sexto Rufo & Publio Victore. His addendae M. Fabii Calvi Ravennatis XIV. imagines sive tabulae aere descriptae quibus totidem regiones veteris urbis Romae delineantur, editae primum Anno 1528. & dicatae Clementi VII. Pontifici iterumque

vulga-

est, tempora incerto autore A.C. 426. (*a*) concinnata primum lucem etsi minus integra adspexit A. 1528. ab *Andrea Alciato* dicata Joannis Pelordæ. Aliquoties deinde recusa est in ejusd Alciati operibus Basil. 1546. T. 2. & 1582. T. 4. & subjecta libro de Magistratibus. Cum vero Alciatus partem duntaxat vel excerpta edidisset, integram primus protulit *Beatus Rhenanus*, quem secutus Antonius Schonhovius est ad calcem Eutropii sui Basil. 1552. 8. *Sigismundus* vero *Gelenius* cum Iconibus in lignum incisis quibus insignia antiqua provinciarum, dignitatum, legionum &c. exprimuntur, seorsim edidit Basileæ Anno eodem 1552. fol. ap. Froben. Ab eo tempore locupletibus *Guidi Pancirolli* JCti Patavini commentariis illustrata & collatis duobus MSS. Codicibus plenius restituta prodiit una cum iisdem imaginibus sed paulo deformioribus Venetiis A. 1593. Lugd. 1608. & Genev. 1623. fol. In his recentioribus editionibus accessere etiam Francisci Rhuardesii brevissimæ annotationes & quadruplex index Guil. Mazani: sed & Pancirolli de Magistratibus Municipalibus rebusque bellicis & tam novæ quam veteris Romæ descriptio. Denique *Philippus Labbeus* minutam elegantem & utilissimam hujus notitiæ editionem etsi iconum figuris & commentariis non oneratam, sed in LXVIII. Sectiones distinctam & indicibus ad usum accommodatissimis auctam edidit Parif. 1651. 12. Voluit etiam corpori Historiæ Byzantinæ aliam luculentam commentariisque & imaginibus pulcherrime

vulgatæ Basil. 1556. quas si quis ordine conjungat & connectat, nihil illis exactius & melius veteris Romæ splendorem exhibere affirmat Nicolaus Bergierius libro V. de viis Populi Rom. quo in opere & ipse faciem Urbis insigniter elucidavit. Ceterum Dignitates occidentis illustrant Jac. Gutherius de officiis Domus Augustæ, Cangius in glossario latino, Jo. à Felden in Jure Publico Justinianeo, &c. De dignitatibus & muneribus aulæ CPolitanæ videndi Georgius Codinus variorum doctorum hominum animadversionibus illustratus, & idem Cangius in CPoli Christiana atque græco glossario.

(a) Pancirollus è Tacito & Svetonio observat hoc opus, quo opes, præsidia, Magistratus, dignitatesque tam civiles quam militares, & provinciæ Imperii Romani continentur, ab Augusto primum cœptum, deinde ab aliis Imperatoribus ad Theodosium usque continuatum & pro ratione temporum immutatum. Æthico à quibusdam adscribi ait Phil. Ferrarius sive Antonius Baudrand in notitia Geographorum Lexico Geographico subjecta p. 357. sed incerta conjectura petita ex eo quod ad Æthicum refertur alius liber Cosmographicus, de quo supra dixi in Mela & Cæsare. Vide etiam sis Martinum Hankium lib. 1. de Romanarum rerum scriptoribus p. 184. & lib. 2. p. 318. & Jo. Andream Bosium in notitia scriptorum Ecclesiasticorum §. 19. p. 85. seq Stevvechius ad Veget. lib. 2. cap. 18. *Docuit me Sextus sive quicunque auctor est Notitia Imperii sive libri de dignitatibus tam civilibus quam militaribus.* Alciatus vocat *Breviarium Theodosii jun.* Sunt qui *Mariano Scoto* tribuunt quos valde falli ait Vossius p. 58. de Philol. De aliis notitiis provinciarum & Episcopatuum dixi nonnulla in libro IV. Bibliothecæ Græcæ cap. 2. §. 19. p. 85. seq.

* *Notitia dignitatum* auctor CPolitanus videtur eidem Montfaucono pag. 133. Diarii Italici. Paullo post mortem Honorii scriptam notat Valesius ad Sozomen. VIII. 25.

cherrime ornatam subjicere, sed fato prohibitus hoc promissum suum non implevit. Interim Jo. Georgius Grævius cum imaginibus illis affabre in æs incisis & Pancirolli commentariis libroque de magistratibus municipalibus & corporibus artificum inseruit tomo septimo thesauri Antiquitatum Romanarum. Hæc porro opuscula vetera notitiæ illi à Labbeo subjecta reperiuntur: *Descriptio urbis Romæ* secundum XIV. regiones *quæ aliquando desolata nunc gloriosius piissimo Imperio restituta*; incerto quidem auctore sed qui vixisse videtur sub Honorio post annum Christianę salutis CCCCX. aut sub Valentiniano III. *Descriptio brevis urbis CPol.* secundum XIV. regiones, incerto similiter autore, quem post Arcadii obitum vixisse par est credere sub Theodosio juniore. Utrumque opusculum è Codice MS Vindobonensi non paucis locis emendari posse ostendit Petrus Lambecius lib. 2. de Bibl. Cæsarea p 950. ubi ex eodem ineditam eousque præfationem descriptionis CPoleos in lucem protulit. Confer Caroli du Fresne CPolin Christianam p.62. & post amplissimam viri hujus doctissimi messem de rebus & antiquitatibus urbis CPolitanæ, amplius etiam spicilegium exspecta ab Anselmo Bandurio Monacho Benedictino. *Tractatus* (*a*) *de rebus bellicis, de inbibenda largitate, monetæ correctione ac nonnullis aliis, cum præfat. ad Clementissimos Principes*, auctore antiquo illo quidem sed ignoto, *Altercatio Hadriani & Epicteti* sæpius a variis edita & novissime a Berckelio cum Enchiridio Epicteti, qui etiam Alcuini responsa ad interrogata Pipini aliaque quæ in Græca Bibliotheca referimus adjecit. *Publii Victoris de regionibus urbis Romæ* liber singularis, Romana anonymi descriptione uberior ex Alexandri Paganini editione A. 1521. pluribus locis castigatus. *Altercatio Hadriani Imp. & Secundi Sophistæ* Atheniensis, qui perperam Plinii Secundi nomine venit, ut supra in Plinio juniore dixi.

VII. INSCRIPTIONES ANTIQUAS varii generis, sacras & profanas, lapidi, marmori, æri incisas immenso studio post Cyriaci Anconitani (*b*), Joannis Marcanovæ, Andreæ Mantineæ, Jo. Jucundi Veronensis, Petri Sabini, Francisci Philippi Pedemontii, Andreæ Alciati, Sebastiani Maccii, Jo. Zaratini Castellinii, & quorum collectiones typis exscriptæ exstant Jacobi Mazochii (*c*) Rom. 1521. Bartholomæi Amantii & Petri Appiani

(a) Ex hoc passim profecisse se testatur Godeschalcus Stevvechius ad lib. IV. Vegetii.

(b) De hoc & ceteris plerisque videnda clarissimi Viri Petri Burmanni ad novam Gruteriani Operis inscriptionum editionem prolegomena.

(c) In Appiani, Amantii, Mazochii & Cyriaci collectionibus non pauca efficta, & & sublestæ fidei esse notat Antonius Augustinus in dialogis de numis, qui Hispanice primum

Appiani Ingolst. 1534. Martini Smetii (*a*) & Justi Lipsii Lugd. Bat. 1588 egregios labores Aldique Manutii junioris (in Ortographia A. 1579. 1591. edita) Onuphrii Panvinii, (in fastis & Comment. de Rep. Rom. de triumpho, ludis Circensibus &c. Venet. 1557. 1558. 1571. &c. Huberti Goltzii (*b*) (in thesauro rei antiquariæ A. 1580. & fastis magistratuum A. 1566.) Fulvii Ursini (*c*) in elogiis illustrium viror. Anno 1570. & in comment. de Legibus & senatus consultis Rom. 1583. & in aliis scriptis) & Joannis Jacobi Boissardi (in topographia (*d*) & antiquitatibus Romæ, Anno 1597.) aliorumque præclarorum Virorum industriam collegit & suppostitia separatim in calce voluminis exhibuit *Ianus Gruterus*, auspiciis (*e*) *Iosephi Scaligeri* & *Marci Velseri*. Prodiit opus immortale ex Commeliniana officina quinquennio post Hieron. Commelini mortem Anno 1603. fol. & superiore Anno 1707. splendide recusum est Amstelodami sumptu Francisci Halma, adjunctis *Marquardi Gudii* (*f*) qui itinere per totam fere Europam suscepto, aliquot millenis

primum deinde interprete Andrea Schotto latine editi sunt, dialogo XI. * Infinitos etiam in thesauro Gruteriano latere carbones notat Jo. Harduinus, quem si placet vide pag. 501. Opp. selectorum. Appianum & Amantium confictas à Francisco Columna (in hypnerotomachia sive somnio Poliphilæ lib. 1. cap. 19.) non dubitasse inscriptionibus suis inserere, notatur in notis ad Menagiana Tom. 4. pag. 263.

(a) Smetii opus quomodo in Lipsii manus pervenerit, dicit ipse Centur. 2. Epist. 24. Hujus editionem respicit Vulcanius quando in dedicatione libri 1. Constantini Porphyrogeniti de thematibus Janum Dousam, Paulum Busium & Abrahamum ab Alminda Academiæ Leidensis Curatores celebrans de libro antiquarum per universam Europam inscriptionum, *quem vos are vestro*, inquit, *in usum publicum edendum curastis. Eximium certe opus, si quod unquam ex typographicis prelis prodiit*.

(b) Smetii laboribus tanquam suis usum Hub. Goltzium arguit Justus Ryquius p. 235. de Capitolino: *Vota concepta qua in thesauro Laurinorum fratrum Huberto Goltzio adscripto, & uberrimo Jani Gruteri Romanar. inscriptionum opere leguntur*. Tum Hadrianus Damman Gandavensis hoc Epigrammate:

Sed neque te Goltzi decuit qua Smetius olim
Priva reliquisset vidua, tua dicere cunctis
Vendereque. Os hominis! postliminione putasses
Vindicias peterent manes & posthuma prelis.

(c) *Fulvium Ursinum* ficticias Inscriptiones non paucas & male descriptas edidisse notat Reinesius, quem si placet vide pag. 457. Epistolar. ad Rupertum & 478. 490.

(d) De hoc opere confer, si placet, Observationes selectas Halenses parte IV. p. 10. seq.

(e) Vide Josephi Scaligeri Epist. 405. seq. & Bælium in Lexico, ubi de Grutero differit, nora E.

(f) Dolendum est multas præclaras Marqu. Gudii observationes in autographo ejus (quod in hac urbe evolvi & hodie servat Biblioth. Guelpherbytana) obvias, nescio quam ob causam in Amstelodamensi Inscriptionum Gruteri editione desiderari. Earum specimina luculenta ex apographo Nobilissimi D. Michaelis, Medici Gluncksta-

lenis locis illud ad lapides ipsos castigavit, & *I. Georgii Grævii* observationibus, *Eduardique Holtheni* à quo indices etiam locupletati sunt, castigationum spicilegio è scriptis virorum doctorum & Clarissimi Amelovenii & Massoni symbolis collecto, tum iconibus per quam elegenter ære descriptis & è Boissardi antiquitatum opere selectis. Gruterum secutus est præter alios *Thomas Reinesius*, (*a*) qui præteritas Grutero inscriptiones ex Octavii Rossi sive Rubei memoriis Brixianis A. 1616. editis, variis scriptis Laur. Pignorii, & Georgii Gualteri Inscriptionibus antiquis Messanæ 1624. 4. aliisque insigni volumine congessit & commentariis illustravit. Prodiit quinto decimo post ejus obitum anno 1682. fol. Lipsiæ ex officina Jo. Frid. Gleditschii, qui utinam quoque Eponymologicon quod Reinesius inscriptionum operi velut indicem & omnis antiquitatis promum condum subjecerat, ex eadem officina sua prodire patiatur. Vide de illo inedito Eponymologico Acta erudit. 82. p. 91. seqq. Ab eo tempore varii eruditi idem saxum volverunt & non paucas hactenus ineditas inscriptiones in lucem produxerunt, vel ediderunt emendatius illustraruntque, ut octavius Falconerius in inscriptionibus Athleticis Rom. 1668. 4. Sertorius Ursatus in monumentis Patavinis 1652. fol. & in marmoribus eruditis Patav. 1688. 4. Fortunatus Vinaccesius in auctario ad Octavii Rubei memorias Brixianas A. 1693. 4. Henricus Norisius in diss. Hypatica, Cenotaphiisque Pisanis Venet. 1681. fol. & aliis scriptis; Carolus Cæsar Malvasia in marmoribus Felsineis Bonon. 1690. 4. Josephus Malatesta Garussius in lucerna lapidaria, Arimini 1691. 4. Philippus à Turre in monumentis veteris Antii Rom 1699. 4. Petrus Lambecius de Bibl. Vindob. libro 2. p. 637. seq. 657. seq. 666. 668. 678. 687. &c. Jac. Salomonius in inscriptionibus Patavinis 1701. 4 Bernardus de Montfaucon in Diario Italico Paris. 1702. 4. *Jacobus* præcipue *Sponius*, Medicus doctissimus Lugdunensis in libro quem inscripsit Recherches courieuses de l'An-

ekstadiensis excerpsit & in Actis Eruditorum Tomo V. supplementi pag. 4. ---- 37. edendas Lipsiam transmisit amicus noster Christophorus Wolter eck. Pluribus etiam Amstelodamensem quam Gruterianam editionem scatere sphalmatis typographicis, notatur in memoriis literariis Trevoltinis A. 1709. Julio pag. 1262.

(a) Plurimæ inscriptiones à Reinesio collectæ occurrunt etiam in ejus Epistolis ad Casp. Hofmannum & Christoph. Adamum Rupertum, Lips. 1660. 4. Vide & Barthii Adversaria lib. 52. c. 1. * *Petri Leonis de Castello* opus de Epitaphiis antiquis (nescio an editum) memorat Flaminius Vacca apud Bernhardum de Montfaucon pag. 119. Diarii Italici. De *Pomponii Læti* Inscriptionibus antiquis urbis Romæ, Giornale de' letterati d' Italia Tom. XXII. pag. 398. & 382. Antiqua collectio veterum Inscriptionum Romanarum nescio quo auctore vulgata in Jo. Mabillonii Analectis Tom. IV. Pag. 483. ad 505.

l' Antiquite Lugd. 1683. 4. tum in itinere suo in quo Græcæ multę inscriptiones referuntur & in aris ignotorum Deorum, atque in eruditissimo opere cujus titulus est Miscellanea eruditæ antiquitatis, Lugd. 1685. fol. Idem Sponius ineditas laudat collectiones *Marelli* Spalatensis & *Nicolai Fabricii Peiresкii*, quæ iisdem tenebris sepultæ jacent, quibus dolendum est *Caroli Patini* (a) *Ioh. Baptistæ Donii* (b) & auctarium *Gruteri* ipsius, tum *Bernardi Trivisani* (c) *Henrici Christiani Henninii* (d) & *Marquardi* denique *Gudii* (e) magno studio congestam & jam pridem ab illustri Ezech. Spanhemio pag. 83. de usu numismatum laudatam amplissimam syllogen publica luce hactenus prohiberi. *Raph. Fabretti* nova inscriptionum ultra termille collectio quam sperare jusserat Jo. Mabillonius in libro de studiis Monasticis p. 380. prodiit in decem divisa classes & erudito commentario illustrata Romæ 1699. f. * His adde de Patavinis inscriptionibus Bernardinum Scardeonium Basil. 1560. fol. Jac. Philippum Thomasinum Patav. 1649. 1654. 4. Adde & Jo. Baptistam Ferretum in Musis lapidariis antiquorum Veronæ 1672 fol. Jo. Christophorum Zanchium in calce libri III. de Orobiorum sive Cenomanorum in Italia origine Tom 1. Italiæ illustratæ pag. 180. seq. Jo. Lucium in Inscriptionibus Dalmaticis &c.

A. 1691. 8. Londini *Guil. Fleetvvood.* in studiosorum gratiam Syllogen inscriptionum antiquarum cum notis quibusdam edidit quæ

(a) Georgius Hieron. Vvelschius Epistola ad Octavianum Langenmantelium testatur Carolum Patinum Patavio sibi significasse, quod opus inscriptionum Gruterianum millenis multis adaugere & rejectis supposititiis emendare instituisset inter quæ etiam Augustana nonulla &c. Augustanæ inscriptiones veteres leguntur in Operibus M. Velseri.

(b) In notitiis litterariis & Historicis de Viris illustribus Academiæ Florentinæ parte 1. p. 340. inter Donii inedita memoratur συλλογὴ inscriptionum amplius sex millenarum Grutero intactarum cum inscriptionum barbaricarum peregrinarumque appendice. Hugo Grotius Epist. 232. A. 1628. 21. Jul. *Audio virum quem merito suo semper feci maximi* Gruterum *ad ingens illud opus quo tot secula sibi obligavit, Inscriptionum dico, aliquod post illam praclarissimam editionem collegisse auctarium. Est autem Roma vir eruditus Italus* Donis *nomine, mihi notus, qui itidem paralipomena collegit in spem justi voluminis. Ut autem ego existimo multum refert studiosorum, primum ne eadem bis prodeant, deinde ne discerpantur qua ejusdem sunt generis.*

(c) Vide Acta Erudítor. Lipf. A. 1704. p. 239.

[d] Vide Ephemerides litterarias Berolinenses Anno 1698. pag. 96.

(e) Ineditas aliquot inscriptiones è syntagmate Gudiano affert Grævius præf. ad Tomum undecimum thesauri antiquitatum, editionem ejus molitus, quam proxime ut speramus eruditis in Belgio Viris qui Gruteri opus tam belle expolivere, debebimus. De methodo & forma operis Gudiani videnda Frid. Brummeri Epistola ad Reinesium scripta A. 1666. 15. Octobr. ap. Tentzelium dialog. menstruis Germanice editis A. 1697. p. 836.

quæ ex Grutero, Reinesio, Sponio (a) &c. Ethnicas singulares & rariores, Christianas vero quæ hactenus innotuere omnes exhibere se profitetur, quod utrumque promissum non est ita stricte intelligendum, ut non multa eum effugerint vel omissa ab eo fuerint. Optandum erat etiam illum loca unde singulas deprompsisset annotasse, indicesque subjecisse. Nihilominus ita quoque non inutilem operam præstitit tironibus, quibus vasta illa opera evolvere vel non licet vel non vacat. * *Ioh. Bernhardus Bertram* Cancellarii Altenburgensis filius eo ipso vel proximo anno præmatura morte exstinctus Jenæ A. 1634. sub præsidio B. Jo. Mich. Dilherri dissertationem defendit, cui titulus: *Examen Inscriptionum antiquarum, nobiliorum obscuriorumque*. Exstat in Dilherri dispp. Theologico Philologicis junctim editis Norimb. 1652. 4. Tom. 1. p. 52. ad 71. Illa pleraque fuerunt ex subministratione Thomæ Reinesii, qui eo tempore Poliater erat Altenburgensis, & laudato Cancellario perfamiliaris, cujus quædam carmina exstant sub nomine *Didymi Catharini*. Hæc Jac. Thomasius in Burch. Gothelf Struvii fasciculo VII. Actor. Litterar. è MSS. erutorum pag. 5. Reinesium a Petro Servio, qui Roma ei inscriptiones transmisit, plus una vice deceptum notat ex Fabretti ore Schurzfleischius Tom. 2. Epist. arcan. 69. pag. 101. Reinesii Eponymologicum Criticum speramus editum iri Thoma Fritschio curante recensitum & locupletatum a Cl. Viro Christiano Schœtgenio.

De *Octavii Boldonii* Epigraphicis sive elogiis & Inscriptionibus, Augustæ Perusiæ 1660. fol. editis vide Reinesii Inscriptiones pag. 826. *Jacobi Sirmondi* explanatio Inscriptionis antiquissimæ, qua Lucii Scipionis, Barbati F. elogium continetur, exstat Tom. IV. Operum Sirmondi. Mentio ejus inscriptionis apud Gassendum in vita Peirescii ad A. 1616. Eandem illustravit *Hieron. Aleander*. De veteri Inscriptione Narbonnæ nuper reperta vide Ephemerides literarias Parisf. A. 1716. p. 325. *Nic. Garziæ* de Londogno Hispani & Bilb. Contarenæ præfecti annotationes ad antiquiss. inscriptionem nuper in Gallia Cisalpina repertam, insertæ A. 1696. museo Minervæ Venetæ Tom. 1. pag. 129..136. *Hieron. Baruffaldi* Ferrariensis expositio antiquæ inscriptionis A. 1696. apud Ferrarienses repertæ id. pag. 369--381. De Pyrrhi Ligorii inedita supellectile Inscriptionum veterum hæc Joh. Harduinus p. 591. Operum Select. *Inscriptionum hujusmodi immensam* supel-

(a) Burchardus Gothelf Struvius V. C. in Bibliotheca scriptorum Antiquitatum Rom. p. 32. observat Fleetwoodum è Joh. Baptistæ Ferreti Musis lapidariis Veron. 1672. fol. editis suppositi tias quasdam inscriptiones sibi passum fuisse obtrudi.

supellectilem quadraginta amplius digestam voluminibus olim collegit Pyrrhus Ligorius, quae Romae exstare dicitur in Bibliotheca Barberina & Farnesiana. Qua in vasta mole atque congerie Spanhemius vir eruditus confitetur pag. 141. plura esse aut dubiae fidei, aut confessae novitatis. Marquardi Gudii collectionem Inscriptionum Veterum excudi Leovvardiae, jam A. 1716. traditum in Tomo 24. Diarii Veneti eruditorum Italiae p. 387.

VIII. NUMORUM VETERUM plenissimam atque ut ipse testatus est, 25000. collectionem expectavimus a Viro Cl. Andrea Morello, qui cum Ezechiele Spanhemio, Joh. Petro Bellorio, Joh. Valente, Joh. Harduino, Laur. Begero &c. principatum tenebat memoria nostra in jucundissimo isto & utilissimo genere literarum. Sed parem futurum laudatissimis conatibus, inopina corripiens (a) Apoplexia, subtraxit. Ceterum scriptarem numariam Romanam illustrantia quae cum a pridem defunctis tum a superstitibus hodie viris doctis edita sunt, recensere singularis libri fuerit, & cuilibet integrum est eorum nomina petere è Bibliotheca numaria Philippi Labbei, è Caroli Patini introductione in numismata, Rudolphi Capelli numophylacio Luderiano, Burchardi Gothelfi Struvii Bibliotheca numismatum antiquorum & similibus scriptis. * *De antiquis numismatibus* Romanorum, sicut Graecorum quoque, scriptores qui extant quam plurimi & eruditissimi, accurate recensuit in Bibliotheca numaria V. C. Anselmus Bandurius praefectus hodie Bibliothecae Mediceae, ad calcem operis pulcherrimi quo numismata Imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Palaeologos Augustos singulari studio persequitur Paris. 1718. fol. Eam Bibliothecam in studiosorum usus separatim recusam dedi nuper cum notulis meis auctario & indicibus Hamb. 1719. 4.

IX. GEMMAS ANTIQUITUS SCULPTAS collegere & interpretati sunt Petrus Stephanonius Vicentinus, Lud. Chadrucus, Joannes de Laet, Joannes Chifletius, Leonh. Augustinus, Fortunius Licetus, Jo. Petrus Bellorius, Michael Angelus Causeus (de la Chausse) Hubertus Goltzius, Abraham Gorlaeus, Jacobus Gronovius, & Laur. Begerus. * His addendi Aeneas Vicus, & illustres Viri Jacobus de Wilde (b) Dominicus Rossi, & Paulus Alexander Maffeus, (c) Antoniusque Capellus (d) quibus nuper accessere praeter Bernhardum de Montfaucon

(a) Arnstadii A. 1703. die 10. Aprilis.
(b) Acta Erud. 1704. pag. 296.
(c) Acta Erud. Tom. 4. supplem. pag. 302. & An. 1713. pag. 199.
(d) Prodromus iconicus sculptilium gemmarum Basilidiani, amuletici, atque talismanici generis, de museo Antonii Capelli Senatoris Veneti. Venet. 1702.

faucon in Antiquitate iconibus illustrata Tomo præcipue secundo pag. 353. seq. Jo. Martinus ab Ebermayer & Jo. Jacobus Bajerus. (a)

X. EX LIBRIS PONTIFICUM LINTEIS *excerpta* allegat If. Vossius ad Catullum. Pro Reliquiis *ex tabulis marmoreis actorum* (b) *urbis diurnorum* habet Reinesius & Dodvvellus, qui ex apographo Vossiano edidit & notis suis uberioribus illustratos prælectionibus Cambdenianis subjecit, non illa tantum exhibens, quæ Pighius, Reinesius & in altera Svetonii editione Cl. Grævius vulgaverant, sed alteram quoque partem hactenus ineditam. Dodvvelli prælectiones Cambdenianæ lucem adspexere Oxon. 1692. 8. * Acta diurna & fastos, horumque apographos libros linteos & Annales maximos inter se confundi a præstantissimo Dodvvello, probe notavit Clariss. Burmannus. Annales a diurnis actis perspicue distinguit Tacitus XIII. 31. *Fasti* sola nomina Magistratuum, *Annales* etiam res gestas majoris momenti, *diurna* res leviores ac quotidianas insuper complectebantur. *Linteos libros* Magistratuum (ex publicis tabulis eburneis Magistratuum) descriptos ab Annalibus Pontificum distinguit Livius IV. 7. & 20. & in æde Monetæ servatos, atque a Q. Tuberone & Licinio Macro subinde laudatos testatur. Meminit iterum IV. 13. Alius est de quo X. 38. *Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum*. Lintei libri in quibus Acta imperatorum consignata erant, memorantur in Vopisci Aureliano c. 1. & 8. *De fragmentis* quæ velut *ex libris linteis Pontificum* magni faciunt viri docti, ita scribit Marcus Velserus Epist. 50. ad Camerarium pag. 840. *Rittersbusii judicium de linteis Pontificum libris exspectabimus. Ego plane tecum sentio; hæc fragmenta neque coloris neque succi esse pro ætate, quam affectant.* Adde pag. 851. Pighius quædam illorum vulgaverat in Annalibus, & Reinesius pag. 340. Inscript. Ex Actis Senatus A. U. C. 585. specimen apud Grævium notis in Suetonii Cæsarem p. 778. seq.

Qualia fuerint diptycha eburnea veterum Consularia, quibus Consulum nomina aureis inscripta litteris ferebantur, cum eorum iconibus, jucunde spectare licet in expressis ære illorum reliquiis per viros doctos publicatis. Vide diptychon *Compendiense* apud Sirmondum ad Sidonium VIII. Epist. 6. Tom. 1 Opp. pag. 1065. Mabillonium Tom. 3. Annal. Benedictin. pag. 202. & in Anselmi

(a) Acta Erud. 1720. p. 189.

(b) De hisce actis vide Lipsium ad Taciti lib. V. Annal. Fuere & *Acta Senatus*, *Acta Cæsarum*, *Acta publica populi Romani &c.* de quibus idem Lipsius & Dodvvellus prælect. Cambden. p. 390. seq. *Acta belli & brevia* sive *breviaria* de quibus Stevvechius ad Veget. lib. 2. c. 19.

ſelmi Bandurii Imperio Orientali pag. 492. Diptychon *Leodienſe* ex Conſulari factum Epiſcopale, quod ſingulari ſcripto erudite illuſtravit Alex. Vvilthelmius S. I. Leodii 1659. fol. Idem Vir doctus Compendienſe etiam ex Sirmondo, & tertium præterea *Bituricenſe* exhibet, quod paullo aliter quam à Vvilthelmio expreſſum habes quoque in libro Gallice vulgato Pariſ. 1717. 4. *Voyage litteraire de deux religieux Benedictins* (a) pag. 25. & inceleberr. Montfauconi Antiquitate illuſtrata ex veteribus monumentis Tom. III. tabula 53. Quartum *Regium* dedit Cangius de inferioris ævi numiſmatibus, p. 3. Quintum *Divionenſe* Baudelotus de Dairval libro Gallice edito de itineribus cum fructu inſtituendis Tom. 1. pag. 366. Sextum Diptychon Boethii Conſulis, quod *Brixiæ* à Julio Barbiſono Patre Congregat. ſacri Oratorii aſſervatur, illuſtrat Philippus Bonarota in Diario Veneto Eruditorum Italiæ Tom. XXVIII. pag. 39. Idem pag. 1. ſeq. videndus de aliis tribus diptychis *Florentinis*.

De diptychis Eccleſiaſticis plura notaverat Joannes Ciampinus libro de ſacris profaniſque diptychis, adhuc inedito, cujus meminit Jo. Maria Creſcimbenius in vitis Arcadum illuſtrium Tom. 2. pag. 222. Vide interim Jo. Bonam libro 2. rerum liturgicarum, c. 12. H. Dodvvellum diſſ. quinta Cyprianica, Pompejum Sarnelli in antiqua baſilicographia cap. 26. Heribertum Rosvveidum in onomaſtico ad vitas Patrum pag. 773. Montfauconi palæographiam, pag. 34. Salmaſium ad Spartian. pag. 16. & ad Solinum pag. 619. Mich. Hertzii diſſertationes quatuor de diptychis A. 1680. 1682. 1683. 1685. Hieronymum de la Higuera in diptycho Toletano, Euſebium Renaudotum Tom. 1. collectionis liturgiarum Orientalium pag. 254. ſeq. & Leonem Allatium III. 15. de conſenſu utriuſque Eccleſiæ p. 1184. ſeq. qui triplex genus diptychorum in Eccleſia Græca à ſe obſervatum memorat, (1) Epiſcoporum, quale etiam in Eccleſiis Occidentalibus obtinuit, ut patet vel ex Diptycho Epiſcoporum Eccleſiæ Arelatenſis apud Mabillonium Tom. 3. Analect. pag. 432. (2) virorum bene merentium vel dignitate conſpicuorum. (3) eorum, qui in fide obdormierunt. His accedit (4) Baptizandorum ſuſceptorumque id. pag. 1186. ex Pachymere in Dionyſii cap. 2. de Eccleſiaſtica hierarchia. Adde D. Jo. Andreæ Schmidii diſſ. de diptychis veterum Jen. 1694. Jac. Frid. Reimanni ideam ſyſtematis antiquitatis literariæ p. 360. ſeq. &c.

(a) Edmundi Martene & Urſini Durandi.

CAPUT VI.

DE AUCTORIBUS Latinæ Linguæ à Dionyſ. Gothofredo editis.

AUCTORES LATINÆ LINGUÆ in unum redacti corpus, adjectis notis Dionyſii Gothofredi, Genev. 1595. 1602. 1622. 4.

1. *M. Terentii Varronis* quæcunque ſuperſunt ex libris XXIV. de lingua latina. Ea pridem collegerat Marcus Vertranius Maurus cumque notis ſuis & Varronis ita ediderat Lugd. 1563. 8. De Antonii Auguſtini emendationibus, Joſ. Scaligeri conjectaneis & Adr. Turnebi notis ad hos libros dixi ſupra lib. 1. cum de Varrone agerem. Etiam à Caſp. Scioppio recenſiti prodiere Ingolſtadii A. 1605. 8. ut omittam editiones in opere Perotti, quod cornu copiæ inſcribitur, Florentinam item & Baſileenſem cum caſtigationibus Mich. Bentini & Pſeudo-Catonis Originum libro, 1536. 8. Codicem Varronis MS. Voſſianum laudat J. Frid. Gronovius lib. 1. obſervationum pag. 12. & alibi.

2. *M. Verrii Flacci* (a), ſub Aug. Imperatore Grammatici celeberrimi *fragmenta*.

3. *Sexti Pompeji* (b) *Feſti*, qui ſub Chriſtianis Imperatoribus, ut par eſt credere, floruit, Verriique Flacci libros (c) contraxit, certe ſcripſit poſt Martialem quem allegat in *Veſpa*. Nam argumentum quo Voſſius probare conatur Feſtum iis temporibus ſcripſiſſe quibus ſacra crux in honore habita eſt, quia nempe in voce

(a) De Verrio Sveton. c. 17. de Grammaticis. Scripſerat varia, ut libros rerum memoria dignarum, de obſcuris Catonis, Saturnum, Epiſtolas, carmina &c. Denique de verborum ſignificatione opus quod Feſtus in Epitomen redegit, De faſtis ejus dictum capite ſuperiore §. 2.

(b) Sextus Pompejus Feſtus à Paulo Diacono, Pompejus Feſtus bis, ſemel Julius Feſtus à Macrobio appellatur lib. 3 Saturnal. Feſtum Pompejum laudat quoque Chariſius lib. 2. p. 196. Feſti Poſthumi ut æqualis ſui meminit Gellius lib. 19. c. 13. Noct. Attic. Confer Barthii Adverſar. II. 3.

(c) Feſtus in profanum, poſtquam Verrii ſententiam memoraſſet, *cujus opinionem*, inquit, *neque in hoc neque in aliis compluribus refutare minime neceſſe eſt, cum propoſitum habeam ex tanto librorum ejus numero intermortua jam & ſepulta verba atque ipſo ſæpe confitente nullius uſus, aut auctoritatis, præterire, & reliqua quam breviſſime redigere in libros admodum paucos, ea autem à quibus diſſentio & aperte & breviter ut ſciero ſcripta in his libris meis invenientur qui inſcribuntur PRISCORUM VERBORUM CUM EXEMPLIS*. Quod opus Feſti diverſum fuiſſe notat Scaliger & A. Dacerius (contra Antonii Auguſtini ſententiam) ab eo cujus reliquias habemus & quod *de verborum ſignificatione* inſcriptum fuiſſe è Macrobio conſtat. Adde Feſtum ipſum in *Tatium*. Ceterum in præſenti quoque Verrius à Feſto paſſim reprehenditur.

in voce supparus, *at nunc supparos*, inquit, *appellamus vela linea in crucem expansa* &c. non adeo certum esse videtur, quoniam labari usus etiam sub Impp. Ethnicis fuit, vide Lambec. III. pag. 378. & Tertullianus ipse cujus locum profert ad Festi verba Dacerius, sub Ethnico Imp. scripsit. * Mentio Festi apud Theodulphum Aurelianensem lib. IV. carminum v. 17.

Et modo Pompejum, modo te Donate legebam.

Festi loca quædam emendat Jo. Meursius p. 103. seq. Critici Arnobiani, & Piccartus in periculis Criticis. Lipsiæ in Biblioth. Amplissimi Senatus exstat MS. *Pompeji Festi de interpretatione linguæ latinæ*; & in extremo: *Finis Pompeji Festi quem Pomponius correxit*. Codex non antiquus & parum distincte exaratus, tamen continet quædam quæ in editis frustra quæras, ut monet auctor Ephemeridum literariarum Lipsiensium A. 1710. pag. 1014. Paulum non raro verba Festi interpolata ad ævi sui consuetudinem traxisse observat Goldastus in notis ad Eginhardum de vita Caroli M. pag. 173. ubi laudato Pauli Stephani Codice probo & antiquo id in notis ad Festum demonstraturum se promisit. Vide & quæ monet Joannes Seldenus curis secundis ad sectionem 3. de decimis, ad calcem Jo. Clerici in Pentateuchum pag. 638. & D. Jo. Diecmannus in specimen notarum ad glossarium latino-theotiscum Rabani Mauri p. 58. seq. Sibrandus Siccama apud Struvium fascic. VI. pag. 18. *In Festum quoque quædam meditatus sum, sed de perfectione despero, nisi me latior otii & quietis aura afflaverit*. Prodiit Festus Venetiis 1472. fol. per Nicolaum Jenson Gallicum, quæ editio fuit in Bibl. Joanni Mori, Episcopi Eliensis: atque iterum ibidem 1474. fol. impensis Joannis de Colonia & Joannis Manthem de Gherrezem. Hinc Parmæ 1480. fol. & Brixiæ 1483. fol. per Boninum de Boninis de Ragusia, atque eodem anno Venetiis fol. per Octavianum Scotum Modoetiensem, cum Nonio & Varrone de lingua Latina, quæ editio est apud me.

In Catalogo Bibliothecæ Barberinæ perperam traditur Festum cum notis Vulcanii legi in ejus thesauro utriusque linguæ edito Lugd. Bat. 1600. fol. nam in illo tantum pag. 754--758. inter alia Grammaticorum scripta breve legitur excerptum è Festo de verborum differentiis. Hujus inquam Festi *Fragmenta a Fulvio Ursino edita & schedæ à Pomponio Læto relictæ. Ejusdem librorum XX. (a) de Verborum Veterum significatione reliquiæ cum Pa-*

 uli Dia-

(a) Divisionem quæ in vulgatis libris occurrit, qua singuli libri singulas continent litteras, Aldi esse non Festi notavit Dacerius in præf. Quæ vero Macrobius è libro tertio decimo Julii Festi profert III. 1. Saturnal. ea hodie leguntur in libro Festi duodecimo divisionis Aldinæ.

uli Diaconi ex iisdem Epitoma conjunctæ & in unum corpus digestæ ab Aldo Manutio, Achille Mafeo, & denique ab Antonio Augustino, præmissa etiam *Pauli Epistola ad Carolum M. Imp.* Illa Pauli epitoma primum sæpius prodierat, tum alibi; tum ad calcem Cornucopiæ Nicolai Perotti. Melior, ordinatior, & locupletior Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis editio cum animadversionibus prodiit Venetiis 1560. 8. in qua ea quæ Pauli sunt & quæ Festi, posita in margine nota distinguuntur; & Verrii Flacci fragmenta præmittuntur. Hanc Augustinianam editionem repeti jussit & castigatt. doctissimis illustravit Jos. Scaliger (*a*) Parif. 1575. 8. subjectis etiam seorsim notis, quæ in Veneta editione antea prodierant. Ab eo tempore Fulvius Ursinus Fragmenta ipsa Festi, qualia Manilius Rallus & Pomponius Lætus habuerant & à Rallo acceperat Politianus (vid. c. 73. Misc.) à Pomponio Læto Jo. Baptista Pius (vide annot. posterior. c. 16.) ex Farnesii Cardinalis Bibliotheca publicavit & cum notis suis edidit Rom. 1581. 8. (*b*) Scaligeri & Ursini editiones junxerunt & utriusque notas adjecerunt Heidelbergenses 1583. 8. Denique luculentam emendatam & elegantem Festi edititionem debemus Andreæ Dacerio, qui in usum Delphini illustratum edidit Parif. 1681. 4. De prioribus autem hoc fert judicium: *Pauca eorum præstitit Antonius Augustinus quæ præstare potuisset. In multis divinus Scaliger: sed dum ingenio suo nimium indulget, sæpe nubes captat & nil minus quam Festum interpretatur. Fulvius Ursinus reliquis felicior, utiliorem operam navavit, sed sic etiam Festum non tam emendatum quam emendandum & emendari facilem tradidit.* Dacerii editio recusa curante Jo. Clerico V. C. Amst. apud Huguetanos 1699. 4. adjectis notis integris quæ singulis paginis substernuntur Josephi Scaligeri, Fulvii Ursini & Antonii Augustini, una cum fragmentis & schedis atque indice novo. Codicem vetustum Festi habere se testatus est Polydorus Virgilius in sylloge proverbiorum.

Index

(a) Non Julius Cæsar Scaliger, ut legas in quæsitis Oratoriis Bohuslai Balbini p. 119.

(b) Yvo Villiomarus sive Josephus Scaliger in locos controversos Roberti Titii p. 7. *Annon Sex. Pompejus Festus indignis modis acceptus esse visus est, quod ab homine Gallo illustratus magno studiorum favore exceptus est. Itaque Romæ editus cum iisdem castigationibus alius nunc esse censetur propterea quod prioris editoris nomen dissimulatum est, quanquam eadem plane editio est paucis admodum iisque leviter immutatis, ita tamen ut tam levi mutatione non magis latere possit industria prioris editoris* &c.

Index auctorum Omnium qui à Festo citantur, item carminum, fœderum, legum & aliorum monumentorum.

Prior numerus paginam editionis Dacerianæ; posterior paginæ versum indicat.

Op-

Fœdus

Idem

4. *Nonii Marcelli* Peripateticis (*a*) Tiburiensis compendiosa doctrina ad filium sive *de varia significatione verborum* liber distinctus in capita undeviginti. * Marcellum Marcelli F. Grammaticum Narbonensem memorat Ausonius Epigr. 19. qui utrum cum *Nonio Marcello* quicquam commune habeat, docti viderint. Illum Peripateticum dici mirum, quanquam & alios Peripateticos quosdam libenter ad Grammaticam demisisse se constat. *Scriptor est variæ & antiquæ lectionis, ut nemo alius exstat æque locuples. Depromsisse poterat*, ut observat doctissimus Vir. Christoph. Wase, *ex Tiburte Bibliotheca a Gallio bis memorata, ut quæ in Herculis templo fuerit, atque sub id tempus libris compluribus instructa (ut appareat Lipsii conjectura minime vana, Hadriano Cæsari eo secessu gaudenti illud tribuentis) appellatur enim Tiburticensis*. In vocum

(a) Ita vulgo legitur in editt. quibusdam. Forte *Grammatici* reponendum pro *Peripatetici*. Pro *Tiburiensi*, alii scribunt *Tiburticensem*. Ex cap. 12. de doctorum indagine locum affert Priscianus libro VI. qui ibi hodieque exstat in voce *strictura*. Ceterum auctorum quos citat Nonius, vix quisquam est multum junior Apulejo. Bene autem observat Is. Vossius p. 212. ad Catullum; solenne esse eruditis, multis in locis sæpe non intellectis insultare huic Grammatico, optime si quisquam promerito de lingua latina. Idem p. 56. meminit suarum observationum ad hunc scriptorem.

cum tamen interpretationibus sæpe delirare notat post alios Ludolphus Kusterus diatriba de verbo *cerno* pag. 81. 91. Prodiit Nonius primum an. 1471. tum Venet. 1476. fol. per Nicolaum Jenson, & Parmæ 1480. fol. deinde Brixiæ 1484. fol. nec non Mediolani 1500. fol. cum Festo & Varrone & Parif. 1519. fol. & Venet. 1483. fol. quæ editio apud me est, & 1496. nec non Brixiæ 1483. fol. quam editionem memorat Mich. Maittaire pag. 174. Annal typograph. tum sæpius ad calcem Perotti cornu copiæ Venet. 1492 & apud Aldum (*a*) 1514. Tusculani 1522. Basil. 1518. etiam 1526. eidem Perotto subjectus cum castigationibus Mich. Bentini. Primus eximiam præ ceteris in Nonio operam præstitit Adrianus Junius Antvv. 1565. 8. cujus editionem manu Josephi Scaligeri collatam cum duobus MStis & a capite ad calcem pluribus ejusdem castigationibus & annotatis refertam cum in manus meas incidisset lubens intuli in Bibliothecam Venerandi D. Jo. Friderici Meyeri, quæ pluribus ejusmodi abundat cimeliis. Editio Nonii Parisiensis Anno 1583, 8. Junium fere sequitur, sed in calce exhibet notas ad Nonium ex variis doctorum scriptis undecunque congestas cum indice accurratiore auctorum a Nonio allegatorum. Denique post Dionysium Gothofredum optimam & emendatissimam Nonii editionem cum notis selectissimis etsi suppresso nomine suo dedit doctissimus & elegantissimus Josia Mercerus Parif. 1614. 8. Petrum quoque Scriverium novam Nonii editionem parasse didici ex ineditis Gothofredi Jungermanni & Scriverii ipsius ad Eliam Putschium litteris. Francisci Guieti notas ad Nonium ipsius manuscriptas habere se retulit Menagius in Menagianis p. 301. Idem in Originibus Gallicis vocabulo *As* laudat editionem Nonii Sedanensem (*b*) quam non vidi. Et fortasse Parisiensem Merceri intelligit, sane locus quem allegat eadem pagina editionis Parisiensis exstat. Philippus Pareus in litteris ad Toffanum scriptis 24. Jan. 1643. testatus fuit, habere se Nonium cum MS. Palatino collatum sedulo ac novo prorsus methodo recensitum, editurumque si vita superesset. * Nonium a Pomponio Læto castigatum disces ex Diario Veneto eruditorum Italiæ tom. 22, pag. 395.

(a) In edititione Perotti cornu copiæ Aldina 1513. fol. Nonii compendia tertiam fere partem non ante impressam habent additam opera Jocundi Veronensis qui in Gallia Nonium cum antiquis contulit exemplaribus. Adjunctus præterea longus de generibus tractatus.

(b) Parisiensem editionem A. 1614. fortasse Sedanenses recuderunt, vel eidem editioni (ut interdum fit) in diversis exemplis duarum diversarum urbium nomina inscripta sunt, nam Sedanensis quoque ut audio Annum 1614. 8. præ se fert. Notarum se auctorem prodit Josias Mercerus pag. 87. *quod monui in Aristænetum.*

395. *Thesaurum mendorum* vocat Nonium Janus Guilhelmius II. 21. verisimilium, quo in libro complura Nonii loca emendavit. Conferendæ etiam *Christophori Wase* strícturæ & animadversiones Nonianæ, quarum tres sectiones sive Exercitationes evolvi editas Oxon. 1685, 4. Adr. Junius VI. 8. seq. Animadversi & pag. 410. seq. Epist. Jo. Meursius in Critico Arnobiano VI. 11. & III. 2. &c. Nonium cum MS. Palatino collatum à Philippo Pareo, accepi ex auctione librorum Marquardi Gudii.

Index Auctorum qui laudantur a Nonio.
Ad paginas editionis Paris. 1614. 8.

8, 27,

438.

Ju-

Pa-

19, 442, 23, 24, 27, 446, 25, 26, 455, 30, 526, 18, 33, 528. 5, 536, 22; 545, 18; 556, 27, Culice 211, 26. Bucolicis 58, 30, 169, 4, 198, 8, 199, 31, 200, 7, 206, 5, 210, 7, 211, 25, 28, 215, 20, 219, 3, 223, 26, 239, 12, 246, 20, 247. 27, 250, 15, 251, 14, 252, 7, 254, 27, 255. 4, 265, 2, 5, 17, 276, 4, 277, 10, 20, 278, 29, 279, 7, 280, 13, 284, 5, 288, 16, 289, 7, 11, 293, 27, 310, 18, 311, 6, 14, 312, 19, 30, 213, 27, 33, 326, 24, 25, 331, 20, 25, 32, 332, 18, 26, 335, 12, 13, 336, 51, 338, 3, 5, 343, 14. 346, 30, 347, 6, 348, 17? 349, 11. 353, 3, 357, 31, 360, 30, 366, 25. 372. 19. 377. 20. 380. 23. 381. 17. 382. 24. 387. 15. 388. 26. 389. 11. 13. 390. 6. 392. 3. 399. 21. 400. 3. 403. 2. 406. 7. 409. 11. 25. 420. 23. 446. 6. 449. 17. 453. 11. 461. 14. 464. 39. 465. 9. 471. 29. 499. 28. 524. 14. 15. 527. 18. 545. 8. 32. 547. 28. 548. 23. 549. 14. 19. Georgicis 230. 6. 271. 33 Georgicorum libri finguli, & Æneidos, *locis quam plurimis*.

5. *Fabii Planciadis Fulgentii de prisco sermone* ad Chalcidium. Hoc opusculum una cum Nonio emendatum edidere Adr. Junius & Josias Mercerus, ut alias editiones (*a*) jam omittam. Phil. Labbeus T. I. Bibl. novæ MSS. p. 668. huic libello præfixam Epistolam vulgavit ex codice ni fallor Vaticano, quam cum brevis sit, hic apponam. *Fabii Placiadis Fulgentii incipiunt expositiones* (Vulcanii Codex addit, *Virgilii expositio*) *Sermonum antiquorum cum testimoniis. Ne de tuarum præceptionum serie, Domine, quicquam curtasse inobedientia putaretur, libellum, quem de abstrusis sermonibus parare jussisti, in quantum memoriæ entbeca subrogare potuit, absolutum tribuimus, non tam phaleratis sermonum studentes spumis, quam rerum manifestationibus dantes operam dilucidandis.* Nescio qvare hoc epistolium in aliis editionibus obvium omiserint Dionysius Godofredus & Hadrianus Junius.

6. *Isidori* Hispalensis (*b*) Episcopi *originum sive Etymologiarum libri XX.* prodierunt seorsim Venetiis 1483. Paris. 1509. 1520. &c. Deinde juncti Marciano Capellæ & scriptis veterum de differentiis & proprietate sermonis latini una cum Sholiis Bonav. Vulcanii Basil. 1577. fol. Denique inter Isidori opera Paris. 1580. fol. per Margarinum de la Bigne & Madrit. 1599. ac denique accuratius Paris. 1601. cum notis variis cura Jo. Griali (*c*) opera Jacobi Breu-

(a) Vide si placet supra in Hygino & Chalcidio.

(b) Obiit A. C. *636.* In Bibl. Renati Moreau fuit Codex Isidori Originum quibus additæ erant *tres Epistolæ Isidori ad Braulionem & Braulionis ad Isidorum*, quæ in editis desideratur. Vide Labbei Bibl. nou. MSS. p. 217. qui p. 277. etiam refert *libros duos Synonymorum* Isidori junioris exstare in Bibliotheca Regis Christianissimi Codice 513.

(c) Minime ambitiosas, eruditissimas tamen vocat Griali notas Barthius ad Briton. pag. 344.

bi Breulii Monachi S. Germani à Pratis. Sed & cum iisdem notis Colon. 1617. fol. * De Isidori Hisp. Originibus ita Lucas Tudensis in ejus vita Tom. 1. Act. Sanctor. April. p. 333. *In hoc libro in trivii eruditione Isidorum præditum cernes eloquentia, hic in quadrivii* (a) *investigatione perfectum admireris in Mathefeos disciplina: Hic corporis salutem tueri ac restaurare docendo theoricum practicumque reperies. Hic Methodicam, Empiricam, Logicamque* (b) *discernendo Apollinem, Æsculapium & Hippocratem novissime* (c) *perpendes. Hic Phoronei, Trismegisti, Solonis & Pompilii instituta retractando, juris invenies peritissimum. Hic jura, leges edictis & decretis inserendo instruxisse putabis Justinianum; hic Ephemerides, epactas, idus & Kalendaria, annales & historias distinguendo Pherecydem & Josephum ebibisse probabis: hic chronicam prosequendo Eusebium, Hieronymum & Orosium lectitasse clamabis.* Omitto cætera quibus ipsi Salomoni Isidorum non modo æquat sed præfert. In eadem Vita pag. 346. exstat Braulionis ad Isidorum Epistola, qua librum Etymologiarum sibi ab eo mitti expetit. Isidori Origines excusæ sunt Augustæ Vindelicorum 1472. fol. per Gonterium Zainer de Reutlinga, cujus editionis exempla quædam excusa in membrana. Exstat etiam editio Basil. 1489. fol. Sed operæ pretium esset recudi substratis per singulas paginas eruditis Jo. Griali Hispani notis, in quibus egregia lux illi scriptori ex Petri Ciacconii, quem Chaconem vocat, Antonii Augustini, Bonav. Vulcanii & aliorum virorum doctorum & ipsius Griali observationibus. Idem Grialus passim notat Isidorum insistere vestigiis scriptorum, superstitum hodie Solini, Servii, Sergii, Lactantii, aliorumque quos de nomine non laudat.

CASP. BARTHII Index Scriptorum in Isidori Originibus laudatorum.

(a) Per *trivium* intellige Grammaticam, Logicam, Rhetoricam; per *quadrivium* Arithmeticam, Geometriam, Musicam & Astronomiam.
(b) Logica sive rationalis secta Medicorum. Vide Celsi præf.
(c) Lege *novisse*.
(d) Lege Hecatæus.

Theo-

(a) Lege Rutilius Rufus de vita Scipionis.

In ejsudem ISIDORI libris primo & tertio *differentiarum*; (a) sive *de propietate sermonis Latini* citantur.

7. Gram-

(a) Liber primus ex Agroetio magna partem expressus . Tertius primum lucem vidit in editione Madritensi A. 1599. In MSS. Codd. hos libros longe alios legi notat Barthius, idque se ostendisse specimine quod edidit XXXII. 1. & XXXIX. 6. & 14. Adversar.

(b) Ad Barthii Adversar. pag. 1783.

(c) Helius Melissus ex Gellii XVIII. 6. adde Barthii Adversaria pag. 1465.

7. *Grammaticorum Veterum Cornelii Frontonis Nonii Marcelli, Agrætii, Ælii Donati, Aruntii* (a) *Celsi, Fl. Sosipatri Charisii, Q. Asconii Pediani, Marii Servii Honorati, Sex. Pompeji Festi, Q. Terentii* (b) *Scauri & Agellii de differentiis & proprietate latini Sermonis excerpta*. Eadem cum Isidori Originibus edita esse jam dixi à Bonav. Vulcanio. Partem quoque subjecit Ausonius Popma, libro suo de verborum differentiis Lugd. Bat. 1606. 8. ut alias editiones omittam. Prodiere & Venet. 1511. 1522. Francof. 1566. per Lucam Lossium, & ex Gl. Fabricii recensione 1565. &c. Libri quoque tres de differentiis & proprietatibus veterum Isidoro Hisp. auctore in postremis ejus editionibus exstant, quem ex Agrætio pleraque repetisse notat Goldastus ad Valer. de bona disciplina p. 54. * Grammatici veteres *de differentiis & proprietate Latini sermonis*, ex Georgii Fabricii recensione 1569. 8. Ausonii Popmæ libri IV. de differentiis verborum Latinorum & libri II. de usu antiquæ locutionis, cum Jo. Friderici Heckelii additamentis recusi sunt Lipsiæ 1694. 8. Exstant & verborum Latini sermonis differentiæ collectæ & editæ à Daniele Achrelio, Aboæ 1692. 8. pagg. 59. *Vocum aliquot ap. Terentium Explicatio* è veteribus membranis ab eodem Vulcanio primum edita p. 550. occurrit etiam in calce Terentii editionis Lindenbrogianæ p. 583.

8. *Calendarium vetus Romanum*, quod in marmore incisum Romæ repertum est in ædibus *Maffeorum*, &c. à Dionys. Gothofredo exhibetur cum Pauli Manutii Patris expositione & diatriba de ratione Veterum dierum, prout in antiquis quibusdam Ovidii editionibus post libros Fastorum legitur. Idem Calendarium exstat in Jac. Mazochii inscriptionibus urbis Romæ Anno 1521. & in Gruteri inscriptionibus pag. CXXXIII. atque in Guil. Fleetwoodi p. 54. seq præterea in fronte amptyxeos fastorum Ovidianorum auctore Carolo Neapoli & T. VIII. thesauri Antiqv. Rom. Græviani pag. 4. & 15. una cum Petri Ciacconii notis Antverp. 1574. curante Ben. Aria Montano ap. Plantinum excusis. Occurrit etiam in Rosini Antiqv. Rom. IV. 2. & in Jos. Scaligeri lib. IV. de emendatione temporum pag. 232. qui Hemerologium ab Augustino emendatum, appellat: & apud Seldenum III. 15. de jure Nat. & gentium: denique ante Jo. Baptistæ Belli diatribam de Pharsalici conflictus mense & die recusam.

(a) Aruntius iste Celsus, Grammaticus olim celebris Virgilium & Terentium Scholiis interpretatus est, sed quæ non tulere ætatem.

(b) Scauri magnum olim nomen inter Grammaticos: unde Ausonio Staphilius dicitur, *Grammaticus ad Scaurum atque Probum*, in Professoribus Burdigalensibus.

cusam cum præfatione V. C. Henr. Leonhardi Schurtzfleischii Witeberg. 1705. 4. * *Calendarium vetus* in Maffeorum repertum ædibus Romæ, & quod Colotianum à quibusdam nominari solet, occurrit etiam in thesauro rei antiquariæ Huberti Goltzii pag. 197. & 205. Vide & Calendaria vetera in Inscriptionibus Gruteri pag. CXXXIV. seq. Calendarii Romani expositionem per Petrum Bernhardinum conscriptam A. 1579. memorat Labbeus in Bibliotheca nova MSS. pag. 66. Hervvartianum & Bucherianum Calendarium exhibuit quoque Henricus Leonhardus Schurtfleischius libro de anno Romanorum, Witeb. 1703. 4. Lambeciique & Bucherii notis animadversiones suas subjunxit. Preter scriptores de hoc argumento laudatos à me in Menologio meo sive libello de mensibus quem edidi Hamb. 1712. 8. consuli possunt Ricciolus lib. 1. Chronologiæ reformatæ pag. 49. seq. Petrus Morestellus de triplici anno Romanorum, mensibus eorumque partibus 1605. 4. Petrus Viola Vicetinus de vetere & nova apud Romanos temporum ratione, Venet. 1546. Burchardus Gothelf Struvius; in syntagmate Antiquitatum Romanarum pag. 352. seq. Benedictus Averani diss. trigesima in Livium Tom. 2. Operum editorum Florentiæ 1716. fol. Johannis Masson Hemerologium μηνῶν διαφέρων πόλεων Calendarium, menses variarum gentium, Alexandrinorum scilicet, Græcorum sive Syro Macedonum, Tyriorum, Arabum, Sidoniorum, Gazensium, Ascalonitarum, Heliopolitanorum in Syria, Lyciorum, Asianorum, Cretensium, Cypriorum, Ephesiorum, Bithyniorum, Cappadocum & Seleuciensium. cum Romanis collatos exhibens ex Mediceis Codicibus MSS. commentario Chronologico & Historico illustratum &c.

Confer Romanum Calendarium à Georgio Fabricio editum libro secundo Antiquitatum, & quod *Philippus Gundelinus* una cum fastis Ovidianis vulgavit è codice Jo. Cuspiniani Viennæ A. 1513. de quo M. Velserus Epist. 29. & 31. ad Josepb. Scaligerum. Tum Calendarium Romanum Amiterni effossum quod cum minutis commentariis in lucem dedit *Purpurinus a Faventia* Secretarius Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti, Neapoli 1680. 4. Calendarium item sex mensium in antiquis fastorum Ovidii membranis obvium & in editione Heinsiana ac Cnippingiana & à Grævio T. 8. Antiqu. Rom. p. 89. qui in præfat. loca quædam illius è MS. castigat repræsentatum.

Calendarium Constantii (a) temporibus circa A.C. 354. compositum & Valentino cuidam dicatum à *Furio Dionysio Philocalo*, vulgatumque

(a) Al. Constantini, A. C. 325.

tumque à *Jo. Georgio Hervvarto ab Hochenburg*, & ante ἀnaptyxin fastorum Ovidianorum Caroli Neapolis, atque in Uranologio Petaviano p.67. præterea ad calcem libri quarti commentariorum Lambecianorum, additis è MS. Codice Vindobonensi iconibus mensium in æs incisis, quibus tetrasticha Ausonii in menses ex asse respondent. Lambecii editionem cum ejusd. notis & iisdem antiquis iconibus nitide descriptis ære, recudi curavit laudatus Grævius Tomo VIII. Hoc idem Calendarium sed mutilum & iconibus destitutum ex Rosvveidi schedis à Bollando *(a)* acceptum edidit Ægidius Bucherius p. 275. seq. ad Canonem Paschalem Victorini: Rosvveidus vero illud descripserat è Codice Fabricii Peirescii, qui de eo illustrando cogitavit. Vide Gassendum in Peirescii vita ad A.1617. & 1620. Calendarium *Rusticum* Colotianum sive Farnesianum, quod cum aliorum duorum Calendariorum veterum fragmentis vulgavit notisque illustravit Fulvius Ursinus Rom. 1587. 8. & cum ejus notis Grævius tomo octavo thesauri inseruit, ac sine notis dedit Carolus Neapolis in limine anaptyxeos fastorum Ovidii & Gruterus in inscript. p. CXXXVII. CXXXVIII. Fleetvvoodus p. 60. Calendarium Vetus Romanum compositum sub Valente Imp. & cum commentario Hieron. Aleandri editum. Calendarium *Dempsteri* in paralipom. ad Antiqu. Roman. Rosini. Calendarium *Petavii* cum ortu occasuque stellarum ex Ovidii Fastis, Columella XI. 2. & Plinii XVIII. 26. 30. *Gassendi* Calendarium Romanum compendiose expositum T. 5. Opp. Calendaria à Nic. Reusnero, Hub. Goltzio & capite VIII. Antiquitatum Rom. Burchardi Gothelf Struvii p. 352. edita. Sibrandi Tetardi Siccamæ præcidanea in fastos Calendares Romanorum, qui liber Campis 1599. 4. editus occurrit in tomo octavo thesauri Græviani una cum Dempsteri, Petavii & Gassendi Calendariis, Petrique Violæ, Lilii Gyraldi, Hadr. Junii & aliorum eruditorum virorum de hoc argumento commentationibus. Veteris Romani Calendarii explicatio per P. Bernardinum A.1579. conscripta memoratur à Labbeo p. 66. Bibl. novæ MSS. Vide & Jo. Saubertum c. 4. de Sacrificiis. Francisci Blondelli Historia Calendarii Romani Gallice prodiit Paris. 1682. 12. qui Romuli Calendarium exhibet p. 41. Numæ Pompilii p. 47. Calendarium Julianum p. 65. Ecclesiasticum vetus p. 139. Gregorianum denique p. 259.

De Calendariis Christianis plura leges in Bollandi Actis Sctorum præf. ad T. 1. Januarii, ubi etiam de Martyrologiis fuse disseritur.

(a) Ex Laterculo Ptolemæi Silvii ad Eucherium Episc. A.C. 448. mensem Januarium & ex aliis mensibus excerpta quædam dat Bollandus præf. ad T. I. Act. Stor. Jan. p. XLIV.

scritur. Calendarium vetus Ecclesiæ Carthaginiensis vulgavit Mabillonius Analect. sacrorum Tom. III. pag. 398. antiquissimum forte ex iis quæ habemus. Calendarium Romanum (seu potius lectionarius liber, vide Quesnellum p. 347. ad Leonem) nongentis annis antiquius cum notis Jo. Frontonis in lucem editum Parif. 1652. 8. Calendarium aliud vetus tomo X. spicilegii inseruit Lucas Dacherius: quale libro etiam sacramentorum Gregorii M. in quibusdam Codicibus MSS. præfigi observatum est. Vide sis etiam Calendarium Bedæ T. I. Opp. p. 190. seq. Calendarium Ecclesiæ Christianæ editum Helmst. 1585. ad calcem Chronologiæ Dav. Chytræi: Calendaria Christiana ap. Genebrardum ante commentarium in Psalmos & in calce T. I. Criticæ Antonii Pagi ad Annales Baronii &c. * Calendarium Christianum vetus ex Joannis Frontonis editione cum aliis eruditi illius Viri lucubrationibus recudi nuper curavi Hamb. 1720. 8. Calendarium aliud sub titulo veteris Martyrologii Ecclesiæ Germanicæ edidit & commentario erudito illustravit Matthias Fridericus Beckius, Augustæ Videl. 1687. 4.

9. *De nominibus impositivis ex Constantini Censura* fragmentum quod *Tito Probo* tribui notat Dionys. Gothofredus. Idem enim est quod in quibusdam *Valerii Maximi* editionibus pro libri decimi Epitome occurrit. *Caroli Sigonii* recentioris sed longe doctissimi scriptoris *libellus de nominibus Romanorum*.

10. *Valerii Probi* (a) Berytii Grammatici sub Neronis imperio non ignobilis *de notis Romanorum interpretandis libellus*. Hunc ab eo tempore ex MSS. longe auctiorem vulgavit notisque illustravit *Henricus Ernstius* Soræ 1674. 4. in cujus editione plurima Probo adjecta reperiuntur, sed quæ a genuinis Ernstius asterisco distinxit. Idem Probi libellus sine illis additamentis sæpius editus est, occurrit etiam in Codice Theodosiano Jacobi Cujacii, in fronte Inscriptionum a Jacobo Mazochio collectarum, in parte tertia topographiæ & Antiquitat. Rom. Boissardi & aliorum, Francof. 1627. fol. in Antiquitatibus Romanis Philippi Caroli & in luculento Claudi Dausquei opere de Orthographia latini sermonis, quod prodiit Tornaci 1632. fol. Paris. 1677. fol. T. 1. p. 165.

* Vale-

(a) Sertorius Ursatus existimavit hunc scriptorem fuisse Christianum, aut certe Christianorum monumenta perlustrasse. Et Dausqueus in animadvers. ad hunc libellum p. 191. contendit notas hasce Probi diversas esse à Commentario quem Gellius XVII. 9. ait satis curiose à Probo factum de occulta litterarum significatione Epistolarum Julii Cæsaris. De notis ταχυγράφου, quæ σημεῖα ἐν βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα, appellat Plutarchus, vide, si placet, quæ dixi supra in Seneca.

* *Valerius Probus* sub Nerone, ac deinceps usque ad Domitiani tempora vixit. Vide illustrissimum Norisium ad Cenotaphia Pisana p. 464. ubi notat Epigramma Martialis ab hoc Grammatico laudari (in Grammaticis Putschii p. 1463.) & Gellium testari III. 1. & 15. XIII. 13. & 19. se cum iis locutum qui Valerium Probum differentem audierant. In libro de notis sub litera J, legas etiam *in foro Trajani*. Sed cum in litera S. etiam scribitur *Sev. Severus Augustus*, *Armenius*, *Parthicus*, utrumque eidem libro aliena manu insertum fuit, vel alium plane auctorem ille libellus habuit. In Chronico Eusebii traditur Probus Grammaticus secundo anno Imperii Neronis floruisse; idem postremo loco inter Grammaticos a Svetonio numeratur. Libelli de notis Romanorum novam editionem parat Amstelodami V. C. Jo. Georgius van Meel. Vide Massoni Historiam Criticam Reip. literariæ editam Gallice T. 8. p. 431.

11. *Notæ Juris a Magnone collectæ* inscriptæque Carolo M. Imp. Harum notarum usum ad cavendas fraudes & rixas pridem aboleverat Justinianus C. de vet. jure enucl. l. 1. §. 13. Ita loco σημείων γράμμασι χρῆσθαι uti jussit Basilius Imp. teste Cedreno. Confer Francisci Hotomanni notas juris: *Petri Diaconi de notis literarum more Romano liber* ad Conradum Imp. Roman. de quo dixi supra *De notis ponderum & mensurarum sive de minutiis ex Demetrio Alabaldo*. *Incerti auctoris antiqui de notis litterarum singularium & dictionum contractius scriptarum*. Hæc scripta de notis præter Gothofredum & Eliam Putschium junctim cum observationibus edidit Frid. Tiliobroga, sive Lindenbrogius Lugd. Bat. 1599. 8. conf. Aldum Manutium in veterum notarum explanatione, Barthol. Amantium & Petrum Apianum in abbreviationibus vetustorum monumentorum, Torellum Sarainam Veronensem de interpretatione litterarum antiquarum, Veron. 1540. Indices Gruterianis Inscriptionibus subjectos, Wolfg. Lazium de ratione legendi litteras abbreviatas in monumentis: Jo. Evelinum tractat. Anglico de Numismatis p. 190. seq. Casp. Hamelarium in notis numismatum integre repræsentatis, Hubertum Goltzium de notis singularibus & implexis in numismatibus & fastis, in thesauro rei antiquariæ, Antvv. 1618. fol. Jo. Prettenium de notis atque sigillis antiquorum, Citzæ 1660. 12. & qui instar omnium est *Sertorii Ursati* nobilis Patavini commentarium de notis Romanorum, quo nihil est in hoc genere locupletius, & notæ, quotquot reperiri potuerunt collectæ, litterario ordine digestæ & explicatæ una cum Ursati observationibus exhibentur Patavii 1672. fol. & Tomo undecimo thesauri Antiquitatum Romana-

manarum J. Georgii Grævii, qui in præfat. nonnulla in hoc Ursati commentario castigat, plurimaque notare se potuisse testatur quæ reservaverit tomo inscriptionum, satis ut ait ponderoso, quem ibidem in lucem editurum se recipit vir præstantissimus. Epitome operis Ursati exstat in calce Marmorum Oxoniensium, quæ cum commentariis Jo. Seldeni & Humphridi Prideaux lucem adspexere Oxonii 1676. fol. Usus est Ursatus ineditis laboribus Comitis Jacobi Zabarellæ Octaviique Ferrarii & Joh. Rhodii notis Julii Cæsaris & Augusti. Nuper etiam de siglis veterum singularem librum edidit Joannes Nicolai, antiquitatum in Academia Tubingensi Professor Lugd. Bat. 1703. 4. Sed omnium ut spero diligentiam in hoc genere vincet *Christophorus WolterecK* Gluckstadiensis, qui Ursati opus in alterum tantum auxit, & Græcas quoque siglas (longe quam dedit Jo. Valens ad calcem numismatum Græcorum locupletiores) simul est exhibiturus.

12. Denique sequitur *Bedæ Venerabilis Presbyteri brevis tractatus de computo sive loquela per gestum digitorum*, qui in novissima operum Bedæ editione Coloniensi Anno 1688. legitur T. 1. p. 127. cum Glossis Brideferti Ramesiensis, sed admodum jejunis, Scholiisque Jo. Noviomagi. Libellum hunc, quem Elias Vinetus etiam doctis notis illustravit Paris. 1565. 8. & Grævius una cum iisdem inseruit tomo undecimo thesauri Antiqu. Rom. p. 1699. in non paucis ab usu veterum recedere observat Barthius lib. 2. cap. 12. Adversar. Confer Rabani Abbatis Fuldensis librum de computo, quem edidit Steph. Baluzius T. 1. Miscellaneorum p. 10. seq. & Nic. Smyrnæi numerorum notationem per gestum digitorum, quam Græce & Latine cum Beda de indigitatione Parisiis 1614. 8. vulgavit Frid. Morellus, post Morellum Petrus Possinus Rom. 1673. fol. ad calcem catenæ Patrum Græcorum in Marcum & Spicilegii sui Evangelici. Idem Possinus notas nescio cujus addidit & figuras σχηματισμῶν χειρολογικῶν in æs incidi curavit p. 449. seqq. Ex Græco illo libro Nic. Smyrnæi Bedam videri transtulisse quæ de hoc argumento scripsit, notatum Salmasio est in Epistolis p. 101. Bedæ liber cum Nicolao collatus & notis illustratus fuit in Bibl. Caroli de Montchal, teste Labbeo p. 198. Bibl. novæ MSS. * Libellum *Bedæ* de loquela per gestum digitorum, sive de indigitatione, & manuali loquela è Bibliotheca Reginoburgensi Divi Hæmerani, cum figuris digitorum ligno expressis edidit Jo. Aventinus, Ratisbonæ 1532. & libris VII. Annalium Bojorum ejusdem Aventini Lipsiæ 1710. fol recusorum subjunxit Nic. Hieronymus Gundlingius

lingius V. C. Ex eodem libro tabella in æs incisa A. 1544. Paris. figuras digitorum expressas vulgavit Jo. Bogardus. Librum ejus argumenti Græce scriptum a Nic. Smyrnæo Artabasda, mathematico, ἔκφρασιν τοῦ δακτυλικοῦ μέτρου, recudi curavi cum Possini spicilegio Evangelico & Alex. Mori Notis ad Novum fœdus atque Ramiresii Pentecontarcho, Hamb. 1712. 8. Ante Possinum, qui ex Codice D. Caroli de Montchal, Archiepiscopi Tolosani primus existimavit hunc se in lucem proferre, ad calcem Catenæ Patrum Græcorum in Marcum, Rom. 1673. fol. eundem libellum addito Beda vulgaverat Græce ac Latine Federicus Morellus Paris. 1614. 8.

Plura de hoc more per digitos sive δακτύλων κάμψεις ut Alciphron Epistola 26. loquitur computandi vide ap. Erasmum in Scholiis ad Hieron. 1. in Jovinian. Pierium libro 28. Hieroglyph. Wovverium cap. 7. Polymathiæ, Antonium Nebrissensem c. 16. quinquagenæ, (qui huc etiam trahit Prov. III, 16.) Francisci Sanctii paradoxa p. 75. seqq. Gyraldum Dialogismo 2. Colvium ad Apuleji apologiam, Gruterum lib. 1. c. 8. suspicion. Grangæum aliosque ad Sat. 10. Juvenalis, Pareum elect. Plautin. pag. 89. seqq. Lemonium notis ad varia sacra p. 805. seqq. & Petrum Bungum Bergomatem in Mysteriis numerorum p. 473. seq. Meminit & Xiphilinus in M. Antonio p. 266. & Suidas in Ἀρβαζάκιος. Dio Chrysostomus IV. de regno p. 74. ἀλλὰ κινῶν τοὺς δακτύλους, ἤτοι τὴν αὑτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν, ἢ τὴν ἄλλου τινός. De loquela per digitos vide Isidorum Hisp. lib. 1. Orig. c. 25. & Dan. Guil. Molleri dissertationes tres de manuloquio, pediloquo & oculiloquio Altdorf. 1702. * Vide præterea Quintilianum Clarissimi Burmanni pag. III. 1024. Marcianum Capellam lib. 7. pag. 236. Hugonem Menardum ad Sacramentarium S. Gregorii M. p. 51. & Barthium pag. 177. ad Claudianum & 1116. Caussinum de eloquentia IX. 8. Harduinum ad Plinii XXXIV. 7. Scipionem Gentilem ad Apuleji apologiam p. 429. seq. G. G. Leibnitium in collectaneis etymologicis II. pag. 384. seq. ubi de signis quibus usi pro loquela Cistercienses in Abbatia Loccumensi: Jo. Bonifacium in arte loquendi per signa, *l'arti de' cenni*, Vicentiæ 1616.

13. In calce hujus collectionis Godofredinæ post indices comparet etiam *Liber Glossarum* ex variis Glossariis, quæ sub *Isidori Hisp.* nomine circumferuntur. Editus fuerat cum aliorum glossariis Græco Latinis & Latino Græcis a Bonaventura Vulcanio Lugd. Bat. 1600. fol. Exstat & ad calcem operum Isidori. Multas harum Glossarum emendant & illustrant Cerda cap. 141.

adver-

adversar. sacr. Turnebus & Barthius in Adversar. Reinesius in Var. Lect. Meursius in exercitatt. Criticis, Gebhardus in crepundiis, Matthias Martinius in Lexico, in Etymologico Vossius, Cangius in glossario, & alii passim. Novissime glossarium Isidori a Jo. Georgio Grævio emendatum, ejusque notis, & Clariss. Almelooveenii collectaneis illustratum lucem adspexit ad calcem Lexici præclari Etymologici, quod jam semel iterumque in lucem prodierat auctore Matthia Martinio G. Jo. Vossii præceptore Trajecti ad Rhen. 1697. fol. cujus editionis exemplaria quædam præferunt in titulo Amst. 1701. fol. addita Jo. Clerici Etymologica dissertatione.

Excerpta Pithœana ex veteribus Glossis.

Excerpta differentiarum a Jacobo Bongarsio legato Regio communicata, incipiunt: *de proprietate sermonum vel rerum.*

Præter has Glossas, in quibus collectio Gothofredi desinit, exstant latino Græca & Græco latina glossaria antiqua vulgata ab Henrico Stephano primum Paris. 1573. fol. ex MS. Bibl. Monasterii S. Germani, post Stephanum atque Vulcanium a Carolo Labbeo ibid. 1679. fol. In his plurima recondita utriusque linguæ vocabula & sepultæ oblivione significationes exponuntur. Unde passim ad illa doctissimos quosque tanquam ad oraculum recurrere & in iis evolvendis illustrandisque operam suam collocare videas. Cangius prolegomenis ad glossarium mediæ latinitatis putat eorum frequentem usum olim fuisse in Gallia ætate utriusque Hincmari Remensis Archi-Episcopi, & Episcopi Laudunensis. Prætereo Cambronense glossarium Cerdæ laudatum, & Onomasticon Petri Danielis, e quo excerpta apud Turnebum XXVIII. 5 seq. Adversar. Glossaria item quorum editionem ad Isidorum pollicitus est doctissimus Grævius, aliasque glossas veteres varias MSS. ad quas hinc inde provocant in scriptis suis Scaliger, Salmasius & alii eruditi. Ut enim omittam quod de collectoribus non constat; non unius auctoritatis sunt & pretii, infinitæque varietatis. Pleræque ordine litterarum Alphabetico digestæ sunt, aliæ etiam per capita & materias more Nonii Marcelli, & nomenclatorum, quale est quod laudat Bochartus I. Hierozoici p. 803. * Glossarium MS. quod fuit apud Guil. Folnerium laudat Merula ad Ennium p. 165. 192. De glossariis quibusdam & lexicis apponere hoc loco juvat observationes quasdam D. Jo. Diecmanni ex specimine ejus notarnm (a) ad glossarium Latino Theotiscum Rabani Mauri, cujus apographum ex Codice Vindobonensi servo MS.

(a) Pag. 3. seq. prodierunt Brem. 1721. 4.

Catholicon. Est ingens lexicon Latinæ linguæ, *a Johanne de Balbis*, Nobili Genuensi, (unde etiam *Januensis*, vel *de Janua*, id est, Genua, ex istorum temporum more, de quo Barth. *ad Guil. Brit.* pag 248. cognominatur) & Ord. Dominicani Monachо, sæculo XIII. congestum, adeoque, quia expressum auctoris nomen habet, male a B. Placcio *Theatr. Anonym.* p. 352. ex non recte intellectis Cælii verbis, inter anonyma scripta relatum: quod dudum tamen ab aliis quoque factum esse, ex Rainoldi *Prælect. de libr. apocryph. I.* 399. apparet. Exhibet hunc auctorem nobis Ambrosius de Altamura *Biblioth. Dominican.* pag. 55. 56. imperite ab illo Johannem de Genua pag. 152. *b.* 501. *a.* distinguens. Imperitius Bibliotheca Simlero-Frisiana unum in quatuor, Johannem nempe *Baldum* (scribere *Balbum* debuit) pag. 404. *a.* Gennensem pag. 443. *a.* de Janua, & Januensem pag. 460. *b.* dissecuit. Auctorem *Catholici*, & Johannem de Janua, ut diversos scriptores, Borrichius etiam *Append. de Lexic. Lat. & Græc.* pag. 41. 42. commemorat. Jocularem errorem Galli, cui Joannes *de Janua* Gallice Jean *de la Porte* dictus est, Menagiana III. 62. referunt, quem a Caseneuvio *Orig. Ling. Gall.* pag. 88. *b.* 97. *a.* commissum video, qui eum alioquin recte de Janua, vel Januensem, vocare solet. De opere ipso v. Dufresne *Præfat. Gloss. Lat.* pag. 38. 39. & Bayle *Diction. Hist. & Crit. I.* 457. Varias ejus editiones (*a*) Bibliotheca Aprosiana pag. 612. 613. & Janus Gregor. Betulius (Jo. Georg. Burchardus) *Epist. ad amic.* pag. 74. recensent; a quibus mea abit, nullum vel anni, vel loci, vel typographi nomen ostendens, eaque de ratione inter primas referenda, nec alia ab illa, de qua Biblioth. Sarraziana I. 184. *Summa quæ vocatur* Catholicon, *edita a Johanne de Janua, sine loco & tempore editionis, attamen circa* 1482. *charta magna. Rarissima*. Eandem quoque a Cl. Bunnemanno *de Biblioth. Mindensi Lit. D.* 31. indicari puto. Primam omnium a Fausto ejusque genero Schoiffero, licet non nominatis, impressam esse, Naudæus, in libro, *Jugement de tout ce qui a esté imprimé contre le Cardinal Mazarin* pag. 175. refert. Trithemius etiam apud Tenzel. *Dial. menstr.* 1692. pag. 688. librum primum, quem Guttenberger & Faust excuderunt, *Catholicon* fuisse scribit. Primam *Catholici* editionem, quæ annum notatum habet, esse Moguntinam, A. 1460. ex Chevillierio, Ephemerides Parisienses (Journal des Scavans 1695. pag. 225.) observant. De libri hujus raritate Daumius *Epist. ad Reines.* pag. 254. conquestus est. *Catholicontis* a recto *Catholicon* Latino-Bar-

(a) Mihi ad manus est editio Lugd. 1506. fol.

no-Barbaros declinasse Voss. L. 7. *de vit. serm.* pag. 369. b. notat.

Glossarium duplex Latino - Francicum, Carolo M. inscriptum, a Boxhornio in *Hist. universali* pag. 452. seq. primum ex MS. editum.

Glossae MSS. Florentinae. Vossius 2. *de vit. serm.* 7. pag. 96. ad eas provocans, vocat *vetus Glossarium Latino-Theotiscum, quod in Biblioth. est Ducis Florentini.*

Glossarium, vel liber Glossarum, ex variis Glossariis, quae sub *Isidori* nomine circumferuntur, collectus, & a Dion. Gothofredo calci *Auctorum Latinae linguae, in unum redactorum corpus*, annexus. *Il y a beaucoup de ratisserie*, ajunt Scaligerana II. 126. Adde Barth. VII. *Adv.* 13. XVI. XIX. 22. XXVI. 15. LV. 9. Anton. *Bibl. vet. Hisp. I.* 272. *b.* Dufr. *Praef. Gl. Lat. pag.* 33. Praeclare de illis undecunque emendandis Cerda *Advers. sacr. C.* 141. pag. 317.-339. meruit. Sed ejus industriam in emaculando & exquisitis notis instruendo hoc Glossario, Jo. Georg. Graevius nimium quantum superavit, a qua illius egregia opera insigne ornamentum 1709. editioni Ultrajectinae *Lexici Philologici* Martinii accessit. Plane aliae, & auctore, quem praeferunt, digniores, sunt Isidori Glossae MSS. quibus ex Biblior. Petri ac Francisci Pithoeorum acceptis Savaro usus est, & inde non pauca in suas ad Sidonium Apollinarem notas transtulit.

Glossae *Keronis*, a Goldasto *Rerum Alamann. Tom. II. part. I.* emissae. Pro illarum vero auctore CL. Eccardus tum in literis privatis, ad B. Stadenium nostrum 1712. 26. Januar. scriptis, & mox eodem anno *in Neven Bucher Daal* excusis, tum Not. *ad hymnum magnum Theotisc.* p. 13. tum vero maxime *ad Catech. Theot.* p. 51. 52. Notkerum Balbulum, aliis Latinis & Theotiscis scriptis clarum, habet, & ex *NotKero*, ablata prima syllaba, *Kero* factum sentit. Sed cum mihi quidem nondum ulla necessitas appareat, quae alium a Kerone hujus Glossarii auctorem quaeri vult, & Keronis nomen non tantum inter nomina propria fuisse, ex Goldasto *Rer. Alam. II.* 98. constet, sed ab eodem quoque Keronis Augiensis Synonyma I. 138. alibique, laudentur, istud heic quoque tam diu servandum censeo, donec has Glossas Keronis, a Notkero diversi, esse non posse clarissimis argumentis edoceamur. Nam ut maxime in ejus ad tempora Pipini, Caroli M. Parentis, relati aetate Goldastum errasse largiar, hic tamen lapsus Keroni fraudi esse non debet, ut ea propter ipsum Keronis hisce Glossis praescriptum nomen in suspicionem νοθείας veniat.

Excerpta Pythoeana ex veteribus Glossis vocantur a Dion. Gothofredo, qui illa Glossis Isidori, de quibus supra, subjecit: cujus

 etiam

etiam modum, nomen Pythœi per *y* scribendi, retinui, adoptatum toties a Lipsio in *Epist.* & Barthio, passim *ad Statium*, immo quoque Gallis ipsis, ut Salmasio *de modo usur pag.* 878. 880. Heraldo *ad Arnob.* pag. 283. Bauldri *ad Lactant. de mort. persec.* *p.* 164. *b.* receptum. Rubenius etiam 2. *Elector.* 26. pag. 74. *Glossulas Pythœanas* appellat. Ceterum auctorem ipsum se *Pithœum* scribere non ignoro, & alias ita quoque scribo. *Hactenus B. Diecmannus*. Nactus & ipse sum ex Gudiana auctione glossarium vetus minime contemnendum in membrana scriptum ante annos quingentos, & in fine mutilum.

Nestor Novariensis cujus lexicon habeo excusum Argentinæ 1507. fol. citat Ugutionem, Gasparinum, Mamotrectum, Tortellium, Britonem & Catholicon quod omnium Ugutionis errorum silvam haurire scribit in voce *auctor*.

Mammotrectus (a) liber expositorius vocum difficiliorum in Bibliis Latinis, anthiphonis & hymnis, Legendis Sanctorum & homiliis, quem servo editum in folio sine anni & loci nota. Finitus liber ab auctore A. C. 1466. Excusus etiam Venetiis 1476. fol. per Franciscum de Hailbrun & Nicolaum de Francfordia socios. Etiam Argentinæ 1489. fol. In MSto Gothanæ Bibl. hos versus folio ultimo legi testatur Rev. D. Ernestus Salomo Cyprianus in Catalogo Codicum illius Bibl. manu exaratorum pag. 8.

O vos qui nostis, quid perferat ille laboris
Qui se scribendos castigat tempore crebro,
Assiduis precibus memores sitis; precor ejus
Qui promptus librum conscripsit & edidit illum.
Et tu, Nate DEI, miserere, flagito, mei,
Nam tua pro gloria feci hæc omnia.

Celeberrimi Cangii glossarium mediæ & infimæ Latinitatis, editum primum Parif. 1688. & deinde bis Francofurti recusum, hoc ipso tempore A. 1722. longe auctius Parisiis sub prælis sudat.

Petri Heliæ de verbis raris κατὰ στοιχεῖον Lexicon Metricum MS. in membrana exstat Erfurti in Biblioth. Collegii Amploniani. Testis est Reinesius pag. 682. Epist. ad Hofmannum. Seculi undecimi Grammaticus dicitur eidem Reinesio notis ad Petronium pag. 297. edit. P. Burmanni. Frequenter laudatur à Vincentio Bellovacensi.

Voces

(a) Præf. *quia morem gerit talis decursus, pedagogi, qui gressus dirigit parvulorum Mammotrectus poteris appellari*. Quasi μαμμοθρεπτος, confer Miscellanea Lipsiensia Tom. VII. p. 64. seq.

Voces latino barbaras explicant recentiores scriptores Pithœi, Vignonius, Urstisius, Freherus, Goldastus, Colvenerius, Watsius, Frid. Lindenbrogius in variis scriptis, Guil. Somnerus (a), Chifletius in glossario Salico, Jo. Seldenus, Abr. Whelochus, Jo. Lydius in glossario ad Nic. de Clemangis, Gerh. Jo. Vossius in libris de vitiis Sermonis, quorum quinque posteriores in noviss. edit. nuper accesserunt. Henr. Speelmannus & Cangius sive Carolus Fraxinetus in Glossariis, qualia etiam moliti fuerant Jo. Meursius & Guil. Noomsius Arlanderveniæ Dominus. Paralipomena ad Cangii sive Du Fresnii glossarium Latinum subjiciuntur ejus glossario mediæ Græcitatis. Etiam nonnullos Cangii lapsus emendat Hadr. Valesius in Valesianis.

CAPUT VII.

DE GRAMMATICIS à PUTSCHIO editis.

GRAMMATICI VETERES Hanov. 1605. 4. collecti & emendati vulgatique à Doctissimo juvene *Elia Putschio* Antverpiensi, qui notas additurus paulo post A. 1606. cum vix viginti quinque annos natus esset, Stadæ in flore ætatis obiit. Operis editioni præfuit Gothofr. Jungermannus, inscriptumque est Josepho Scaligero qui humanitatis & benevolentiæ plenissima (b) Epistola Putschio gratias egit, cujus autographum & Putschii Grammaticos manu ipsius hinc inde emendatos habeo ex munere Nobilissimi D. Rutgeri Rulandi. * Caspar Barthius in litteris ad Daumium: *De Putschii Grammaticis faveo tibi utenti. Sed nisi & illas editiones habueris quas maxima licentia correxit Putschius, ad scripturarum veterum excerpta, non poteris confidere unius paginæ lectioni: & id potissimum in Prisciano, cujus Græca ut & Latinorum auctorum exempla, usu reperi, esse inconstantissimæ fidei. Magnum decus & commodum amiserunt litteræ in Notis (c) illius bene docti Juvenis, quas si scripsisset & expolivisset, infinitæ bonæ res lucem haberent. Expertus sum in Charisio, magni pretii scriptore, quid desit mihi, cum recurrere ad nullum omnino subsidium datur.* Veteres Grammatici latini duodecim à Jo.

(a) Somneri glossarium contractum exhibet Matthias Zimmermannus p. 640. seq. Analect.

(b) Inter editas Scaligeri Epistolas est 404.

(c) Notas illas à Jungermanno post Putschii obitum in nova Grammaticorum editione vulgatas fuisse, traditur in Diario Lipsiensi cui titulus Never Bucher Baal parte XXXII. pag. 551. Sed nec notæ illæ nec nova Grammaticorum editio lucem viderunt.

Theodoro Bellovaco Parif. junctim editi ex officina Afcenfiana A. 1516. fol. (1) Diomedis libri III. (2) Q. Rhemnii Palæmonis ars fecunda. (3) Afperi Junioris Grammatici ars. (4) Ælii Donati editio prior & pofterior, item de Barbarifmo, vitiis & tropis. (5) Servius Honoratus in fecundam edit. (6) In eandem Sergius Grammaticus. (7) Phocas de nomine & verbo, item de afpiratione. (8) Caper de orthographia & latinitate (9) Agrætius de orthographia & proprietate. (10) Probi Grammatici Inftitutiones artium, ad Cæleftinum. Ejusdem Catholica. (11) Cornelius Fronto de vocum differentiis. (12) Grammaticus alter de punctis & accentibus. Porro in Putfchii collectione hæc fcripta continentur, quorum aliqua Putfchius ipfe fatetur vix digna fuiffe editione:

1. *Flavii Sofipatri Charifii Inftitutionum Grammaticarum* ad filium, *libri V*. Ex codice Jani Doufæ aucti, fuppleti & emendati p. 1.--270. Defunt tamen adhuc libri primi capita tria primora. Hos libros primus repererat Janus Parrhafius editos Neapoli 1532. & per Georg. Fabricium Bafil. 1551. 8. ap. Froben. quæ editio exftat in Bibl. Leidenfis Academiæ paffim notata manu Jofephi Scaligeri. Lovanii quoque in Bibl. Societatis Jefu occurrit Charifius cum MSS. collatus à Levino Torrentio. De diverfo Charifii exemplari quod Curius Romæ legiffe fe teftatus eft, vide Gefnerum Bibl. Idem narrat Mediolanenfes depravatis codicibus deceptos inter veteres quosdam Grammaticos, quos de Parrhafii fententia ediderunt, attribuiffe nefcio cui *Donatiano*. Fragmentum Sofipatri olim cum aliis opufculis Lipfiæ à Georgio Fabricio editum Vulcanius quoque fubjecit gloffariis five thefauro utriufque linguæ, Lugd. Bat. 1677. fol. Meminit Sofipater inter alios plus vice fimplici *Cominiani*, & plurima ex eo refert, cujus copiam à Goldafto fibi promifit & inter Grammaticos edere voluit Putfchius, ut didici ex hujus Epiftola ad Andream Schottum. Sed recte hac de re addubitare fe, nec prius id credere quam vidiffet vel Putfchio redditum refciviffet, fcripferat Scaliger in Epiftolis ad eundem Putfchium ineditis. * De Fl. Sofipatro Charifio ita Georgius Fabricius in præf. ad editionem Frobenianam 1551. 8. *Flavium Sofipatrem Charifium natione fuiffe Campanum, religione Chriftianum, profeffione grammaticum, & Urbis magiftrum, ex ipfius libris colligimus. Imitatum effe in fcribendo cum* Plinium Secundum, *qui noviffimis annis fub Nerone libros de re grammatica copiofos edidit: tum præter cæteros* Julium Modeftum *&* Comminianum, *ipfe fatis indicat, & docent nomenclaturæ autorum, quorum non modo exemplis & autoritate, fed etiam teftimoniis ac*

fide,

fide, sua de arte praecepta confirmaverit atque comprobarit. In multis sane locis eadem & apud Charisium & apud Diomedem *leguntur, neque solum similitudine exemplorum conveniunt, ut in tractatione figurarum maxime: verum etiam in pluribus aliis de tota arte praeceptionibus similia tradiderunt. Etsi autem tempus aetatis, quo Charisius floruerit, nondum potuerit satis cognosci, conjectura tamen haec mea est, ipsum esse Diomede priorem & antiquiorem, propterea quod Charisius Diomedis nullo in loco meminerit: ex quo si tam multa paene de verbo transcripsisset, non tacuisset illius nomen per tot libros, praesertim cum is candor in Charisio appareat, ut ne finitionem quidem, aut interpretationem voculae sumpserit de alio, quam non ad suum autorem ingenue atque aperte retulerit: quod equidem in Diomede observare non potuimus, qui ex eodem Comminiano, quem noster adducit, videtur non pauca transtulisse, Comminiani aeque atque Charisii mentione penitus omissa. Quamobrem ut Macrobium furtorum Gellianorum certis clarisque indiciis esse convictum scimus: ita Diomedem suspicione culpae liberare non possumus, accusare tamen non audemus, quod fortasse alii facient, qui plus auctoritatis & virium ad victoriam fuerint consequuti. Testimoniis Charisii ex veteribus nituntur Priscianus & Ruffinus (nisi fallit titulus libelli, qui de comicis metris scriptus circumfertur) ex recentioribus ante editionem, usi ejusdem doctrina & praeceptis sunt, ambitiose propemodum, Janus Parrhasius, & Pierius Valerianus, literati & diligentes viri. Nemo certe ex vetustis est, Prisciano Caesariensi excepto, qui de arte scripsit, & ad nostram aetatem pervenit, grammaticus, qui plures & antiquiores adducat ipso Charisio auctores, idque illi facile factu extitit, in urbe Roma, in qua nobiles bibliothecae doctis omnibus patebant, & furore Gothico nondum erant laceratae & eversae, quales fuerunt in Palatino, Augusti: in Capitolino, Majorum appellata; in Viminali Ulpia; ad Vallem Quirinalis, Trajana; nam Octaviam incendium urbis consumpserat, altero post Vesuvii in Campania conflagrationem anno. Atqui progressu temporum & Barbaris omnia vastantibus, hoc quoque Charisii opus (ut alia multa) perierat, quod patrum memoria à Jano Parrhasio inventum, & iniquitate fortunae ac hominum invidia penè rursus oppressum, in lucem edidit (a) ante sextum & decimum annum* Joannes Pierius Cyminius

(a) Neapoli 1532. fol. apud Joannem Sulsbachium, ex Codice Neapolitano, quem Hieron. Seripandus, ejus urbis Patricius asservavit. Desunt libri primi capita tria primora, *de Grammatica, de voce & de litteris*; libri vero quinti omnia praeter *de idiomatibus* unicum. Fortasse illa fuerunt in Codice Charisii Romano, quem Curius Lancilotus Ferrariensis cum *Pomponio Fortunato* evolvisse se testatus est. Certe ex testimoniis quae ex Charisio Curius profert ultra triginta, ne unum quidem

Cosentinus de studiosis eo nomine non male meritus; qui cumulare potuisset illud beneficium, si in edendo majorem adhibuisset curam & diligentiam, neque maluisset manuscripti codicis vitia etiam atque errata imitari. Liber autem, quia Longobardicis characteribus exaratus fuit, ut qui eum inspexere testantur, à non exercitato librario difficilius legi potuit, unde similitudine notarum deceptus, plurima menda invexit; quæ non pauca nos deprehendimus & sustulimus. Debemus tamen Pierii studio ac benevolentiæ, ejusque erga rempublicam literariam amorem, & virtutem civis conservati merito prædicamus. In eundem Charisium Joh. Lucretius Oesiander:

Καὶ σὺ μάλ' ἐξέφυγες τὸν λήθης χάλκεον οὐδὸν
 Σωσίπατρ' ἠελίου ἐς φάος ἐρχόμενος.
Φαρσήσας πρόμολ' ἐν πάντων ἐπεὶ ἔξοχος ἐσσί
 Γραμματικῶν, μέγα θαῦμ' ἐσσομένοισι λιπών.

2. *Diomedis* (a) *de oratione, partibus orationis & vario Rhetorum genere libri III.* ad Athanasium, emendati ex MSS. Fuldano & Claudii Puteani pag. 270. --- 529. Prodierunt hi libri Venetiis 1522. fol. inter alios Grammaticos, & seorsim Coloniæ 1518. hinc à Jo. Cæsario emendati *ut nulla porro*, si inscriptioni credimus, *labes insideat*, ibid. 1536. 8. & Lips. 1541. 8. * *Diomedem* non Charisio tantum, sed etiam Prisciano esse juniorem traditur à Clariss. Viro Benjamino Hederichio in notitia auctorum pag. 846. sed à Prisciano Diomedes plus simplici vice allegatur. Prodiit Diomedes cum Phoca, Capro, Agrætio, Donato, Servioque Venetiis 1491. fol. & (quam editionem Bibl. Leidensi legavit eruditiss. Perizonius,) 1495. fol. & 1511. fol. ex recensione Johannis Rivii, quæ editio cum MS. collata exstat in eadem Bibl. Leidensi: & Paris. 1507. 4. Mediolan. 1513. (1515.) fol. ex Jani Parrhasii cura: Et cum præfatione Hermanni Buschii Col. 1523. 4. qui pauca quædam emendavit: Plura Joannes Cæsarius Colon. 1536. 8. & Lips. 1541. 8. cum Donati de octo orationis partibus & barbarismo: Plura etiam Putschius, Fuldani & Puteani Codicum collatione usus. Ab eo tempore multa quoque Diomedis è MSS. Codicibus castigavit Caspar Sciop-

dem in editis ex Neapolitano Codice legi Georgius Fabricius observavit, atque inde suspicatus fuit alium quendam fuisse Curio lectum Grammaticum, cui falso fuerit adscriptum Charisii nomen, perinde ut depravatis Codicibus decepti quod Charisii est, *Donatiano* attribuerunt Mediolanenses, qui veteres quosdam Grammaticos ex Jani Parrhasii sententia ediderunt, Diomedem puta, Phocam, Priscianum, Asperum, Donatum & Probum 1515. fol.

(a) Alius ut videtur Diomedes Scholasticus cujus commentaria inedita Græce scripta in Dionysium Thracem exstant in variis Bibliothecis, Angliæ, Galliæ, Italiæ. Occurrunt etiam in Codice Holsteiniano Bibliothecæ hujus urbis Hamburgensis Joanneæ.

Scioppius in suspectis lectionibus. Dedicavit Diomedes opus suum de partibus orationis, de oratione ejusque structura & de genere metrorum, trino digestum libello, nescio cui *Athanasio*, cujus excellentem facundiam prædicat. E Grammaticis citat Varronem ac Probum..

3. *Prisciani Cæsariensis* (quem Cassiodorus sua ætate in nova Roma sive CPoli Grammaticam docuisse narrat lib. de orthographia) *Commentariorum Grammaticorum* libri XVIII. ad Julianum (*a*) non Apostatam ut putavit Augustinus Dathus, sed COS. & Patricium, illum forte qui Novellas in Epitomen contractas latinitate donavit uti Goltzio visum, etsi hoc negat cum Cujacio, Antonio Augustino & Alciato Jac. Gothofredus. Ceterum multa Putschius in Prisciano emendavit, in primis Græca pleraque ex Scaligeri codice restituit in libris 17. & 18. qui sunt περὶ συντάξεως, adhibitis etiam Gruteri, Bongarsii, Hœschelii (*b*) & Rittershusii MSS. Lacunas quasdam relictas ex Pauli Petavii Senatoris codice promisit emendaturum se in notis, at illæ ut dixi præmaturo ejus fato interceptæ sunt. p. 529. --- 1215. Ejusdem *partitiones versuum XII. principalium sive* primi cujusque in singulis libris *Æneidos* p. 1215. --- 1286. hæ in editionibus vulgo in 12. libellos distingvuntur. *Liber de accentibus* p. 1286. --- 1299. *De Declinatione nominum* p. 1299. --- 1319. *De versibus comicis* p. 1319. --- 1330. in hoc ex MSS. Scaligeri & Bongarsii non pauca emendata. Opus inchoatum magis quam pro dignitate rei justis numeris absolutum, judice Chr. Wasio in Senario sive erudito libro de licentia poetarum p. 4. Oxon. 1687. 4. *De præexercitamentis Rhetoricæ* ex Hermogene p. 1330. --- 1343. ex edit. Francisci Pithœi inter antiquos Rhetores. *De figuris & nomi-*

(a) Priscianum sub Juliano fuisse perperam scribit Salmasius [illegible] in prolegom. ad Solinum. Porro Julianus ille ab aliis haud recte Julius appellatur, cui Priscianus libros 16. de Partibus Orationis & libros 2. de constructione dicaverat. Alius Theodorus Priscianus, de quo infra in Medicis. Alius quoque Priscianus, cujus mentio occurrit apud Symmachum X. 36. Epist.

(b) Hoeschelius in litteris Id. Novemb. 1604. scriptis Putschio offert MS. Codicem Augustanum summæ *Magistri Petri Eliæ* in Priscianum, si forte excerpta ex illo edere operæ pretium sit. Ejusdem mentio in litteris ad Jungermannum post Epistolas Hottomanni à Clariss. Meelio editas p. 455. liber membranaceus calamo exaratus in Bibl. Augustana. Etiam inter Codices MSS. Bibl. Joanneæ hujus Urbis Hamburgensis in fol. num. XCVIII. Codex vetustus exstat membranaceus libros XIV. Prisciani complexus. *Prisciani Ars Grammatica Viro eloquentissimi Grammatici Cæsareensis scripsi ego Theodorus Dionysii V. D. Memorialis sacri Scrinii Epistolarum & adjutor V. M. Quæstoris in urbe Roma CPolitana, die Cal. Octobris, indictione quinta Olibrio Viro Clarissimo COS.*

Me legat, antiquas qui vult proferre loquelas,
Qui me non sequitur, vult sine lege loqui.

Initio libri XIV. Theodorus iste Priscianum doctorem suum vocat.

nominibus numerorum & de numis ac ponderibus ad Symmachum liber ex edit. Eliæ Vineti (*a*), quæ cum Hotomanno de re numaria Romanorum prodierat Parif. A. 1585. 8. p. 1343. --- 1366. recusus iterum T. XI. thefauri antiquitatum Romanarum Græviani. * *Prifcianus* Cæfarienfis, Grammaticus, Chriftianis recte accenfetur à Jo. Glandorpio in Onomaftico Romano pag. 725. ubi etiam de aliis Prifcianis, ut Prifciano reo affectatæ tyrannidis fub Antonino Pio, de quo Capitolinus: Prifciano cui refcribitur ab Antonino Heliogabalo lib. V. Codicis Juftinianei tit. 53. de in litem jurando lege 3. Prifciano ad quem Libanii Epiftolæ: Prifciano Philofopho tempore Symmachi Oratoris, cui Senatus Rom. falarium conftituit: Meminit Symmachus lib. 1. Epift. 79. His addi poffunt Prifcianus Lydus de quo dixi in Bibl. Græca lib. 3. c. 9. §. 15. Prifcianus Epifcopus S. Damafo Epiftola tertia memoratus, & Prifcianus Sebaftenfis in Palæftina Epifcopus qui interfuit Concilio CPol. A. C. 381. Theoctifti præceptoris fui his verbis meminit Prifcianus Grammaticus lib. 6. pag. 701. *quod à Probo prætermiffum, doctiffime præceptor nofter attendit* Theoctiftus, *omnis eloquentiæ decus, cui quicquid in me fit doctrinæ, poft DEUM imputo*. Et lib. 18. pag. 1134. *tefte fapientiffimo Domino & Doctore noftro* Theoctifto, *quod in inftitutione artis Grammaticæ docet*. Paulus Vvarnefridus lib. 1. de geftis Longobardorum cap. 25. fub Imp. Juftiniano, poft laudatum Caffiodorum & Dionyfium Exiguum: *Tunc quoque apud Conftantinopolim Prifcianus Cæfarienfis Grammmticæ artis, ut ita dixerim, profunda rimatus eft*. Eadem legas in libro XVIII. Hiftoriæ ejufdem Pauli ad Eutropium additæ. Citatur etiam Prifcianus Grammaticus ab Agobardo adverfus Fredegifum, Tom. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 272. F. Excerptio *Rbabani Mauri* de arte Grammatica Prifciani exftat Tomo primo ejus operum) Colon. 1627. fol.) p. 28. --- 50. ad Lucilium quem puerorum dulciffimum appellat pag. 39. & 46. Prifciani compendium atque diligentem expofitionem adornavit. *Petrus Helias*, (*b*) quem fequi fe profitetur Vincentius Bellovacenfis libro fecundo fpeculi doctrinalis. Hujus ut puto Heliæ expofitionem continent quod vidi apud nobiliff. Scheelium volumen fine auctoris nomine fcholiorum in Prifcianum. Incipit: *Prifcianus habet materiam voces non quascunque fed latinas* &c. Eft Codex fpiffus in membrana, 4. Heliæ Com-

(a) Vinetus omnibus Prifciani fcriptis emaculandis operam fuam addixerat. Vide Grævii thefaurum Antiqu. Rom. XI. P. 1677.

(b) De hoc fæculi undecimi Grammatico jam dixi fupra.

Compendium metricum ex Prisciano majore(a) MS. in variis Bibliothecis. Incipit: *Sicut ab esse rei soliti rem promere dicunt Philosophi*. Vide Polycarpi Leyseri historiam poetarum & poematum medii ævi p. 2067. seq. De *Theodoro* Dionysii Memoriali, qui Prisciani Doctoris sui Grammaticam manu sua scripsit CPoli A. 527. & 536. unde plures deinde Prisciani Codices MSS. derivati sunt, videndus Reinesius ad Inscriptiones veteres p. 413. *Johannis de Garlandia* (medio Seculo XI.) liber de Orthographia ex Prisciano, versibus hexametris leoninis MStus in Bibl. Guelpherbytana, cujus initium affert laudatus Leyserus pag. 340. Codicem MS. Prisciani Bibl. Academiæ Leidensis antiquissimum Longobardicis exaratum litteris laudat Jacobus Gronovius apud Grævium in notis ad Svetonii Claudium pag. 810. Longe plures hujus scriptoris Codices MSti in una illa Bibliotheca, sed & in aliis, & privatis quoque, ut hoc ipso anno 1722. mense Februario Hagæ Comitis in auctione musei Lipsiani venum expositi MSti Prisciani membranacei tres. Insignis Codex MS. Prisciani seculo XII. exaratus in Bibliotheca Cremisanensi Ord. Benedictin. in Austria. Sed habent hoc fere omnes, ut Græcas voces & loca Græca scriptorum omittant, de quo queritur etiam Putschius, Josephi Scaligeri, Gruteri & Bongarsii Codicibus usus. Non parvum volumen implent Prisciani Grammatica præcepta, *quoniam*, inquit, *in tanta operis materia impossibile est aliquid perfectum breviter exponi. Spatii quoque veniam peto, quamvis ad* Herodiani *scriptorum pelagus, & ad ejus patris* Apollonii *spaciosa volumina, meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum*. Tamen Ludovico Vive, apud Gesnerum, judice, *loquacissimus auctor, nimis multa præcepta accumulat*. Romanum fuisse nativitate, & Cæsariensem dici, quod in Cæsarea Palæstinæ litteras didicerit, credat qui volet Baptistæ Guarino: saltim lepidum est quod ex eodem additur Prisciani nomen *à verbo præscio* impositum, *quod fuit eruditus septem artibus liberalibus*. Tamen in perantiquis Codicibus non *Prisciani*, sed *Præsciani* nomen Hadria-

nus

(a) *Priscianus major* est Priscianus de partibus Orationis, sive libri XVI. priores. *Priscianus minor*, idem de Syntaxi, seu libri duo postremi, ut annotavit *Joachimus Fellerus* in Catalogo MSS. Bibl. Paulinæ Lipsiensis pag. 290. ubi Heliæ compendium commemorat, quemadmodum & pag. 392. Alio sensu Priscianum majorem & minorem distinguit Cæsar Egassius Bulæus tom. 1. hist. universitatis Paris. p. 516. & Adr. Bailletus in judiciis eruditorum Gallice editis Tom. 3. pag. 42. *les ouvrages de Priscien etoient d' un grand usage dans l' université de Paris jusqu' au treizieme siecle, & on y voyot sa petite Grammaire ou ses rudimens, qu' on appelle* l' alphabet *dans les basses classes; & sa grande, qu' on appelloit le* Grand Priscien *dans les hautes*.

nus Valesius (*a*) reperit. Claruisse Athenis, Volaterranus narrat libro XVIII Anthropologiæ, sed nescio quem ille ait habere se auctorem, qui scribat *Priscianum ab initio Christianum, deinde fidei desertorem fuisse*. Prisciani Grammaticæ editiones, sed minus emendatæ & integræ exstant permultæ, prima A. 1470. fol. sine loci nota, quam nitidam & venustam laudat Michal. Maittaire pag. 70. Annalium typographicorum, quemadmodum & pag. 100. alteram itidem sine loci notatione, A. 1472. fol. Has secuta Veneta Johannis de Colonia & Joannis Manthen de Gherreten 1476. fol. quam Mallinkroto pridem inspectam pro prima venditat Bailletus Tom. 3. pag. 41. Exstat & Veneta altera ejusdem anni impensis Marci de Comitibus, sociique ejus Girardi Alexandrini: tertiaque A. 1481. fol. & quarta A. 1485. 4. (quæ servatur in Bibliotheca Academiæ Leidensis) nec non quinta 1488. fol. cum commentariis *Joannis de Aingue*, & sexta cum iisdem commentariis & in librum de accentibus, notis *Dan. Cajetani* 1496. fol. Has secutæ Lipsienses sine commentariis per Wolfgangum Molitorem 1496. 4. & minore forma: Parisina apud Ascensium 1515. fol. Veneta septima apud Aldum 1527. 8. Coloniensis, cum Rufino de metris, apud Eucharium Cervicornum, Coloniæ 1528. fol. & Florentina 1554. 4. quæ editio ab If. Casaubono cum MS. collata exstat in Bibl. Academiæ Lugd. Batav. Et Basileensis A. 1568. 8. His omnibus licet longe præstet editio Putschiana, præcipue ob Græca restituta, lacunas expletas & emendata loca innumera: tamen passim operæ pretium faciet qui vetustiores editiones conferre non negliget. Laudantur a Prisciano Cæsar doctissimus artis Grammaticæ, Censorinus doctissimus artis Grammaticæ, Servius in commento quod scripsit in Donatum &c. Liber de accentibus Paris. 1526. 8. apud Rob. Stephanum. Prisciani Epitome, *Georgio Trapezuntio* auctore MS. in Bibl. Regis Christianissimi n. 1972. teste Labbeo: nescio an diversa ab epitome Prisciani quæ prodiit Venet. 1522. vel a compendio de octo partibus orationis, edito Augustæ Vindel. 1537. 8. *Caroli Stephani* Latinæ linguæ cum Græca collatio ex Prisciano prodiit Paris. 1554. 8. Liber Prisciani *de naturalibus quæstionibus* ad Cosroem Persarum Regem, (*b*) citatur a Vincentio Bellovacensi XXI. 50 speculi Historialis, & nostro tribuitur etiam a Volaterrano & aliis. Puto autem versam esse ex Græco alterius Prisciani Lydi, qui Agathiæ laudatus de rebus Physicis, Cosrois

(a) Vide Valesiana pa. 192.

(b) Simlerus in Bibl. narrat Cosroi Regi Persarum inscriptum librum Prisciani de naturalibus quæstionibus extitisse ap. Matthæum Dresserum.

Cosrois temporibus scripsit. Liber *de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene* praeter editionem Francisci Pithoei in Rhetoribus antiquis, quam Putschius secutus est prodiit Venetiis A. 1523. & Parisiis apud Colineum 1526. nec non Argentorati 1526. 8. Prima editio Eliç Vineti qua librum Prisciani *de figuris & nominibus numerorum & de numis ac ponderibus* recensuit, emissa est Parisiis 1565. 8. Rationes numeralium notarum quas reddit Priscianus, confutavit Benedictus Jovius, & lib. X. parergon juris cap. 25. Andreas Alciatus. Priscianum de laude Anastasii Imp. Neapoli in Bibl. Augustinianorum offendisse se refert Mabillonius T. I. Musei Italici p. III. Prisciani Epitome per Gotzbertum & Trapezuntium composita memoratur a Labbeo Bibl. nov. MSS. pag. 45. De Metaphrasi periegeseos Dionysianae, quam ad Priscianum alii, alii ad Rhemnium Palaemonem referunt, dixi supra in Rufo Festo Avieno. Auctorem *periegeseos* sive metaphraseos Dionysianae nescio quem *Priscianum Favonium* facit Caspar Barthius ad Claudianum p. 87. & 128. Praeter festivam Nic. Frischlini Comoediam quae Priscianus vapulans inscribitur, atque inter ejus scripta poetica saepius prodiit, exstat & alterius nescio cujus scriptoris Priscianus verberans & vapulans, carmine expressus Lond. 1632. 4.

4. *Q. Rhemnii Fannii Palaemonis Vicentini ars Grammaticà* pag. 1366.---1386. * *Palęmonis* artem Grammaticam Prisciano laudatam primus e situ protulit Jovianus Pontanus, ut ipse testatur his versibus, quibus Palaemonem loquentem inducit:

Grammaticae partes, casus & nomina monstrat
Ars mea, quoque modo dictio tota fluat,
Quidve sequens, possis verborum noscere formas,
Aut quonam fuerint verba premenda jugo.
Caetera sunt parvo carptim memorata libello,
Plenius ante artes quae docuere meae.
At me confectum carie, turpique senecta,
Rodebat murum dente timenda cohors.
Sensissetque iterum crudelia fata Palaemon,
Juvisset pietas ni Joviane tua.
Cujus nunc meritis optata perfruor aura,
Antoni doctos jussus adire lares.

Basileae apud Adamum Petri lucem vidit A. 1527. 8. volumen Grammaticorum Latinorum veterum, in quo exstant 1) *Rhemnius Palaemon* de summa Grammatices, 2) *Q. Terentius Scaurus* de orthographia. 3) *Aelius Donatus* de barbarismo, pedibus, tonis. 4) *Servius Honoratus* in Aelium Donatum & de syllabarum quantitate. 5) *Marius Victorinus* de enunciatione litera-

tera-

terarum, orthographia & metris Comicis. 6) *Q. Papyrii*(a) *Prætextati* breve fragmentum de Orthographia. 7) *Cornelius Fronto* de differentiis verborum. *Palæmonis*, qui Grammaticam Romæ olim imperitantibus Tiberio Claudioque docuit, sed arrogantis & infamis omnibus vitiis meminit Svetonius lib. de Grammaticis illustribus c. 23. Meminere & Plinius & Quintilianus & Hieronymus in Chronico.

5. *M. Valerii Probi Grammaticarum Institutionum libri II.* p. 1386.----1494. * *M. Valerii Probi*, Berytii, quem Neronis tempore eruditissimum Grammaticorum Romæ claruisse idem Hieronymus testatur, laudatque non uno loco Gellius & Svetonius c. ult. de Grammaticis, nimis pauca & exigua de quibusdam minutis quęstiunculis edidisse & non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui reliquisse testatus: Hujus inquam Probi *instituta artium ad Cælestinum*, sive Grammaticarum Institutionum libros duos cum aliis quibusdam vulgaverat Janus Parrhasius Vicentiæ 1509. fol. & Badius Ascensius Parif. 1516. fol. sed in hac editione Putschius multa restituit ex MS. Jacob. Bongarsii. Liber secundus ibi & in summis paginis Putschianæ editionis inscribitur *Catholica*, sive de Catholicis nominum & verborum rationibus. Sic Herodianum Grammaticum Græcum in primo Catholicorum laudat Priscianus lib. 6. pag. 723. Cælestinum alloquitur auctor in versibus operi præmissis, quos in Putschii editione non reperio:

Accipe nostra tuis audacibus edita jussis
Cælestine potens ---- ---- ----

Ejusdem de notis Romanorum interpretandis libellus p. 1494.----1549. *Notæ juris a Magnone collectæ ad Carolum M. Imp.* p. 1542.----1579. *Petri Diaconi de notis litterarum more Romano, liber ad Conradum I. Imp.* p. 1579.----1639. *Notarum Veterum explicatio ex Papiæ Glossario* pag. 1639.----1666. *Notarum juridicarum explanatio ex veteribus membranis* p. 1666.----1683. *Notæ numerorum & ponderum ex antiquo codice* pag. 1683. De Probo & reliquis notarum scriptoribus plura dixi paulo ante ad auctores latinæ linguæ collectos a Dionysio Gothofredo. *Papias* Lexicon Catholicum seu Vocabulistam sive ut a Thoma Bradvvardino appellatur, *elementarium* scripsit circa A. C. 1063. editum est Venetiis Anno 1496. fol. & inter multa vulgaria & inepta passim lectorem præclara quædam docet quæ alibi frustra quæruntur.

Novam.

(a) *Si divinare licet*, inquit Adamus Petri in præfatione, *eum existimaverim Papyrium, qui a Prisciano toties* Papiriani *nomine citatur de re Grammatica: cujus exemplar ex usque Hassia jam exspectamus, donaturi aliquando publice.*

Novam ejus editionem molitus Joannes Lydius, ut è Jo. Isaaci Pontani litteris ad Steph Stephanium refert Tho. Crenius parte XI. animadvers. De hoc Papia (*a*) ejusque interpolatore Nestore Novariensi & aliis glossarum auctoribus semipriscis, Vverdeni gemma gemmarum, Vincentio Bellovacensi lib. 1. speculi doctrinalis c. 49. Britone, Joanne (*b*) de Janua, Simone Januensi, Ugutione sive Hugvitione Pisano &c. Vide Cangium in Prolegomenis ad Glossarium mediæ Latinitatis. Ab eodem petes notitiam ceterorum scriptorum Latinorum mediæ ætatis, quos in hac Bibliotheca prudentes omisimus, & quorum ille luculentum indicem immortali operi suo præfixit; Joannis Reuchlini breviloquum præ ceteris Lexicographis laudat Christianus Daumius cap. 22. libri eruditi de causis amissarum radicum, & a nullo eruditorum laudatum miratur. Habeo vocabularium breviloquum editum Argentinæ A. 1488. minore folio, sed Reuchlini nomen nusquam comparet. Exstat etiam ejusdem breviloqui editio Basileensis, cujus in præf. mentio. * *Papias* elementarii sive lexici scriptor pro ætate sua minime ineruditus, a Trithemio c. 413. de scriptoribus Ecclesiasticis refertur ad A. C. 1200. Sed ipse auctor in voce *ætas*, ubi compendium breve Chronologicum ab Adamo ad suam usque ætatem exhibet, docet se scripsisse sub Henrico, qui post Conradum fuit ab A. 1040. ad 1057. idque probe notavit Albericus in Chronico MS. apud Cangium proœm. in glossar. latin. §. 44. *Elementarium* vocat idem Albericus, itemque Thomas Bradvvardinus & Papias ipse in præf. *Jam vero de hujus artis nomine non prætermittendum videtur: quod quidem etsi olim, quia ad verbi & simpliciter unius alicujus dictionis retinebat interpretationem*, glossarium *vocaretur: jam vero definitionibus & secundum regulas notationibus, sententiis quoque multis ad id genus superadditis, altius atque aptius ELEMENTARIUM, doctrinæ erudimentum nominari poterit. Nec enim parva similitudo erit, cum sicut illius, sic istius infinita fuerit progressio.* Ex Papia non diffitetur in vocabularium suum plura transtulisse *Vincentius Bellovacensis* libro 1. speculi doctrinalis cap. ult. qui & alibi Papiam allegat, sicut & *Nestor* Novariensis passim in suo dictiona-

(a) Papias abbreviatus a Martino de Arenis A. 1307. in Codice Puteano quem memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 45. Papias recte citatur testis a Fureterio in lexico voce *Abadir*, etsi auctor Tomi 16. Bibl. Universal. p. 129. eum reprehendens ait se nescire quis qualisve ille sit: *je ne say qui est ce Papias que l'on cite icy en matiere de mythologie*.

(b) Hie Jo. Balbus de Janua seu Januensis (Genuensis) cum Jacobo de Voragine Januensi sive Genuensi Archiepiscopo neutiquam confundendus, Catholicon suum absolvit A. C. 1286. editum Venet. 1487. Vide Bælii dictionarium Historico Criticum in *Balbus*.

ctionario, nec non Ugutio Pisanus, Episcopus Ferrariensis, qui circa A. 1192 scripsit, Joannes de Janua auctor Catholici: & *Breviloqui* auctor, qui in voce *abolere* mediam in nomine Papiæ producit.

Delet & abstergit, intendit, negligit, aufert,
Hæc abolere notat, Papias sit tibi testis.

Producit etiam auctor versuum, quos Codici Papiæ Aquicinctinensi adscriptos reperit Mabillonius.

Instar apis mella collecta labore decenni
Cunctis Papias ista legenda dedit.

Ad manus mihi est editio rarissima Papiæ & prima Mediolanensis (*a*) A. 1476. fol. (licet parum emendata) per Dominicum de Vespolate cum præmisso Bonini Mombritii carmine, in quo media in Papias rectius corripitur.

Qualia quæ Papiæ licet alta volumina cernis
Confer opus, pretio dignius esse putes.

Composuit illud in usum filiorum suorum, quos Epistola præmissa ita alloquitur: *Filii utique carissimi, debui si potuissem: potui, si meæ voluntati CHristus suæ gratiæ pondus adhibuisset; earundem quas novi literarum disciplinas in præsentia vos edocuisse. At quia aut nostri causa peccati, aut melius providentis Divinæ dispositionis gratia ad præsens sumus remoti, ne videamini filii: si non viva voce, ut debui, saltem ejusdem significatione, ut potui, interim quædam disciplinæ elementa ad vestra erudimenta invenire disposui. Nec vobis solum filiis, sed &c. Nestor Dionysius* Novariensis, Ordinis Minorum, cujus jam supra p. 674. feci mentionem vixit (*b*) circa A. 1400. illiusque dictionarium Ludovico Sfortiæ dicatum prodiit A. 1488. recusum deinde Paris. 1496. nec non Argentorati 1502. & quam editionem ego possideo, 1507. fol. apud Johannem Pruss, ex *Joannis Tacuini* recensione. *Mammotrepti* (*c*) prima editio Moguntina 1470. à Cangio præf. ad glossarium Latin. §. 50. laudatur, nec non Metensis A. 1509. & Veneta A. 1596. Mihi ad manus est excusa Metis 1511. 4. Exstat & Veneta A. 1479. 4. apud Nicolaum Jenson. Auctor hujus libri *Marchesinus* è Regio Lepidi, Ordinis Minor. qui eum absolvit A. 1466, *Joannis Maji* Parthenopœi liber de priscorum proprietate verborum prodiit Neapoli 1475. fol. & Tarvisii 1477. fol.

7. *Pho-*

(a) Hanc secutæ sunt Venetæ 1485. fol. per Andream de Bonetis, nec non 1491. & 1496.

(b) Giornale de letterati d' Italia Tom. 10. pag. 250.

(c) Vide supra & quæ de Catholico Joannis Januensis & de aliis glossariis ac lexicis dixi Illud Catholicon prodiit etiam Norimbergæ A. 1483. & mihi est editio Lugdunensis aucta à magistro Petro Ægidio 1506. fol.

7. *Phocæ Grammatici ars* de nomine & verbo ex Puteani MS. emendata p. 1683. --- 1687. Ejusdem *de aspiratione*, quod primus cum Probi Grammaticis institutionibus vulgavit Parrhasius, p. 1687. ---- 1726. Phocas cum Donato & Aspro juniore per Jo. Cæsarium emendatus prodierat Lipsiæ 1527. 8. * Tres artis Grammaticæ auctores vetusti, *Asper* (a) junior, *Ælius Donatus* & *Phocas* per Joannem Cæsarium tertio recogniti & scholiis illustrati prodierunt Friburgi Brisgoiæ 1533. 8. Phocæ quem Romæ post Priscianum ajunt docuisse, dodecastichon quod arti præmittitur, habes etiam in veteribus Epigrammatibus Petri Pithœi lib. 4. p. 125. In iisdem lib. 2. p. 58. & 60. & 45. seq. quemadmodum etiam in Catalectis Virgilii Poetæ habentur fragmenta ex Vita Poetæ, scripta versibus à Phoca: Prodierat ejus Grammatica etiam cum Diomede aliisque Venet. 1491. 1511. 1522. fol. & Mediolan. 1513. (1515.) fol.

Aspri Junioris Grammatici ars pag. 1726. --- 1735.

7. *Ælii Donati* (b) *ars sive editio prima* p. 1735. ---- 1843. *de litteris, syllabisque pedibus & tonis, editio secunda* pag. 1743. ---- 1767. *de octo partibus orationis*. Leguntur & in Bedæ operibus, statim in limine tomi primi incunabula Grammaticæ artis Donati, sive de partibus Orationis liber 1. per quæstiones & responsiones, & liber 2. p. 14. seq. qui est hic ipse à Putschio vulgatus. *De barbarismo* (c), *Solœcismo*, *Schematibus & Tropis* p. 1767. ---- 1779. Hæc Donati etiam à Cæsario emendata lucem adspexerunt una cum Diomede Colon. 1536. 8. Libellum de octo partibus emendavit & illustravit Henr. Glareanus: Putschius vero omnia ex edit. Basileensi 1527. & Bongarsii libris emendata exhibuit. Exstant præterea Scholia Donati in Virgilii Æneidem & Terentium cum utriusque Poetæ vita, de quibus diximus suo loco. Etiam ad Donatum referri videas argumenta in libros Metamorphoseon Ovidianarum. Fuit Donatus ut est notissi-

(a) Asper Grammaticus antiquior memoratur apud S. Augustinum c. 17. de utilitate credendi & à Charisio ac Prisciano laudatur. Etiam Velius Longus apud Scholiastem Statii Velius Asper Longus.

(b) Donatum passim sequitur Isidorus Hisp. lib. 1. Originum. Ejus schemata Grammaticæ id. lib. 2. c. 21.

(c) *Flodogarium* in Donati Barbarismos, & *Pompeium* in Donatum quo usus est Carrio è Bibl. Coloniensi, Putschius libenter Grammaticis suis adjunxisset, si MStos horum scriptorum Codices nancisci potuisset. *Smaragdi* Abbatis de Etymologia Verbi & in Donatum aliaque ad Grammaticam spectantia memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 44. Donatus de octo partibus & barbarismo ex Jo. Cæsarii emendatione prodiit Colon. 1536. & Lips. 1542. 8. ad calcem Diomedis Grammatici. Donatus de barbarismo, pedibus, tonis. Basil. 1527. 8. cum Victorino de metris &c. Ælii Donati methodus Uratislav. 1539. 8. Francof. 1519. 8. Magdeb. 1585. 8.

tissimum orator & Grammaticus insignis Romanus, præceptor B. Hieronymi, qui eum laudat tum alibi, tum in cap. 1. Ecclesiastici, ubi hoc ejus dictum affert: *Pereant, qui ante nos nostra dixerunt*. Quod hodie incassum quæres in ejus ad Terentium commentariis. Sed non hoc solo argumento constat illa non minus truncata quam interpolata ad nos pervenisse. * *Donati* vitam nactus ex schedis Petri Danielis, qui eam ex veteri Codice Regis Galliæ descripserat, licet otiosi abortum ingenii & nulla fide dignum, insulsumque ac ridiculum, quia brevis est, hoc loco adscribam.

Incipit Vita Donati Grammatici.

FLaccus Rebius Minutio Rutilio salutem.

Rogatus à consodalibus vitam Donati Grammatici breviter commentavi, esset ne cuiquam incognita nobiscum degentium, tibique obtuli legendam. Ita enim se habet ejus vita & conversatio, ut subjecta docet narratio. Donatus natione Romanus, Grammaticæ professionis industria claruit, σύγχρονος *ut fertur Rhetoris Victorini. Hic perpauculo conductus peculio cujusdam viduæ capellas paucinumero pascendas excepit, Septa sibi ab urbe miliario secundo vindicans. Huic operæ pretium infatigatum promulgare labor est. Hic dum in alendis capellis moraretur, æstu, calente tempore, laborabat intolerabili, utpote capillorum ab aure usque ad aurem defensione privatus. Et quia remotior erat à Tiberi, sitim sibi ingruentem lacunis è cloaca fluentibus capellarum quoque temperabat urina. Hiemis autem tempore, solo canente pruina, carice * compacto solabatur tugurio. Frequentius autem humi accubitabat sub divo, permodico obsonatus edulio, quæ nimirum frugalitas non innata sed egestate concreverat. Quia vero effoetis visceribus pæne cutis desuper lapsæ rigebat, frigoris ut vitaret enormitatem, partim teterrima, partim rufa inducebatur pellicia. Oculum autem & juramentum Martis ademit, quod persolvit ut peculatus aboleret infamiam, quadam namque die Æolicum ingressos consistorium digna sibi nacta capillatione cum magno pudore delituit, quem ita quidam græco lepore insultans suapte aggressus est --- quod dicitur Latine,* cede loco rustice modicarum opilio ovium. *Qui maturato rediens, discendæ pueritiæ studens Aedili innotuit Ciceroni, à quo toga donatus est, quod erat signum libertatis. Eadem igitur tempestate Aemilius Senator hominem exivit, cujus in locum pileatus meruit surrogari, & à Cicerone ordinatim sextum in Senatu subiit locum. Igitur quia habitum corporis ejus breviter perstrinximus, libet per singula eum pæne membra designare. Erat quippe statura pusillus, capite rotundo in modum vesicæ porci, capillis admodum rasis & scabiosis atque me-*

melancholico humore madentibus. Facie adeo rustica, uno oculo luscus, altero lippus, collo gracili & grosso, brachiis brevibus & contractis, genibus latis, tibiis oppido curtis & grossis, pedibus latis, & spissis, & quid morandum, omnia habitudine servo consimulis. Hic calaumaco caput fovens, super quavis ratione consultus breviter omnia & furibunde explicabat, ita ut nec quidem à discipulis interrogari auderet. Quocirca dum sæpe furore perstreperet, quippe cui à naso obscœnitas defluebat assidua, Senatu pulsus, cujusdam macellarii famulitio susceptus est. Plura pudet referre. Obiit XIV. Kal. Januarii & projectum est cadaver ejus in fossam quo peregrini aggregabantur.

Explicit Vita Domini Donati Grammatici.

Donatum excusum Moguntiæ A. 1450 & antea etiam Harlemi, sed tabulis ligneis incisis, testatur Mariangelus Accursius apud Angelum Rocham in commentario de Bibliotheca Vaticana edito Romæ 1591. 4. pag. 411. *In tot scriptorum controversia apponere libet quod manu Mariangeli Accursii exaratum in prima Donati Grammatici pagina inveni. Aldus enim junior, vir quidem eruditus & in antiquorum monumentis indagandis accuratissimus, ostendit mihi librum Donati ex membranis confectum & impressum, in cujus priori pagina hæc scripta leguntur:* Joannes Faust, civis Moguntinus, maternus avus Johannis Schœffer excogitavit artem typis æreis, quos deinde plumbeos invenit, multaque ad artem poliendam addidit ejus filius Petrus Schœffer. *Impressus est autem hic Donatus & Confessionalia primum omnium anno* 1450. *Admonitus certe fuit ex Donato Hollandiæ prius impresso in tabula incisa.* Floruit Ælius Donatus (a) Romæ circa A. 350. de quo Godfridus Viterbiensis parte decima sexta Panthei,

Nunc quoque Grammaticæ summus Donatus in arte
Hieronymo (b) cum discipulo docet edere partes.

Donati ars parva Græce versa à Maximo Planude exstat MSta in Bibl. Bodlejana Cod. 71. Barocciano. Libellum Donati de barbarismo cum Prisciano de accentibus habeo ex editione pervetusta sine anni & loci notatione in 4. Donati editio prior & posterior cum aliis Grammaticis edita etiam Venet. 1511. & 1522. fol. & Parif. 1516. fol. Et separatim cum commentario Servii & Sergii Parif. 1543. 8. De Hermanni Buschii commentario in artem Donati de octo partibus, edito 1511. 4. vide Jac. Burckardum in Buschii vita pag. 218. Eadem ars Cracoviæ 1559. 8. excusa cum

(a) Diversus ab hoc & junior Tiberius Claudius Donatus, itidem Grammaticus scriptor vitæ Virgilii, de quo Volum. 1.

(b) Ita legendum, non *Hieronymus*.

Polonica & Germanica interpretatione, & ſine illis, Camerini 1601. 8. Liber de barbariſmo, ſolœciſmo, ſchematibus & tropis, pedibus & tomis emendatior ab Adamo Petri editus Baſil. 1527. 8. & à Jo. Cæſario recenſitus cum Diomede Colon. 1536. & Lipſ. 1542. 8.

8. *Servii Marii Honorati in ſecundam Donati editionem* interpretatio pag. 1779. ---- 1799. Cum Donati opuſculis ediderat Rob. Stephanus, Pariſ. 1543. 8. *De ratione ultimarum ſyllabarum liber ad Aquilinum* pag. 1797. --- 1815. emendatus ex MSS. Bongarſii. Servii MS. caput de accentibus allegatur in Chr. Vvaſii ſenario p. 62. *Ars de pedibus verſuum ſive centum metris* pag. 1815. --- 1826. emendatus ex iisdem MSS. Hoc centimetrum Albino (*a*) ab auctore inſcriptum Aldus Venetiis edidit cum Horatio: Subjicitur etiam operi verſificatorio Jo. Deſpauterii & Jac. Henrichmanni Grammaticis inſtitutionibus Lipſiæ 1510. 4 excuſis. Servium de pedibus verſuum & ſyllabarum quantitate recenſuit Joachimus Camerarius & cum Eutychio Grammatico, Marioque Victorino edidit Tubing. 1537. 4. De Commentariis Servii in Virgilium dixi ſupra ubi de illo Principe Poetarum mihi ſermo fuit. * *Servii* de ratione ultimarum ſyllabarum liber ad Aquilinum, in aliis Codicibus ad Baſilium neſcio quem inſcribitur.

9. *Sergii* Grammatici *in primam Donati editionem* commentarium p. 1826 ---- 1838. Ejuſdem *in ſecundam editionem commentarium* pag. 1838. ---- 1856. Plerique hunc Marium Sergium eundem eſſe putant cum Servio, de quo jam dixi. Ceterum hæc in Donatum commentaria cum aliis quibuſdam antiquis Grammaticis impreſſa fuerant Baſileæ A. 1527. 8. & Pariſ. ap. Rob. Stephanum.

10. *Ars Celdonii* ſive *Celdonii Romani* Senatoris CPolitani Grammatici ex MSS. Franciſci Pithœi in lucem edita p. 1856. --- 1939. Hujus Celidonii nomen Colomeſius p. 295. ad Gyraldum latere putat ſub nomine *Sidonii Grammatici*, cujus fragmentum de vocibus animantum in aliquot gloſſis MSS. Boxhornii legebatur ipſo teſte ad Plautum p. 565. edit 1645.

11. *Maxi-*

(a) Hic videtur eſſe filius Cæcinnæ Decii Albini quem in Saturnalibus ſuis loquentem Macrobius inducit una cum Servio. Confer Seldenum lib. 1. de Synedriis c. 10. & Jo. Andream Boſium de Pontificatu maximo Imperatorum Rom. p. 35. ſeq. Epiſtolam Servii ad Albinum Centimetro præmiſſam à MS. Vaticano vulgavit Philippus Labbeus T. 1. Bibl. nov. MSS. p. 668. *Clariſſimo Albino Servius Grammaticus Tibi hunc libellum, prætextatorum decus Albine. Nam licet Patris Avique quibus maximam reverentiam littera debent quotidie urgearis exemplo, ibique pubeſcas quo calle ad Muſarum ſacra venitur, non tamen cœlo ſuo tantum Numina perfruuntur. Sæpe humiles locos ac vilia pauperum tecta ſubierunt. Quare laboris mei velim faveas voto, indulgeas audaciæ. Quod ſi ſecus ceſſerit, in cupiditatem devotionis interpretabor eventum nocendi. Vale.*

11. *Maximi Victorini de re Grammatica* ſive *de Orthographia* liber p. 1939.----1955. Ejuſdem *de carmine Heroico* p. 1955.--- 1963. *De ratione metrorum commentarius* p. 1963.----1975. Prodierat una cum aliis Baſil. 1527. 8.

12. *D. Aurelii Auguſtini* Hipponenſis Epiſcopi *de re Grammatica liber* pag. 1975.----2018. In editionibus incipit his verbis: *Omnia nomina tredecim*. Quod convenit cum principio libri de Grammatica, quod Auguſtinus ipſe confirmat l. 1. c. 6. Retractationum. At Benedictini in noviſſ. Auguſtini edit. T. 1. teſtantur verba illa libro de Grammatica qui hodie fertur recens præfixa eſſe, neque in MSS. (*a*) reperiri: Pluribus iidem argumentis confirmant, eum non eſſe Auguſtini, adeoque in Appendicem tanquam ſpurium retulerunt.

13. *Ars P. Conſentii V. C. de duabus orationis partibus nomine & verbo* p. 2018.----2075. ex MS. Bongarſii, plus dimidia parte auctior, quam olim edita fuerat a Jo. Sichardo Baſil. 1528. 4. A Franciſco Robortello etiam vulgatum, in Epiſtolis MSS. ad Putſchium tradit Andreas Schottus. Hunc Conſentium viri docti appellant Grammaticum CPolitanum: Fuit & Conſentius ad quem exſtant Sidonii Apollinaris Epiſtolæ. * *P. Conſentii* artem habeo editam a Jo. Sichardo Baſileæ 1528. 4. in volumine quod inſcribitur *Diſciplinarum liberalium orbis*, & præter hunc Conſentium continet Caſſiodorum de Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Geometria, Muſica & Aſtronomia: cum Apuleji (non integro) libello de ſyllogiſmo Categorico ex Bibl. Heresfeldenſi, & Cenſorino de die Natali. Conſentium in hoc Codice manu ſua ex MSto Bongarſii emendavit pluribus locis, & ſupplevit Putſchius, ſicut de inde emendatum ſuppletumque exhibuit in ſua editione, titulum tamen in illa non appoſuit qui in MSto hic eſt: *Incipit ars Conſentii Viri Clariſſ. Quinti Conſularis quinque Civitatum, de duabus partibus Orationis nomine & verbo*.

14. *Flacci Alcuini ſive Albini* Caroli M. Imp. Magiſtri *Grammatica* p. 2075.----2143. Præter hanc Grammaticam & dialogum de Rhetorica ex libro Alcuini de ſeptem artibus nihil fere exſtat. Inſerta poſtea eſt reliquorum Alcuini operum collectioni ab Andrea Quercetano Pariſ. 1617. fol.

15. *Eutychis Grammatici diſcipuli Priſciani de diſcernendis conjugatio-*

(a) Tillemontius in vita Auguſtini Gallice edita ſive T. 13. memor. Eccleſiaſt. obſervat. Benedictinos alibi negare ſe ullos hujus libri MStos Codices uſquam vidiſſe. Grammaticum tamen hunc librum Auguſtino ipſe quoque abjudicat tum propter alias rationes, tum quod per dialogos ſcriptus non eſt quod de ſuis affirmat Auguſtinus.

gationibus libri II. ex MS. Wovverii aucti & emendati p. 2143.—2191. prius legebantur ex edit. Joachimi Camerarii Tubingæ 1537. Ex hujus Eutychis de aſpiratione quædam leguntur apud Caſſiodorum cap. IX. de Orthographia.

16. *Cornelius Fronto* de differentiis vocabulorum p. 2191.—2203. Ediderant jam ante G. Fabricius, Lucas Loſſius &c. * *Cornelium Frontonem* de differentiis vocabulorum ediderunt cum aliis Grammaticis Veneti 1511. & 1522. fol. Jo. Theodorus Bellovacus Pariſ. 1516. fol. & Adamus Petri Baſileæ 1527. 8. Inde uberiorem hujus argumenti collectionem dedit poſt Lucam Loſſium, Francof. 1566. 8. Georgius Fabricius Lipſiæ 1569. 8. quæ inſcribitur: Grammaticorum veterum libelli de proprietate & differentiis ſermonis Latini, *Cornelii Frontonis*, (a) *Nonii Marcelli*, *Agrætii*, *Aelii Donati*, *Aruntii Celſi*, *Fl. Soſipatri Chariſii*, *Q. Aſconii Pædiani*, *Marii Servii Honorati*, *Sex. Pompeji Feſti*, *M. Terentii Varronis*, *Q. Terentii Scauri*, *Agelli Vocum aliquot apud Terentium explicatio è veteribus membranis*. Hæc collectio deinde Jacobo Fabricio Georgii filio curante iterum prælis exiit Lipſiæ 1610. 8. Subjuncta etiam eadem eſt Iſidori Hiſp. Originibus a Bonav. Vulcanio, & auctoribus Latinæ Linguæ a Dionyſio Gothofredo, ut notavi ſupra pag. 437. De ejuſdem *Iſidori* tribus differentiarum libris, & quod primus ex *Agrætio* magnam partem ſit expreſſus, dixi ſupra p. 441. & de recentibus differentiarum ſcriptoribus Popma & Achrelio p. 442. Iſidori illud ſcriptum ex Codice Petri Danielis minus emendate editum a Margarino de la Bigne inter opera Iſidori Pariſ. 1580. Vide Barthium lib. 32. Adverſar. c. 6. & lib. 39. cap. 14. deinde meliorem ἔκδοσιν Madriti A. 1599. curarunt Petrus Pantinus

(a) De Cornelio Frontone Oratore, M. Antonini & Veri magiſtro, cujus ſermonibus puriſſimis bonarumque doctrinarum plenis frui ſolitum ſe memorat Gellius XIX. 8. Vide ſis Auſonium pag. 714. Gatakerum ad Marcum Antoninum lib. 1. c. 11. & quæ viri docti ad Capitolinum c. 2. M. Antonini, ac Minucium Felicem c. 9. & 31. nec non Triſtanus T. I. Hiſtoriæ Imperatorum ex numis illuſtratæ, pag. 622. ſeq. & Sirmondus ad Sidonii lib. 1. Epiſt. 1. ubi mentio Frontonianorum, qui hunc nempe Frontonem dicendo æmulabantur. Præter hunc τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν τοῖς λόγοις φερόμενον alii fuere Frontones, ut Fronto Catius de quo Plinius lib. 6. Epiſt. 13. Papyrius Fronto JCtus, ſub Hadriano Imp. & Fronto Emeſenus Orator ſub Severo Athenis de quo Suidas: Marcus Fronto conſularis (tertium conſul ſub Trajano) apud Gellium II. 26. ne dicam de T. Aufidio Frontone, Q. Pachumejo Frontone & M. Aufidio Frontone quorum itidem in faſtis Conſulum Romanorum mentio: aut de Julio Frontone apud Tacitum, Martialem & Juvenalem, vel de Frontone arthritico apud Artemidor. IV. 24. de Frontonibus bene multis quorum antiquæ inſcriptiones meminere, aut de Frontone Phaſelidis Epiſcopo qui interfuit A. C. 451. Concilio Chalcedonenſi: aut denique de Frontone quem à S. Petro Apoſtolo baptizatum ad Petrogoricam civitatem & ordinatum Epiſcopum fabulantur, de quo vide Vincentium Barralim de Lirinenſibus ſanctis p. 156. ſeq.

tinus & Rolandus Vicelius, de qua Nic. Antonius Tom. 1. Bibl. Hispanæ veteris pag. 253. Inde emendatius etiam legitur in operibus Isidori Hisp. recusis Parif. 1602. & Coloniæ 1617. fol. ex recensione Jacobi du Breul.

17. Incerti *de differentiis vocum*, editus ex MS Bongarsii p. 2203.---2214. Hæc utraque opuscula inter auctores latinæ linguæ edidit etiam Dionysius Gothofredus Genev. 1602. 1622. 4. & cum Isidori originum libris Bonaventura Vulcanius Basil. 1577. fol.

18. *Velius Longius* (a) *de Orthographia* p. 2214.---2239. a Scholiaste Statii ad lib. 2. Achilleidis v. 41. Velius Asper Longus appellatur. Prodierat Romæ primum 1587. 8. deinde cum Fulvii Ursini notis ad Servium, Cassiodoro de Orthographia & aliis quibusdam ex officina Sanct Andreana A. 1589. 8. In castigationibus sive notis ad Longum quas Commelinus subjecit, profitetur se adjutum a Francisco Junio. * *Velius Longus* Romæ primum editus a Fulvio Ursino 1587 8. sed longe prius tritus viris doctis, ut testatur Jo Baptista Pius annotationum posteriorum (b) capite 4. ubi *Verrium Longum* appellat. *In lucem*, inquit, *è pulvereo latibulo extractus pridem a viro literatissimo Georgio Merula, qui Mediolani docuit. Copia Verrii hujus Merulæ contigit ex libraria Bobiensi*, (c) *characteribus Longobardis ferme exolescentibus in scripturam Romanam reformatis. Ad me venit id opusculum munere Alexandri Gabuardi Parmensis, auditoris mei, cum publice Mantuæ docerem, juvenis antiquitatis studiosissimi*. Ante Hadriani imperium floruisse hunc Velium Longum notavit Norisius in Orthographia pag. 135. edit. Witeberg. Citatur a Charisio, Cassiodoro &c.

19. *Flavii Capri* Grammatici vetustissimi de *Orthographia libellus*, ex MSS. Bongarsii restitutus p. 2239.---2246. Ejusd. *de verbis dubiis* primum editus ex MS. Bongarsii p. 2247---2250. Hunc Caprum Agroetius multis litterarum operibus celebratum & in commentando Cicerone præcipuum vocat. Meminit & Hieronymus 2. in Rufin. *quia in Capri commentariis hujuscemodi figuram reperit*. Capri Orthographiam memorat Lupus Ferrariensis Epistola 20. * Fl. *Caprum* Grammaticum laudat etiam Charisius: Ejus libros enucleati sermonis & dubii generis Servius in X. Æneid. Pauca illa quæ hujus Capri restant ediderant Veneti 1491. 1511. 1522. fol. & Parisienses 1516. fol. cum aliis quibusdam Grammaticis.

(a) Ex hoc pleraque repetit Isidorus lib. 1. cap. 26. Originum.
(b) Tomo 1. Lampadis artium Gruterianæ pag. 396.
(c) Vide infra, p. 475.

20. *Terentii Scaurii* (*a*) *de Ortographia* ad Theſeum, ex libro Bongarſii, notis Ranconeti & Petri Scriverii reſtitutus p. 2250.---- 2266. * Q. *Terentium Scaurum* de orthographia Adamus Petri Baſil. 1527. 8 vulgavit ex MS. Codice Lauriſſano, quem communicavit cum eo Johannes Sichardus. Scaurus iſte Hadriani Imp. tempore clarus Grammaticus Gellio & Auſonio laudatus.

21. *Agroetius de Orthographia, proprietate & differentia Sermonis* ad Eucherium Epiſcopum, veluti ſupplementum libri Capri ejuſdem argumenti, recenſitus ex MS. Bongarſii p. 2266. 2275. Prodierant cum iiſdem originum Iſidori libris ex editione Vulcanii.

22. *Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris* de *Orthograpaia liber* p. 2275 --- 2322. cum Velio Longo aliiſque lucem adſpexit in officina Sanct.Andreana A. 1589. 8. in qua editione Commelini etiam caſtigationes ſive notæ breves adjectæ ſunt. Edidit & Lud. Carrio apud Plantin. Hunc vero librum ex variis Grammaticis collegit & Anno ætatis 93. edidit Caſſiodorus. Nomina veterum Grammaticorum ſunt: Annæus Cornutus, Velius Longus, Curtius Valerianus, Papyrianus ſive Papyrius Prætextatus, Adamantius Martyrius, Eutyches, Cæſellius Orthographus, Lucius Cælius Vindex, Priſcianus. Laudat etiam Terentium Varronem, Donatum & Phocam. *Ejuſd. de arte Grammatica, ad Donati mentem, fragmentum* p. 2322.----2327. Ex libro de ſeptem diſciplinis, vulgatum quondam ſeorſim a Jo. Sichardo cum Conſentio Baſil. 1528. 4. ut editiones inter reliqua Caſſiodori opera omittam. * *Caſſiodori* librum de Orthographia primus Plantinianis typis A. 1579. 8. in lucem dedit Ludovicus Carrio cum epitome Orthograpiæ Aldi Manutii.

23. *Beda* Sacerdos *de Orthographia* ex MS. Bongarſii primum editus p. 2327.---2350. diverſus a libello ejuſdem argumenti, qui Bedæ vulgo adſcriptus inter ejus opera ſæpius prodiit, & infra a Putſchio exhibetur. Ejuſdem *de metrica ratione liber unus* p. 2350.----2383. qui ſimiliter inter ejus opera non ſemel lucem adſpexit.

24. *Terentiani Mauri* (*b*) *de litteris, ſyllabis, pedibus & metris carmen* ad Baſſinum filium & generum Novatemum (vide v. 278.) omni elegantiarum genere conditum & amabili quadam ingenii amœnitate temperatum, vario poematis genere p. 2383.---2450.

Incer-

(a) Scaurum una cum Harmonio, Clarano, Aſpro & Varrone laudat Auſonius Epiſt. 18. Clarani, mentio etiam apud Senecam Epiſt. 67. & Martialem X. 21. una cum Modeſto.

(b) Carthaginienſem eſſe negat T. Faber ad Longin. Maurum Patria ſe ipſe fuiſſe docet p. 87. edit. Briſſæi:

Maurus item quantos potui cognoſcere Grajos?

Incertum utrum hic sit Posthumius Terentianus, cui Longinus dicavit librum suum aureolum de sublimi dictione, vel quem Syenes (*a*) in Aegypto præfectum celebrat Martialis lib 1. Epigr. 87. Etsi utrumque videtur Vossio lib. de Poetis Latinis. Equidem si Septimius Poeta, cujus plus simplici vice Terentianus meminit, idem sit cum Septimio Severo, ad quem exstat carmen Lyricum in quarto Sylvarum Statii (ita persuasum Gyraldo dial X. de poetis) Martialis ætati propiorem oportet esse Terentianum: non diu enim post hunc Septimium scripsisse se duobus locis significat.

Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper.

Atque iterum:

Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella,
Nam melius nostri servarunt metra minores,
Septimius docuit quo ruris opuscula libro &c.

Cæterum Carmen illud Terentiani sæpius prodiit tum seorsim tum in corpore Poetarum. Exstat etiam cum Scholiis Nicolai Brissæi, Jacobi Petrevini &c. Prima Terentiani editio cum Ausonio lucem adspexit Mediolani A. 1497. fol. Emendavit post Georgium Merulam, Janum Parrhasium & Nic. Brissæum, Jacobus Micyllus Francof. 1584. 8. * *Terentiani* Mauri meminit S. Augustinus VI. 2. de Civitate DEI: *Iste igitur vir tam insignis excellentisque peritiæ, & quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breviter ait, Vir doctissimus usquequaque Varro.* Idem libro de utilitate credendi cap. 17. *Nulla imbutus poetica disciplina, Terentianum Maurum sine magistro attingere non auderes. Asper, Cornutus, Donatus & alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet Poeta possit intelligi.* Mentio etiam apud Ennodium lib. VIII. Epistola 29. & apud Victorinum libro tertio de metris, qui Terentiani vestigiis libenter insistit, pag. 2578. pro *Anniano* legendum *Terentianus*, ex quo etiam Septimii Sereni illud affert:

Quando flagella ligas, ita liga,
Vitis & ulmus uti simul eant.

Apud Terentianum est, *quando flagella jugas, ita juga*, quod præplacet. Citatur etiam Terentianus Maurus de literis a Rabano Mauro de arte Grammatica Tom. 1. pag. 39. Primus ejus librum in Bobiensi monasterio A. 1494 reperit (*b*) Georgius Merula, editque Mediolani 1497. fol. per Uldericum Schinzenzeler: Hieronymo Commelino autem debetur editio Heidelbergensis 1584. 8. ex officina

(a) Sane in fronte editionis Parisiensis ap. Simonem Colineum A. 1531. 4. cum notis Nic. Brissæi Montivillarii dicitur *Terentianus Maurus Niliaca Syenes præfectus.*

(b) Giornale de' letterati d' Italia T. 17. p. 304. Infra p. 475.

officina Sanctandreana, quam Putschius est secutus, junctos habens cum brevibus Commelini notis, *Marii Victorini* quatuor libros de quibus dixi supra & Servii de pedibus versuum, accentibus & quantitate Syllabarum libros duos.

25. *Ars Grammatica Marii Victorini de Orthographia & ratione metrorum* p. 2450. --- 2623. cum Eutyche Grammatico prodierat (*a*) Tubing. 1537. 4. ex edit: Jach. Camerarii & Basil. 1527. 8. cum aliis Grammaticis. Edidit & cum Mauro Commelinus; ejus editionem Putschius secutus fuit.

26. *Marii Plotii* (Sacerdotis ut vocatur in MS Isaaci Vossii) *ad Maximum* Simplicium Cl. V. *de metris liber* ex MS Andreæ Schotti & Jo. Vvovverii primum editus p. 2623 --- 2663. Habuit & MS. Hadrianus Junius, ut refert ipse notis ad emblemata sua, eumque editurum promisit in literis ad Georgium Fabricium inter Junii epist. p 457. Marii Plotii editionem curare voluit etiam Josephus Scaliger.

Ars Cæsii Bassi de metris p. 2663. --- 2671.

27. *Attilii Fortunatiani* (b) *ars & de metris Horatianis*, p. 2661. --- 2706. Fragmentum hujus Fortunatiani de metro Sotadeo occurrit in Grammaticis institutionibus Aldi Manutii.

28. *Commentarium Rufini* V. D. Grammatici Antiochensis *in metra Terentiana* ex MS. Scaligeri restitutum p. 2706. - - 2715. Sæpenumero prodiit cum Prisciani operibus. Ejusdem alia quædam leguntur inter Rhetores antiquos Francisci Pithœi. Crediderim etiam ejus Rufini esse fabulam Pasiphaes metris omnis generis Horatianis elaboratam, & à Cruquio primum editam.

29. *Censorino adscriptum fragmentum de metris* p. 2715. --- 2727. Lud. Carrio primus à Censorini libro de die Natali separatim edidit Paris 1583. ut supra lib. 3. dixi. Censorinum inter Grammaticos laudat Cassiodorus.

30. *Ambrosii Macrobii Theodosii de differentiis & societatibus Græci latinique verbi libellus* p. 2727. --- 2775. tantum excerpta quædam sunt ex Macrobii opere à Joanne quodam, forte *Erigena* sive ut rectius dici notat ad Jamblichum Galeus, *Herulo* sive *Heruligena Scoto*, ita enim suspicabatur P. Pithœus & post Pithœum Vossius in Aristarcho. Vide, si placet, quæ supra lib. 3. in Macrobio.

31. *Libel-*

(a) *Maximum Victorinum* Grammaticum a Mario Victorino Rhetore diversum edidit Joachimus Camerarius cum *Eutyche* & Servii opusculis, Tubing. 1537. 4. recusum 1584. 8.

(b) Gyraldo dialogo 2. de Poetis dicitur *Donatianus*. Apud Vossium vero de Poetis Græcis p. 65. male editum est, *Atilius Fortunatianus de arte Medica*, pro *Metrica*. Etiam Mallii Theodori librum MS. de metris memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 64.

31. *Libellus Bedæ vulgo inscriptus de Orthographia* p. 2775. -- 2803. aliquoties editus inter Bedæ Venerabilis opera T. 1. p. 53. seq. Denique succedunt *Indices* auctorum à Grammaticis in testimonium citatorum, vocum Græcarum, rerumque & verborum.

* Grammatici veteres Venetiis sine anno editionis apud Nic. Jensonum vulgati memorantur in Bibl. Hohendorfiana pag. 229. Raph. Volaterranus sub finem libri quarti Commentariorum Urbanorum testatur Grammaticos quosdam veteres cum aliis scriptoribus eximiis Latinis A. 1494. repertos in Bobiensi monasterio, in quibus sunt quidam in hunc usque diem adhuc inediti. Verba ejus hæc sunt: *Bobium ad Apennini juga situm, ubi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum exstructum. Hic anno MCCCCLXXXXIIII. hujuscemodi libri reperti sunt.* Rutilius *Naumatianus* (a) *Heroicum* Sulpitii (b) *carmen LXX. Epigrammata.* Terentianus Maurus *de litteris & syllabis, & metris omnis generis.* Cæsius Bassus: Velius Longus *de Orthographia*: Adamantius Martyrius *de B littera & muta V vocali.* Probi *Catholica.* Cornelii Frontonis *elegantiæ Latinæ.* Sergius *Grammaticus de littera. Liber persimilis Julio Polluci de vocabulis rerum, sed hoc amplius Latina Græcis vocabulis respondent.* Casuus Sacerdos *de octo partibus Orationis. Paraphrasis super sex Virgilii libris. Trium eclogarum Virgilii enarrationes.* Dracontii *varium opus.* Prudentii *hymni. Computus (sic est inscriptus) Græcorum & Latinorum. Alter liber, computus digitorum inscribitur.* Agenius Ubrecus (c) *de controversiis agrorum.* Higinus *de limitibus agrorum & metatione castrorum,* Baldus *de nominibus mensurarum.* Vitruvius *de hexagonis, heptagonis & id genus.* Frontinus *de qualitate agrorum. Cæsarum leges agrariæ & Coloniarum jura: quorum bona pars his annis proximis à meo municipe Thoma Phædro, bonarum artium professore est advecta in Urbem.* Hæc Volaterranus.

P. NIGIDII FIGULI Romanorum post Varronem doctissimi, qui Astrologiæ etiam peritus, Augusto ea die qua natus est, prædixit Imperium, fragmenta collegit & variis suis lectionibus inseruit Janus Rutgersius lib. III. c. 16. In his est libellus de tonitruum per singulos menses atque dies significatione, quem è latino pridem Græce vertit Jo. Laurentius Lydus Philadelphiensis: Lydi versionem è Codice Palatino descriptam Rutgersio ut ederet concessit Jo. Meursius, quem vide notis ad Leonis Tactica p. 447. De Nigidio consulendus etiam Paulus Manutius ad lib. IV. Epist. 13. Ciceronis ad familiar. & quæ supra lib. 3. dixi in Firmico & lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 20. p. 513. Unde Figuli

(a) Numantianus. (b) Sulpiciæ. (c) Aggenus Urbicus.

guli nomen tulerit Nigidius, docet Augustinus V. 3. de Civitate DEI.

Laurentius Antiquus Leontinus, cujus libri III. Institutionum Grammaticarum prodiere Patavii A. 1601. 8. recens scriptor est, etsi nomen ejus Josepho Quesnello errandi ansam dedit, ut antiquis illum Grammaticis accenseret in Catalogo Bibl. Thuaneæ.

SCRIPTORUM ET Librorum Nomina quæ ab his Auctoribus referuntur.

Ex editione Putschiana.

Helvius

(a) Charisius docet Varronem, Ciceronem aliosque dixisse *poematorum*, pro *poematum*.

unde-

Tri-

Septi-

CAPUT VIII.

DE ANTIQUIS RHETORIBUS Francisci Pithœi.

ANTIQUI RHETORES è Bibliotheca Francisci Pithœi (*a*) Paris. 1599. 4. junctim editi hi sunt:

1. *Ex P. Rutilii Lupi* (*b*) de figuris sententiarum libris II. excerpta p. 1.—12. * Alius a Rhetore & antiquior P. Rutilius Lupus, quem perstrinxit Lucilius. Vide Dousam ad Lucilii fragmenta pag. 110. 136. Basileæ apud Frobenium 1521. 4. Beato Rhe-

(a) Veterum editionum lectiones sæpe mutavit Pithœus, & aliquando in pejus: Ut adeo editio ista sic absque notis & mutationum rationibus edita pro manca habeatur a Barthio p. 2576. Adversar. In præfatione quidem hæc legas: *Oscitantes typographorum opera comtissimos & emendatissimos Pithœi cura auctores mendis non paucis inquinaverunt. Imo Pithœana quoque autographa inter illos deposita malum strangulata sunt, ut inde multa sibi toto hoc opere dispersa flagitia exhiberi minime potuerint.* Idem notat p. 159. ad Claudianum.

(b) E Jac. Thomasii programmatis p. 276. patet illum virum doctissimum non indiligentem operam impendisse emaculando & illustrando huic Rhetori, edito primum (ut rescire potui) Venet. 1519. 8. Quintilianus IX. 2. ait Lupum quatuor Gorgiæ libros (non veteris Leontini illius, sed alius sui temporis) in unum contraxisse. Non igitur ab ipso Lupo distributio in duos libros est, quod Vossio etiam animadversum p. 94. de Rhetorices natura & lib. V. instit. Or. p. 289. Ad illud Gorgiæ opus Græcum, ubi pluribus unius cujusque ratio reddatur, lectorem remittit Lupus p. 10. edit. Pithœi, quod tanto magis noto, quia Barthius indicem scriptorum a Lupo laudatorum texens lib. 55. Adversar. c. 1. Gorgiam omisit. Callinicus Sophista scripserat ad Lupum (alium a nostro) περὶ [illegible] teste Svida. Plures Rutilii Lupi nomine olim celebres referuntur a Glandorpio p. 754. Onomast. Vide & Jac. Thomasii diss. de nominibus & insignibus Lupinis, Lips. 1667. Quintilius Rufus recusus etiam Lugd. 1536. 8.

nano curante lucem vidit volumen hoc titulo : *Veterum aliquot de arte Rhetorica traditiones* cum Jo. Frobenii præfatione. In illo volumine continentur ; 1) *Rutilius Lupus*. 2) *Romanus Aquila*. 3) *Julius Rufinianus*. 4) *Sulpicius Victor*, 5.) Auctor incertus de Rhetorica, Incipit, *omnes res juxta Rhetoricæ indagationem*. 6) Aurelii *Augustini* de pedibus & metris libellus. 7) *Emporii* Rhetoris de ethopœia & loco communi ; & de demonstrativa ac deliberativa specie, liber. Et post Latinos hosce, 8) Aphthonii Græci Rhetoris præexercitamenta, Joanne Maria Catanæo interprete.

2. *Aquilæ Romani de figuris sententiarum & elocutionis ex Alexandro* (a) *Numenio liber* p. 13.-23.

3. *Julii Rufiniani de eodem argumento quæ Aquila prætermisit* p. 24.---- 38. Hi tres scriptores cum aliis quibusdam Rhetoribus antiquis latinis editi sunt è codice Spirensi a B. Rhenano Basileæ Anno 1521. 4. ap. Froben. Hinc Venet. 1523. (*b*) fol. & 1533. 8. apud Aldum cum Rhetoricis Trapezuntii & Fortunatiano de quo mox dicam : & Paris. 1528. 4. ap. Rob. Stephanum, cum Sulpicio Victore, incerto de Rhetorica, Emporio & Aphthonio, atque Argentorat. 1539. 8. Parallelismum figurarum e Lupo, Aquila, Rufiniano & Quintiliano in duplici tabella exhibet Franciscus Robortellus lib. de artificio dicendi, Bonon. 1567. 4.

4. *Chrii vel Curii Fortunatiani* (c) *Consulti artis Rhetoricæ scholicæ libri III. per quæstiones & responsiones* 38.---78. Hos libros post Basileensem ac Venetam editionem recensuit P. Nannius Lovan. 1550. 8. cujus hæc sunt verba in præf. *Cum nuper anxie disquirerem quemnam potissimum ex Rhetoricis domi meis privatim prælegerem, & Quintiliani prolixitatem horrerem, nec liber ad Herennium satis habere compendii videretur : incidi tandem in*

scholia

(a) De hoc Alexandro, cujus liber de figuris Græce exstat, quemadmodum & de aliis Rhetoribus Græcis dixi libro IV. Bibl. Græcæ.

(b) Venetiis 1529. fol. *Julius Rufinianus* excusus cum *Aquila*, *Lupo*, *Prisciani* exercitamentis ex Hermogene, *Chirius Fortunatus*, Græcorumque Aristotelis & Aphthonii, nec non receptis scriptoris Georgii Trapezuntii Rhetorica.

(c) *Portunianum* male vocat Jo. Sarisberiensis VIII. 6. seq. Policratici atque inde Durantius Casellius in Variis lect. *Consultus Chirius* Rhetor dicitur Scaligero V. de emendat. temporum p. 483. Intercidisse putabat Jac. Durantius Casellius II. 6. Variar. reprehensus a clariss. Crenio XIV. animadvers. p. 81. ubi è Jani Parrhasii Epist. 57. profert verba quibus testatur in antiquo Codice pro *Chirio Fortunatiano* legi *Chria Fortunatiani*. Et ex personati Oporini Grubinii Amphotidibus Scioppianis Paris. 1611. 8. editis p. 141. *Dolet Scioppio quod non eadem felicitate in Chirio Fortunatiano ex ungulis Gifanianis reglutinando & publicæ utilitati redonando usus fuerit ; nam eum scriptorem nunquam editum, a Theodoro Zuvingero Giphanius obligatæ editionis fide acceperat*. Parum quidem latinus scriptor, sed nequaquam ineptus pro tempore quo vixit, dicitur hic Fortunatianus a Jo. Clerico V. C. parte I. Artis Criticæ p. 440.

scholia Fortunatiani, in quibus ille summa cum luce nec minori brevitate omnia technica tum Latinorum tum Graecorum rhetorum in unum contulit, & quae ex Hermogene, Dionysio Halicarnasseo, Demetrio Phalereo vix transferri posse videbantur, claris & vividis vocabulis latine expressit, adeo ut qui se eorum virorum interpretem velint, necessario hunc legendum habeant, in qua parte sibi nec Trapezuntius nec Theodorus Gaza defuerunt, qui utinam plura ab eodem auctore mutuare potuissent, profecto res suas & distinctiores & clariores effecissent. Caeterum dum huic castigando operam impendo, (maculosus enim & mutilus in lucem exierat) opportune in mentem venit similia & ejusdem generis apud B. Augustinum reperiri. Hic dum utriusque rhetoricam confero, video illis plerumque & verbis & sententiis convenire. Procedo ad Dialecticam utriusque, nihil omnino varietatis deprehendo. Miror quid acciderit, ut quae vel Fortunatiani ad Augustinum: vel quae Augustini ad Fortunatianum transierint, nisi fortasse alter alterius Praeceptor fuerit, & Magistri traditiones ut fieri solet suis libris impresserit. Utut est, id liquido affirmare licet, id opus aut vere esse Augustini, aut dignum Augustino. In hoc erudito opere Fortunatianum, qui Maximi etiam & Balbini & Pupieni vitas scripsit teste Capitolino, Hermagoreorum doctrinam plane expressisse notat Vossius p. 18. de Hist. Latinis. Vide & Francisci Hottomanni JCtum sive de optima ratione juris interpretandi, quo libro excerpta è Fortunatiano exhibet inter alia, eaque valde commendat JCtis. * In Epigrammatibus Vett. Pithoei lib. IV. pag. 124. haec leguntur in *Curii* sive *Chirii Fortunatiani* Rhetoricam:

Quisquis Rhetorico festinat tramite doctus
Ad leges & jura trahi, bene perlegat artis
Hoc opus, & notum faciet per compita callem.

Gifanius in Justiniano, ubi recenset scriptores aliquot, qui Justiniani aevo claruere, addit, *& Fortunatianus, cujus poemata habeo manuscripta*. Nescio, inquit Barthius litteris ad Daumium, *sit ne ille Chirius Consultus Fortunatianus, cujus habemus Dialecticam absque anno impressionis, charactere veteri exscriptam* in 4. Exstat etiam hic libellus inter Opera Augustini Tom. I. pag. 261. & utique est Augustini, sed e Fortunatiano qui Justiniani aetatem longe antecessit, excerptus. Prodiit Fortunatiani Rhetorica etiam Argentinae 1568. 8. cum praef. Valentini Erythraei. Casaubonus ad Capitolini Maximum & Balbinum pag. 138. *Legi nuper ap. Virum doctum, editam olim in Italia hujus Fortunatiani historiam fuisse. Tamen Transalpinorum neminem esse puto, qui unquam viderit.* Onufrius Panvinius in Commentario ad fa-

ſtos Romanos pag. 265. *Chyrius Fortunatianus V. C. Afer cujus Hieronymus (a) & ab eo Sophronius meminere, rationem inveniendi indictiones annuas conſcribens, nullam earum originis mentionem facit*. Scriptum illud vidiſſe ſe negant Petavius XI. 41. doctrinæ temporum, & Tillemontius Tom. 4. Hiſtoriæ Imperatorum pag. 230.

5. *Marii Victorini* Rhetoris urbis Romæ *expoſitio in I. & II. Rhetoricon Ciceronis* pag. 79.----239. Hæc ſæpe edita fuit cum ſeorſim, tum libris Ciceronis Rhetoricis adjecta in fol. De hoc Victorino Afro vide Launojum p. 51. ſeqq. diſſertationis de Victorinis. Utrum Hieronymi præceptor fuerit dubitat Huetius p. 234 de claris interpretibus. Alia ejus Scripta recenſet Clariſſ. Caveus in ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Quatuordecim genera definitionum ex hujus Victorini libro ſingulari ut ſuſpicor de definitionibus abbreviata refert Iſidorus Hiſp. lib. 2. Orig. cap. 29. Idem cap. 25. ait Porphyrii Iſagogen a Victorino Oratore in latinum translatum fuiſſe & cap. 28. laudat librum Victorini de ſyllogiſmis hypotheticis. * *Victorinus* in Rhetorica Ciceronis editus etiam Pariſ. an. 1599. apud Ambroſium Droartum. Illius operis meminit Caſſiodorus in Rhetorica & Gerbertus ſive Sylveſter ſecundus Epiſtola 130. Emendationes in Victorinum *Marini Becichemi* Scodrenſis occurrunt in ejus Centuria prima Epiſtolicarum quæſtionum pag. LXXX. ſeq. cap. pag. 17.----29. Venet. 1506. fol. Librum Victorini de ſyllogiſmis hypotheticis memorat idem Caſſiodorus lib. de Dialectica. Vide & quæ ſupra in Cicerone dicta ſunt & in Boethio.

6. *Sulpicii Victoris* ad M. Silonem generum *inſtitutiones oratoriæ* è Zenonis Rhetoris præceptis maxime collectæ, ut ipſe initio libri teſtatur, & Zenonem iterum citat p. 247. 262. Has a Nic. Fabro Pithœus accepit, recognitas cura Æmari Ranconeti p. 240.----275. Prodierunt una cum aliis Rhetoribus antiquis latinis e MS. Spirenſi cura B. Rhenani Baſil. 1521. 4. apud Frobenium & Pariſ. 1528. 4. ubi etiam *auctor incertus de Rhetorica* ſive *de locis Rhetoricis*, qui in Pithœanæ collectionis titulo laudatur, nec deſideratur in libro ipſo, ſed alio quam titulus indicat loco exhibetur, ſtatim nempe poſt Sulpicium Victorem p. 275.--278.

7. *Emporii Rhetoris de Ethopœia ac loco communi liber* p. 278.---283. Poſt Caſſiodorum vixiſſe colligit Voſſius quem vide lib. de Rhetoricæ natura p. 95. Ejuſdem *præcepta demonſtrativæ materiæ & de*

(a) Hieronymo de Scriptoribus Eccl. c. 97. ſermo eſt de Fortunatiano Afro, Aquilejenſi Epiſcopo; ejuſque commentarios in Evangelia commemorat brevi & ruſtico ſcriptos ſermone.

riæ & de specie deliberativa p. 283.---289. Hic quoque in jam laudatis occurrit collectionibus.

8. *Aurelii Augustini* præcepta Rhetorices pag. 290.---302. Hæc Augustini esse haud videntur, uti recte observant Benedictini in nova sua Augustini editione, unde illa in appendicem Tomi 1. inter spuria rejecerunt. Confer supra num. 4. * De preceptis Rhetorices *S. Augustino* præter rem tributis, quemadmodum & de cæteris Rhetoribus Latinis antiquis consulere operæ pretium est clarissimum Gibertum in tomo secundo judiciorum Gallice editorum, *jugemens des Savans sur les Auteurs qui ont traité de la Rhetorique, avec un precis de la doctrine de ces auteurs*. Paris 1716. 12.

9. *Julii Severiani Syntomata* sive *præcepta artis Rhetoricæ* summatim de multis collecta, ad Desiderium p. 302.---312. Hæc ex recensione Lucæ Fruterii cum ejusdem Fruterii reliquiis vulgata a Jano Dousa Antvverpiæ 1584. 8. apud Plantin. Quod vero titulus præ se fert, tunc primum in lucem emissa esse, error est, cum multis ante annis Secundus Curio adjecerit Partitionibus oratoriis Ciceronianis. Nec paucis locis emendatior est editio Oporiniana, ut notavit Vossius de Rhetorices natura p. 95. Severianum ad codices MSS. collatum cum ejus libello de locis dialecticis edere voluit Labbeus. Vide nov. Bibl. MSS. p. 45. * *Severianum* (non *Julium Servianum* ut è Plinii VIII. Epist. 6. & X. 2. conjiciebat vir doctus) auctorem esse præceptorum artis Rhetoricæ, constat ex inscriptione codicum, quam confirmat Sidonius Apollinaris lib. 9. Ep. 11. & 15.

Nec ista sola sunt perita pectora

Severianus ista Rhetor altius. &c. adde carmine 15. Editionem Fruterianam habeo collatam cum meliore non paucis locis Francofurtensi A. 1567. ex officina Petri Fabricii. Severiani editionem moliti etiam sunt Jo. Wovverius & Dionysius Lambinus.

10. *Rufini* (a) *versus de compositione & metris Oratorum, & de eodem argumento variorum auctorum loca ab eodem collecta* p. 312.---321. Apud Latinos ait p. 318. de numeris Oratoriis scripsisse Ciceronem, Victorinum, Eusebium, Terentianum, Varronem, Probum, Charisium, Diomedem, Quintilianum, Donatum, Victorem, Servium. Apud Græcos Thrasymachum, Naucratem, Gorgiam, Ephorum, Isocratem, Theodectem, Aristotelem, Theodorum Byzantinum, Theophrastum, Hieronymum.

11. *Priscia-*

(a) Rufini intellige Grammatici Antiocheni, cujus commentarium in metra Terentiana paulo ante inter Grammaticos a Putschio collectos memoravi.

11. *Prisciani Grammatici* Cæsariensis de præexercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene liber p. 322.---- 341. sæpe editus cum reliquis Prisciani scriptis & ab Elia Putschio adjectis Grammaticis antiquis. * *Prisciani* præexercitamenta ex Hermogene exstant etiam cum Alardi Amstelodami notis in tomo posteriore operum Rudolphi Agricolæ, Colon. 1539 4. pag. 77. Jam etiam supra notavi edita esse cum Julio Rufiniano & aliis Rhetoribus Venet. 1523. fol.

12. *Rhetoricæ compendium ex Magno* (a) *Aurelio Cassiodoro* p. 332.---- 342. petitum ex ejus libro de septem disciplinis, qui inter Cassiodori opera sæpius prodiit, novissime Rotomagi 1679. fol. studio Jo. Gareti monachi Benedictini.

13. *Bedæ* Presbyteri de Schematibus & tropis Sacræ Scripturæ liber p. 342.---- 355. editus est non semel, cum inter opera Bedæ novissime Colon. 1688. T. 1. p. 42. seq. tum seorsim Venet. 1522. Basil. 1536. 8. &c.

14. *Isidori Hispalensis* de arte Rhetorica liber reliquo opere selectus p. 356.---- 358. deprompτus ex libro secundo operis de Originibus quod rogante Braulione Episcopo Cæsar-Augustano Isidorus scripsit & imperfectum reliquit. Braulio deinde complevit & in libros digessit.

15. *Alcuini* sive *Albini* de arte Rhetorica dialogus cum rege Carolo p. 369---- 382. Ex Alcuni libro de septem artibus, sed qui non integer ad nos pervenit, uti ad Eliæ Putschii Grammaticos observavimus. Dialogus iste de Rhetorica seorsim prodiit Duaci 1564. 4. ex recognitione Matthæi Galeni & A. 1529. 8. Hagenoæ per Menradum Moltherum. Parisiis quoque inter alia Alcuini opera 1617. fol. * *Alcuini* dialogum de Rhetorica primus in lucem protulit Matthæus Galenus, Zelandus, de quo Miræus de Scriptoribus Seculi XVI. p. 192. editionis a me curatæ. Prodiit etiam cum Grammatica Alcuini & Dialectica Ingolstad. 1604. 4. & inter Opera ejusdem ab Anderea du Chesne junctim edita Paris. 1617. fol.

Mirum est in Francisci Pithœi collectione Rhetorum Latinorum prætermissum esse perinde ut in omnibus *Aurel. Cornelii Celsi* editionibus, vetustissimi illius & Quintiliano ac Curio Fortunatiano laudati scriptoris compendium Rhetorices, quod jam A. 1569. ediderat *Sextus Popma*. Illud diu frustra quæsitum, tandem Parisiis nuper ad me misit vir insignis virtute & doctrina *Georgius Wallinus* Svecus, Reverendissimi Norlandiæ antistis Filius cogno-

(a) Perperam *Marcum* appellant doctissimus Caveus in Histor. literaria & plerique alii.

cognominis, à quo Ecclesiæ reique litterariæ pulchra ac præclara licebit exspectare. Hoc igitur Celsi scriptum raro obvium ac breve, integrum ad calce hujus voluminis subjicere volui, notis quidem Popmæ, quoniam in illis nihil eximium reperi, omissis.

Casp. Barthii Index Autorum qui in Rhetoribus Latinis laudantur. *ad paginas edit. Francisci Pithœi.*

Ennius

(a) Hujus Celsi, Curio Fortunatiano laudati, compendium Rhetorices infra exhibeo.

Index in Svetonii Libros de Grammuticis & Rhetoribus, vitasque aliquot Poetarum Latinorum.

M. Bru-

Cajus

rum in Octaviæ porticu suscepit. id. sexagesimum annum agens *libellos ineptiarum* sive *jocorum* amplius 150. componere instituit. id. Fecit & novum genus *togatarum* inscripsitque *trabeatas*. id.

Memmii codicilli ad Pompeji uxorem. Gr. 14.

Q. Memmius in Oratione pro se, citatur *in Terentii vita*.

Messala Corvinus in quadam Epistola. Gr. 3.

Julius Modestus, Hygini libertus Gr. 20.

Nævius, supra in Lampadione.

Neronis Imp. hemistichion: *sub terris tonuisse putes*, in vita Lucani.

In Neronem Persii versus. *vita Persii*.

Sævius Nicanor, Marci libertus. Gr. 5. ejus commentarii & satyra. id.

Curtius Nicia, supra, Nicia.

L. Octacilius Pilitus. Rh. 3. Pompejum magnum docuit, patris ejus res gestas nec minus ipsius compluribus libris exposuit. id.

C. Octavius Lampadio Gr. 2. supra, Lampadio.

Octavius Teucer, in Gallia Grammaticus. Gr. 3.

Aurelius Oppilius. Gr. 6. Epicurei cujusdam libertus Philosophiam primo, deinde Rhetorica, novissime Grammaticam docuit. id ejus variæ eruditionis volumina, ex quibus novem unius corporis, Musæ. id. in parastichide libelli qui inscribitur pinax, scripsit nomen suum Oppilius. id.

Oppius Cares in Gallia Grammaticus Gr. 3.

Orbilius citatur Gr. 4. & 8. Orbilius Pupillus Beneventanus de quo Gr. 9. Librum cui titulus Perialogus (Turneb. XIII. 11. adversar. περὶ ἀλγ. Jo. Auratus malit παιδαγωγός) edidit continentem querelas de injuriis quas Professores ab ambitione Parentum acciperent. id. Horatio *plagosus*. id. Furio Bibaculo *literarum oblivio*. id.

Filius Orbilius & ipse Grammaticus Professor Gr. 9.

Ovidio poetæ familiarissimus Hyginus Gr. 20.

Remmius Palæmon Vicentinus Gr. 23. capiebat homines cum memoria rerum, tum facilitate sermonis. Nec non etiam poemata faciebat ex tempore. Scripsit & variis nec vulgaribus metris: ibid. ubi plura de ejus arrogantia aliisque vitiis. Eum audivit A. Persius. *Persii vita*.

A. Persius Flaccus cujus scripta miratur Lucanus. *vita Persii*. scripserat & Prætextam & ὁδοιπορικῶν librum & versus in Arriam. id.

Petronius Aristocrates Magnes. *vita Persii*.

Q. Philocomus. Gr. 2. supra in Lucilio.

L. Octacilius Pilitus vide Octavius.

Siscen-

CAPUT IX.

DE LEGIBUS ET JURISCONSULTIS ANTIQUIS.

JURISCONSULTI VETERES quoque non prætereundi, quorum ſcriptis innumeris deperditis, vix exigua quædam frag-

 menta

menta servata sunt. Illorum notitiam hoc loco subjiciemus, cum de legum Veterum Romanarum reliquiis pauca quædam præmiserimus.

1. *Leges Regias* (*a*) a Romulo aliisque Regibus Romanis latas & *Decemvirales* sive *leges XII. Tabularum* quæ T. Livii (*b*) etiamnum ætate in immenso aliorum super alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique erant juris, Justus Lipsius studiose collegit Antverp. 1601. 4. & alibi. Easdem a Lipsio, Antonio Augustino, & Fulvio Ursino collectas una cum aliis quibusdam legibus, SCtis, plebiscitis & sanctionibus Fridericus Sylburgius subjecit Antiquitatibus Romanis Dionysii Halicarnassei, ad quarum calcem in editione Vvecheliana, Lipsiensi & Oxoniensi etiam clarissimi Hudsoni leguntur. Ursini collectionem Romæ Anno 1583. 4. editam ceteris præfert Jo. Seldenus diss. ad Fletam sive jus Anglicum, & Ericus Mauritius diss. de libris juris communis horumque usu. Confer Francisci Balduini libros (*c*) duos in leges Romuli ac leges XII. Tabularum, Stephanum Pighium Annal. Roman. Tomo I. Jo. Rosinum & Thomam Dempsterum libro antiquitatum Romanarum octavo, ubi Lud. Charondæ, Theodori Marcilii aliorumque collectiones recensentur & leges ipsæ exhibentur additis non pœnitendis observationibus. Neque omittenda quæ Bartholomæus Marlianus, Pardulphus Pratejus (*d*), Antonius Contius, Jac. Cujacius, Jacobus Rævardus, Julius Pacius, Jo. Crispinus, Jo. Oldendorpius, Adr. Turnebus, Carolus Sigonius libro 2. de judiciis, Paulus Merula libro posthumo de legibus Romanor. inter alia ejus scripta ad Antiquitates Rom. spectantia editus Lugd. Bat. 1686. 4. Gothofredus (*e*) uterque & alii viri docti

in hoc

(a) Has leges olim (atque interregum quoque ut est verisimile, quales memorantur Ciceroni 1. de legibus) in unum corpus collegerat Sextus Papyrius, unde dictum *jus Civile Papyrianum*, quod laudat Macrobius lib. 3. c. 11. Saturnal. Ita actiones ex legibus XII. Tabularum natæ & ab Appio Claudio dispositæ, a Cneo Flavio autem liberto ejus una cum fastis vulgatæ, *jus Civile Flavianum* vocabantur. Vide nostas ad orat. Cic. pro Muræna c. XI. tom. 2. par. 2. edit. Grævianæ p. 37. Aliæ actiones compositæ a Sexto Ælio, unde *jus civile Ælianum*. Autor Pomponius in Enchiridio.

(b) T. Livius III. 34. Hist.

(c) De his doctissimi ICTi libris ac diversis eorum editionibus videnda Christiani Thomasii Epistola qua novam se Balduinianorum operum editionem moliri significavit Lipsiæ 1689. 8. Ericus vero Mauritius p. 92. diss. Balduinum non veretur temeritatis arguere, quod affirmet se duodeviginti Romuli leges è columna Romana descripsisse; *quod ab omni verisimilitudine alienum esse non dubitant viri docti*.

(d) Pardulphi Prateji jurisprudentia Vetus Draconis & Solonis cum Romano jure legum Regiarum ac decemviralium diligenter collata prodiit Lugd. 1559. 8.

(e) Imprimis celebranda erudita industria Jacobi Gothofredi cui debemus libellum

utilissi-

in hoc genere elaborarunt. Exstat & Antonii Clari Sylvii liber singularis ad leges Regias & duodecim Tabularum Parif. 1603. 4. quas priusquam omittam observandum duxi legem Regiam præterea dici rogationem, psephisma vel decretum, tabulas, instrumentum, formulam, scriptumve publicum continens capita pactorum & conditionum, sub quibus auctoritate Senatus & jussu populi regnum alicui defertur, quo sensu de lege Regia exstat pulchra viri eruditissimi Joann. Frid. Gronovi Oratio. * Jus Faunorum atque Aboriginum memorat Gellius XVI. 10. De Legibus duodecim *Romuli* Regis, videndus Andreas Cirinus c. 58. sive ultimo libri de urbe Roma Tom. 2. thesauri novi Antiquitatum Rom Sallengriani pag. 643. seq. De jure Civili *Papyriano* ex legibus Regiis composito vide sis Jac. Rævardum lib. 1. de auctoritate Prudentum cap. 1. *Leges duodecim tabularum*, omnium Philosophorum Bibliothecas auctoritatis pondere & utilitatis ubertate superabant, Cicerone judice quem videsis lib. 2. de legibus cap. 4. & 23. & lib. 1. de Oratore. Fragmenta illarum ex Jo. Oldendorpii collectione Jac. Spigelius Lexico suo adjunxit Basil. 1549. 1577. fol. Francisci Balduini ad Leges XII. tabularum Parif. 1554. fol. 1557. 8. atque cum Aymaro Rivallio, Charonda & Rævardo exstant in tomo primo Oceani juris, sive tractatus tractatuum Venet. 1584. fol. Rivalii Allobrogis Historia juris Civilis cui commentarios in leges XII. Tabularum inseruit, prodierat Parif. & Mogunt. 1527. 1539. 8. Lud. Charondæ collectio Parif. 1555. 8. Jac. Rævardi commentarius, Brugis 1563. & deinde recusus inter ejus opera Francof. 1623. primo statim loco. Francisci Pithœi collectio Parif. 1586. Theodori Marcilii collecta & interpretam entum Parif. 1600. 8. & 1603. 12. Antonii Contii, cum subcesivis ejus Lectionibus, Francof. 1607. 8. Conradi Rittershusii Dodecadeltos sive Comentarius in Leges XII. Tabularum a filiis editus Argentorat. 1616. 1659. 4. Antonii Cabreros de Avendano interpretatio ad JCtum Cajum ad leges XII. Tabularum, Madrit. 1638. 4. Jo. Frid. Gronovii Orationem de *Lege Regia* A. 1671. habitam Gallice vertit

vir præ-utilissimum cui titulus *quatuor fontes juris civilis*, sive leges duodecim tabularum cum earumdem historia, probationibns, notis & glossario: Legis Juliæ & Papiæ fragmenta ordini suo reddita cum notis, Edictum perpetuum, librorumque Sabinianorum ordinem seriemque. Genev. 1653. 4. Eidem viro doctissimo Studiosi præter alia præclara debent Juris Civilis Romani succinctam Historiam & Bibliothecam, in manuali juris quod jam decies amplius præla exercuit, comprehensum. Nona editio lucem vidit Genev. 1676. 12. Ut vero ad leges XII. Tabularum revertar, pro illarum severitate elegans est Apologia Sexti Cœlii apud Gellium XX. 1. Cicero 2. de legg. *Discebamus enim pueri leges duodcim tabularum, ut carmen necessarium, quas jam nemo discit.*

vir præclarus Jo. Barbeyracus, addiditque notas Amst. 1714. 12. Acta Erud. 1714. pag. 471. & Memoires de Trevoux 1716. pag. 1537. Conferre etiam juvabit Justi Eccardi Asfeldii Exercitationem de Lege Regia ab Augusto Imp. primum in usum versa atque in Vespasiano renovata, Marpurg. 1599. 4. & Erici Mauritii dissertationes junctim excusas pag. 635. seq. Habes Legem ejusmodi regiam, qua Vespasiano Imp. potestas, nomine S. P. Q. R. defertur, etiam apud Gruterum pag. CCXLII. thesauri Inscript. Senatus consultorum fragmenta vide in ejusdem inscriptionibus f. CCCCXCIX. seq.

II. *Legum Tribunitiarum aliarumque & Senatus Consultorum fragmenta* collecta habemus ab Antonio Augustino cujus liber de Legibus & alter de SCtis Romanorum cum fragmentis ipsis & notis Fulvii Ursini lucem adspexit Rom. 1583. 4. Paris. 1584. fol. & Lugd. 1592. 4. Vide & Manutii librum de legibus Romanis qui separatim plus simplici vice excusus occurrit etiam in calce novissimæ editionis Rosini in Belgio vulgatæ, & cum Antonio Augustino nuper insertus est Volumini secundo thesauri Antiquitatum Romanarum, quem in duodecim Tomos distinctum studiosis nuper in eodem Belgio promisit vir supra laudes & juvandis ornandisque bonis litteris natus Jo. Georgius Grævius. Consulendæ etiam Caroli Sigonii Antiquitates Romanæ, de antiquo jure civium Romanarum Italiæ Provinciarum ac Romanæ jurisprudentiæ judiciis, Barnabas Brissonius libro secundo de formulis, & Georgii Schubarti de fatis Jurisprudentiæ Romanæ exercitationes, qui inter alia de legibus Imperatorum Ethnicorum à Cæsare usque ad Hadrianum erudite disserit pag. 578. --- 627. In Pomponii Læti Franciscique Hottomanni libellis de Romanis legibus vix quædam illarum nomina obiter indicantur. Diligentius in hoc genere scribendi versatus est Paulus Merula libro supra laudato in legibus Rom. Jo. Ulricus Zasius in Catalogo legum Romanarum illustrato à Lud. Charonda, qui seorsim in 8. prodiit, & Tomo primo Oceani juris est insertus & cum jam memoratis scriptis occurrit in luculento illo thesauro Græviano quem modo laudavimus. Cicero in libris de legibus, Platonis exemplo legislatorem instruere, non Romanas leges recensere voluit, etsi harum quoque nonnullas passim memorat. * Francisci Philelphi libellus de *legibus* Romanorum scriptus Bononiæ A. 1439. & dicatus Friderico Cornaro, nobili Veneto, exstat typis exscriptus una cum ejusdem Philelphi Orationibus.

III. De *Edictis*, *rescriptis Principum*, quorum novis securibus squalentem sylvam veterum legum truncatam esse ait Tertullianus

c. 4.

c. 4. Apologetici, & de *Prudentum responsis* vide Brissonium operis præstantissimi de formulis libro III.* Antonii Schultingii JCti celeberrimi diss. *de rescriptis Imperatorum Rom.* lucem vidit Ultrajecti 1714. 4. De legibus Imperatorum à Cæsare ad Hadrianum usque, erudite etiam differit Georgius Schubartus V. C. in exercitationibus de fatis Jurisprudentiæ Romanæ Jen. 1696. 8. pag. 578. --- --- 629. *Hermogenes* & *Gregorius* JCti qui constitutiones Imperatorum collegerunt, vixere sub Diocletiano, Constantino ejusque liberis. Salvius Julianus JCtus in unum corpus collegit *Jus prætorium* sive *edicta prætorum*, quæ, quoniam cum magistratu cujusque prætoris illorum auctoritas solebat exspirare, à legibus distinguit Cicero 1 Offic. Sed Imp Hadrianus A. C. 131. illud legis instar esse voluit & à Juliano digeri præcepit. Inde *Edicti perpetui* (*a*) nomen ut ab edictis temporariis distingueretur. Confer Eusebii Chron. & Eutropium VIII 9. nec non Oeconomiam Edicti perpetui à Florent. Petro Pittenio concinnatam: & ex libris eorum qui ad edictum commentati sunt, editam à Jac. Gothofredo. Fragmenta publicata à Guil. Ranchino ad calcem III. librorum Variarum Lect Paris. 1597. 8. & in syntagmate Critico V. C. Jo. Hermanni Schmincki, Marpurg. 1717. 4. D. Laurentii Andreæ Hambergeri diss. de edicto perpetuo Jen. 1714. 4. Edicta Præsidum in Provinciis, quemadmodum prætorum etiam ante Hadrianum, *edicta perpetua* interdum vocata sunt, quod nimirum per totum illum annum suum observare illa & perpetuo secundum ea jus dicere solebant, quæ sub initium anni sive præturæ suæ proposuissent. Vide Pighii Annales cap. 8. pag. 267. seq U. C. A. 387. & Ezech. Spanhemium in Orbe Rom.

IV. *Mosaicarum & Romanarum legum collatio* in titulos sedecim tributa, qua leges Romanæ ex integris *Papiani* sive *Papiniani*, *Pauli*, *Domitii*, *Ulpiani*, *Gaji*, *Modestini*, *Gregorii* (b),

(a) De edicto perpetuo consules si lubet Bertrandum & Guil. Grotium in vitis JCtorum ubi de Salvio Juliano. Cornelium van Bynkershoek in varii argumenti opusculis, Opusc. 1. §. 47. Christfridum Wæchterum in Actis Erud. 1720. p. 121. seq. & Jo. Hermannum Schmincke præf. ad Syntagma Criticum. Sed accuratam edicti perpetui historiam vitasque Salvii Juliani exspectamus ab eruditiss. viro Everhardo Ottone.

(b) Hi duo Jurisperiti Gregorius & Hermogenes sub Imp. Diocletiano privato ausu collegere constitutiones Imperatorum qui illa tempora antecesserunt. His collectionibus datum nomen *codicis Gregoriani & Hermogeniani*, quorum titulos superstites collegit Petrus Gregorius Tholosanus Lugd. 1566. Varios Hermogenes cum commemorasset Reinesius Epistola 69. ad Rupertum p. 640. hæc de nostro sive Hermogene sive Hermogeniano subjungit: *Qui meminerit ejus Hermogeniani, antiquiorem non novi Cælio Sedulio scriptore Ecclesiastico, qui circa A. C. 430. vixisse probatur. Is in præfat. operis Paschalis ad Macedonium presbyterum excusaturus quod post editos quinque libros carminis Paschalis, eorum textum metricum in prosam transferat:* Cognoscant, *inquit*, Hermo-

Hermogenis & aliorum veterum juris auctorum libris ante tempora Justiniani Imp paulo post editum codicem Theodosianum desumtæ cum legibus (*a*) Mosaicis conferuntur. Primus edidit & ad hæc veterum JCtorum fragmenta notas addidit Petrus Pithœus Paris. 1572. inter cujus opera iterum vulgata est hæc collatio à Josia Mercero ibid. 1609. 4. Prodiit etiam volumine octavo Criticorum sacrorum à Jo. Pearsonio & aliis eruditis Anglis collectorum recusorumque in Belgio ac Germania p. 150.---212. edit Lond. ut Jac. Cujacii, Dionysii Gothofredi, Theodori Bezæ & aliorum editiones jam prætermittam. Auctor hujus collationis à quibusdam creditus est *Licinius Rufinus* (b), sed id minus verisimile visum Petro Pithœo. Marquardus autem Freherus lib. 1. παρέργων juris c. 9. suspicatur auctorem fuisse Judæum, qui cum videret laborare sectam suam invidia, quod disciplina jureque à Romanis diverso uti nosceretur, amoliri eam studens demonstraverit, non usque adeo multum legibus Judaicis & Romanis disconvenire, atque adeo ex patriis suis legibus fluisse Romanas. Vehementer porro fallitur Jac. Josephus Imbonatus, qui in Bibliotheca Hebræo-latina pag. 200. à Pithœo hoc scriptum elucubratum esse affirmat, licet eandem legum collationem pag 151. memoraverat sub nomine Licinii Rufini, & pag. 138. sub nomine Juliani Antecessoris.

V. *Vete-*

Hermogenianum doctissimum Jurislatorem tres editiones sui operis confecisse: *quanquam de Hermogeniano epitomarum juris & librorum de fidei commissis auctore intelligi quoque posse non diffitear*. Ante hos Salvius Julianus jussu Imp. Hadriani *edicta pratorum* sive jus prætorium quod à legibus distinguit Cicero 1. de Offic. in unum Volumen congesserat, quod syntagma *Edicti perpetui* nomine venit. Vide H. Dodvvelli prælect. Cambden. VIII. p. 333. seq. & Ægid. Menagii amœnitates juris Civilis c. 24. quo in loco inter alia notat hallucinationem viri summi Hug. Grotii qui in florum sparsione ad l. 2. de Orig. jur. Didium Julianum Imperatorem (Salvii pronepotem) edicti perpetui auctorem facit è loco quodam Aurelii Victoris. Quod ejus superest, vulgarunt castigaruntque Guil. Ranchinus, Paris. 1597. 8. Jac. Gothofredus, Simon van Leeuvven, Lugd. Bat. 1671. 8. &c. Eodem tempore conditi Pandectæ juris Civilis à Larensi, quorum meminit Athenæus in limine libri 1.

(a) Idem argumentum e recentioribus prosecuti sunt *Joannes Cahl* sive *Calvinus* in themide Hebræo Romana, *Philippus Zepperus* in collatione legum Mosaicarum forensium & Romanarum, Canoni item & juris Saxonici, insertis constitutionibus Anhaltinis; *Franciscus Raguellus* in legibus Politicis è juris prudentiæ sacræ fontibus haustis; *Guil. Vuelvvood* in Collatione juris divini Judæorum cum jure civili Romano; *Henricus Gieselbertus* in Deuteronomio Harmonico; *Josua* denique *Arndius* in manuali legum Mosaicarum, ut omittam *Nic. Mongeorgii* Codicem de Mosaico & veteri jure enucleando, & Lælii Mancini de triplicis juris collatione ac consensu, *Joachimi Stephani* de jurisdictione Judæorum, Græcorum, Romanorum Francof. 1668. 8. &c. His addendus denique *Paganini Gaudentii* liber de differentia legum Mosaicarum & Romanarum.

(b) Certe juniorem oportet esse hunc auctorem Licinio Rufino JCto quem Alexandri Severi temporibus claruisse constat. Vide Menagii amœnitates cap. VIII.

V. *Veterum JCtorum* (a) *Ordine Chronologico recensitorum scripta*

(a) Nihil fere certius est quam leges priscas & JCtorum loca sæpe non optima fide adducta, in alienum sensum detorta, & truncata esse à *Triboniano*, & aliis sedecim collectoribus, ut vel ex Theodosiani Codicis cum Justinianeo collatione apparet. Hinc mutilas & ineptas legum allegationes Antonius Faber appellare non dubitavit Tribonianismos ut notat Reinesius p. 481. epist. ad Rupertum. Eodem spectat *Pardulphus Prateius* in libris IV. jurisprudentiæ mediæ Lugd. 1561. 8. qui reprehendit 160. geminationes, omissiones plurimas rerum necessariarum, methodum nullam observatam, inversiones ac truncationes, falsosque sensus affictos verbis veterum JCtorum: * De repetitis inutiliter non uno loco legibus præter Prateium & Hottomannum confer Pancirolli lib. 1. Var. lect. c. 78. *Franciscus* item *Hottomannus* scripto An. 1567. & Mich. Hospitalio non parum probato Anti Triboniano qui post obitum ejus (obiit Basileæ A. 1590.) editus Gallice A. 1603. & ex Gallico latine Hamb. 1647. 8. ac denique D. Georgio Beyero curante Lipsiæ 1704. 8. cujus etiam sunt quæ de hoc Hottomanni libro Tom. 1. Obs. select. Hallens. p. 951 seq. traduntur. In hoc libello præter varios à Triboniano admissos nævos Hottomannus ostendit ne vicesimam partem juris veteris Romani in corpore Justinianeo nobis remansisse, nec decimam ejus quod restat, usu receptam in Gallia. Cum vero Justinianus edixisset nullius legis autoritatem esse debere neque quicquam in foro ex ICtorum Sententiis afferendum nisi quod Tribonianus in libros illos retulisset, Veterum ICtorum scripta una cum legibus plerisque antiquis perierunt, ex qua jactura factum est, ut jam in Justinianea collectione multa non intelligantur, quæ perspicua forent vetustis illis monumentis superstitibus. Vicissim nequicquam obstante Justiniani & hoc iterum iterumque repetito edicto, ut nemo auderet juri Imperatoriis auspiciis enucleato quicquam præter versionem vel paratitla adjungere, & qui aliter faceret falsarius haberetur, (adde Paganinum Gaudentium parte 2. c. 29. de sæculi Justinianei moribus) multitudo insulsorum Commentariorum Jurisprudentiam veluti diluvium quoddam inundavit & obscuritatem librorum juris non mediocriter auxit, qua de re graviter queruntur Ludovicus Vives de causis corruptarum artium libro VII. Lipsius Epist. 78. Miscell. & in Justiniano suo Franciscus Balduinus. Vehementissime omnium Laur. Valla paulo commotior in Epistola ad Candidum Decembrium qua Bartoli libellum de insigniis & armis perstringit: *Dii itaque tibi*, inquit, *malefaciant Justiniane injustissime, qui potentia Romani imperii in Romanorum perniciem bonorumque & clarorum civium abusus es. Nam quid te vel injustius, si per invidiam ornatissimos illos JCtos abolendos curasti --- vel imprudentius, si posteriora sæcula à commentariis temperatura speravisti. Itaque vide quid feceris, & ubicunque es fateare te male inconsiderateque fecisse, nisi forte gaudes nostro malo in locum Sulpicii, Scævolæ, Pauli, Ulpiani, aliorumque ut leviter loquar cygnorum quos tua aquila sæpissime interemit, successerunt anseres Bartolus, Baldus, Accursius, cæterique id genus hominum --- quorum volumina non à viris, ita enim grandia sunt & vasta, sed ab asinis portanda*. Neque tamen negari potest ante Justinianam Jurisprudentiam emendatione valde indiguisse, propter varietatem pugnamque auctorum laborantium ignoratione docendi (ut jam olim conquestus Cicero est lib. 2. de leg. cujus etiam singularis olim liber exstitit de jure civili in artem redigendo, laudatus Gellio lib. 1. cap. 22.) tum propter quorundam iniquitatem, & propter immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum, de quo post Livium queritur Tacitus III. 25. 27. Annal. unde Jul. Cæsar quoque teste Suetonio c. 44. *Statuerat jus civile ad certum modum redigere atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros*. Hoc igitur laudabili instituto cum aggressus postea esset Justinianus, saltem optandum fuerat plus temporis studiique impensum tollendis juris superioris nævis, de quibus duos integros libros nuper edidit JCtus Hallensis D. Christianus Tomasius. Nec minus vero hodie optandum videtur prudentibus viris, ut novus quidam surgat Justinianus, qui juris prudentiam quæ adhuc

pta quæ in Pandectis aliisque Antiquis juris Civilis libris memorantur, ex quibus Tribonianus, Thaleleus, Theophilus, Dorotheus & alii jussu Imp. Justiniani jus Civile concinnarunt.

1. *Q. Mutii Scævolæ* Jurisperitorum judice M. Tullio eloquentissimi liber ὅρων sive definitionum & libri XVIII. juris civilis quibus illud primus in artem redegerat. Ad hos libros notas scripserat Pomponius. Adde Francisci Balduini Commentarium de prudentia Muciana Basil. 1558. 8.

2. *Q. Cornelii Maximi* cujus idem Cicero lib. VII. Epist. 8. ad familiares meminit, liber (a) ad legem Falcidiam latam Augusto adhuc Triumviro, illustratamque à Maximo paulo postquam promulgata esset. * Ad alium à JCto *Maximum*, amicum suum scribens Ovidius 2. ex Ponto Epistola 3.

Me tuus ille pater Latiæ facundia linguæ
Quæ non inferior nobilitate fuit;
Primus ut auderem committere carmina famæ
Impulit, ingenii dux fuit ille mei.

3. *P. Alfeni Vari* Cremonensis libri XL. digestorum quos Paulus deinde in Epitomen redegit. Collectaneorum libri quatuor laudati Aulo Gellio. Mentio hujus Alfeni apud Horatium. De aliis Alfenis videndus Jacobus Sponius p. 112. seq. Miscellan. * Fragmenta *P. Alfeni Vari*, veluti specimen majoris egregii operis, aliorum etiam JCtorum veterum λείψανα complexurum edidit Vir Nobiliss. *Henricus BrencKmam* JCtus Amst. 1709. 8.

huc ex veteri Amelii dicto apud Eunapium in Ædesio p. 61. *multorum camelorum onus* est, restituat intra justos limites, totque superflua rescindat ac resecet. Apud Didacum quidem Saavedram in somnio ingenioso quod Respublica litteraria inscribitur p. 31. censor librorum inducitur innumeris JCtorum tractatibus, decisionibus, consiliis aliisque hujus generis voluminibus sibi objectis novum singulis sæculis Justinianum exposcere atque exclamare: *O Jupiter, si cuidas de las cosas inferiores, porque no das al mundo de cien en cien annos un Emperador Justiniano, u' derramas exercitos de Godos, que remedien esta universal inundacion de libros?* * Lege 2. Cod. de veteri jure enucleando ab Imperatore præter Tribonianum qui in jure civili restaurando elaborarunt, laudantur hi sedecim: *Constantinus, Theophilus, Dorotheus, Anatolius, Stephanus, Mennas, Posdocius, Eutolmius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Jacobus, Constantius & Johannes.* Leges per siglas scribere licet Justinianus interdixit, tamen siglas in Pandectis Florentinis exstare testantur viri docti. Legum interpretes reprehendens Cicero Orat. pro Muræna c. 12. *cum permulta*, inquit, *præclare legibus essent constituta, ea Juris consultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata sunt.* Negotium juris instaurandi Justinianus Imperator Triboniano dedit 18. Kal. Jan. A. C. 530. & decennii tempus illis sociisque JCtis supra a me jam nominatis ad hoc assignavit, neque tamen illi majus quam triennii spatium in hoc impenderunt. Primus juris scientiam apud Romannos professus est Tiberius Coruncanius, qui Consul fuit Anno U. C. 473. (ante CHristum natum 280.) sed nullum ejus scriptum fuisse Pomponius testatur. De illo plura Guido Pancirollus. lib. 1. operis de claris legum interpretibus cap. 7.

(a) Cujacius hunc librum tribuit Rutilio Maximo JCto longe juniori.

1709. 8. De Alfeno vide etiam Servium ad Eclog IX. Epitome Digestorum Alfeni composita olim à Paulo JCto, constitit libris VIII. Antonius Schultingius Orat. de utilitate ex Juris prudentia in artes & scientias redundante, Lugd. Bat. 1718. 4. pag 11. *In Pandectis licet non ubivis exacta Latini sermonis conspiciatur puritas, nisi in antiquis legibus, edictis, aliisque juribus, ac speciatim in fragmentis Alpheni Vari, quibus nihil est tersius, comtius, elegantius* &c.

4. *Antistii Labeonis* JCtorum sub Augusto Imp. principis, Pithanon sive probabilium libri VIII. quos in Epitomen contraxerat idem Paulus. Libri Posteriorum sive post ejus mortem editorum, quorum duoquadragesimus in Pandectis allegatur .. Horum Epitome confecta fuit à Jaboleno. Ejusdem Labeonis memorari videas Libros Epistolarum & ad Edictum: libros Pretoris Urbani & Prætoris peregrini, quorum trigesimus in Digestis adducitur. * *Antistii Labeonis* libri ad duodecim tabulas, libri ad edictum Prætoris & ad edictum Ædilium Curulium à Gellio laudantur. Vide supra hoc Volumine p. 8.

5. *Ælii Galli* sub eodem Augusto tertii Ægypto præfecti volumina de significatione verborum quæ ad jus civile pertinent. * *Ælium Gallum* de significatione verborum quæ ad Jus Civile pertinent, laudat idem Servius in I. Georgic. p. 86.

6. *Masurii* (a) *Sabini* libri tres juris Civilis, libri ad edictum prætoris Urbani, quorum quintus à Paulo citatur in testimonium. Libri memorialium, commentarii de indigenis, libri ad Vitellium, libri fastorum, de triumphis Romanorum liber, liber adsessoriorum & alius de furtis. Claruit Masurius Imperante Tiberio & diversus est à Cœlio Sabino, Vitellio Sabino, Juventio Sabino, Sabino viro Consulari, ad quem Ulpianus scripsit, etsi singulis hisce quatuor juris scientia insignibus * De *Masurio Sabino* dissertatio Dan. Guil. Molleri prodiit Altorf. 1693. in qua p. 20. seq. etiam fragmenta ejus post Riccoboni industriam (lib. de Historia) exhibet. Adde Jac. Gothofredi tabulam

(a) Ab hoc Sabino nomen accepit secta *Sabinianorum* quæ C. Attejum Capitonem secuta antiquorum JCtorum placitis constanter insistebat. Iidem à C. Cassio Longino Sabini hyperaspiste dicti *Cassiani*, à quorum sententia in plerisque juris capitibus discedebant *Proculiani* dicti à Licinio Proculo, qui vestigia Antistii Labeonis & Nervarum premens non pauca in juris disciplina innovavit. Successionis harum sectarum typum qualemcunque exhibet Lambecius in prodromo Hist. literar. p. 232. De Cassio isto ejusque scriptis multa Menagius in amœnitatibus juris pag. 448. seq Quemadmodum de Masurio Pontanus ad Macrobii III. 6. & viri docti ad Persium Sat. V. vers. 90. * Plenius de *Sectis* JCtorum disserit Christ. Orto à Boekelen in diss. sub Frid. Deckeri præsidio habita de sectis & familiis JCtorum Argentorat. 1666. 4. Vide & Jo. Conradum Dietericum in vita Augusti Imp. p. 170. seq.

tabulam de librorum Sabinianorum ſerie & continentia.

7. *Licinii Proculi* prætorio ſub Ottone Imp. præfecti Notarum libri ad Labeonem, & ex poſthumis Labeonis. Libri Epiſtolarum quorum undecimus plus ſimplici vice adducitur in pandectis.

8. De *Pegaſo* JCto à quo jus Pegaſianum, & SCtum Pegaſianum dicitur, quique Veſpaſiano Imperante præfectus Urbi fuit & juris ſtudio meruit ut *liber* vulgo, non homo diceretur, vide Scholia ad Juvenalem IV. 77. & Menagii amœnitates Juris c. 17.

9. *Neratii Priſci* qui Trajano Imp. chariſſimus fuit, quindecim libri regularum, Membranarum libri VII. reſponſorum libri III. libri ex Plautio, Epiſtolarum libri, quorum quartus allegatur, & liber de nuptiis.

10. *Jaboleni* ſive *Javoleni Priſci* ſub eod. Trajano & Hadriano celebris libri XV. ex Caſſio XIV. libri Epiſtolarum, libri V. ex Plautio ſive ad Plautium & ex poſthumis Labeonis Epitome ſive potius ad illos notarum libri, quorum decimus in digeſtis adducitur.

11. *P. Juventii Celſi* (a) qui eodem tempore floruit, digeſtorum libri XXXIX. inſtitutionum libri XX. Epiſtolarum libri XI. quæſtionum libri XIX. Libri VII. Commentariorum.

12. *Salvii Juliani* libri XCIV. digeſtorum, ad Minicium ſive Minucium Natalem libri VI. Ad Urſejum Ferocem libri IV. Liber de ambiguitatibus & alius de dotali prædio. Idem eſt quem juſſu Hadriani Edictum perpetuum collegiſſe ſupra dixi. * Interdum Salvianum Giphanius & Reineſius non *Salvio Juliano* JCto, ſed alii Salvio Prætori tribuunt.

13. *Aburnii Valentis* qui Javoleno ſucceſſit Trajanique & Hadriani temporibus claruit, Fidei commiſſorum libri VII. & forte actionum libri quos tamen codices quidam tribuunt Javoleno.

14. *L. Voluſii Maciani* fidei commiſſorum libri XVI. Libri XIV. publicorum. Ad legem Rhodiam liber. Liber quæſtionum, & *de aſſe ac partibus ejus libellus* ſive *diſtributio aſſis, & vocabula ac notæ partium in rebus pecuniariis pondere, numero, menſura*, ad Cenſorem. Hic libellus hodieque exſtat cum codice Theodoſiano, & illuſtratus eſt ab Elia Vineto ad calcem libri Hottomanni de re numaria, Pariſ. 1565. 8. una cum Rhemnii Palæmonis, Priſciani, Bedæ &c. libellis ſimilis argumenti: ut ſcriptores plures recentiores qui de vocabulis ac notis partium in re pecuniaria, ponderibus ac menſuris egerunt omittam, ex quibus non tacendus Io. Fredericus Gronovius, qui operi ſuo de ſe-

(a) Vide Menagii amœnitates Juris c. 27.

de festertiis hunc Mæciani libellum subjecit cum scripto Balbi mensoris ad Celsum de asse minutisque ejus portiunculis. Amstelod. 1656. 8. & Lugd. Bat. 1691. 4. Eundem una cum Vineti & Gronovii notis recudi curavit Grævius tomo undecimo thesauri Antiquitatum Romanarum. Fuit Mæcianus iste a Consiliis Antonii Pii Imp. & M. Antonini Philosophi in juris civilis scientia præceptor, de quo non protrita quædam Ægidius Menagius capite quinto amœnitatum Juris. Ceterum subdubitare de auctore libri de asse videtur Alciatus libro primo parergon capite 17. * De *L. Volusio Mæciano*, qui imperantibus Hadriano & Antonio Pio floruit, vide Jac. Gothofredi diss. ad legem ἀξίωσις de Imperio Maris cap. 2. Is Mæcianum negat singularem librum ad legem Rhodiam scripsisse, sed tantum ἀξίωσιν sive libellum supplicem Eudæmonis cum Antonini rescripto ex corpore legis Rhodiæ nauticæ, quale tunc exstabat, excerpsisse in uno ex XIV. libris publicorum, (intellige judiciorum.) Scripsit & XVI. libros commissorum sive criminum.

15. *Ulpii Marcelli* (*a*) qui eidem Antoninio Pio familiaris fuit, digestorum libri XXXV. Ad leges libri VI. Responsorum liber, libri de officio COS. de præsidis officio, libri Publicorum, Notæ ad libros digestorum Juliani.

16. *T. Cajum* Servio Grammatico familiarem fuisse, Chronologia inconsulta asserit Jo. Bertrandus in vitis JCtorum pag. 208. deceptus perperam intellectis verbis Jac. Cujacii, lib. XI. cap. 38. Observatt. Servium sane Cajus ætate longe antecessit, qui Hadriani temporibus cœpit inclarescere, cum Servius, ut est notissimum, floruerit imperante Theodosio. Ex Caji scriptis celebrantur libri XXXII. ad edictum provinciale, ad leges libri XV. Ad edictum Urbicum, sive prætoris Urbani libri quorum XII. duntaxat Justiniani ætate exstabant. Aureorum sive rerum quotidianarum libri VII. Ad Dodecadelton sive leges 12. Tabularum libri VI. Institionum (*b*) libri IV. quorum Epitomen habemus

(a) Video huic Marcello etiam tribui a Bertrando, Labitto, aliisque notas ad librum singularem regularum Pomponii. Sed cum Pomponius multis annis Marcello junior fuerit, verba legis *furiosus* 63. D. de acquirenda hereditate. *In libro singulari regularum Pomponii Marcellus notat*, ita intelligo, ut Marcelli observatio a Pomponio adducta laudetur.

(b) Fragmenta e Caji institutionibus studiose collegit notisque illustravit Jacobus Oiselius V. C. addita insuper Aniani Epitome. Lugd. Bat. 1658. 8. De Cajo ejusque scriptis videndus Menagius p. 464. seq. Amœnitatum Juris. Quare a Justiniano dicatur *noster*, disquirentem vide Christophorum Colerum c. 12. Parergon juris. * Falli eos, qui *Cajum* aliquem JCtum, Justiniani æqualem comminiscuntur, pulchre notavit Joannes van de Vvater præf. ad luculentam suam Institutionum Justinian. editionem.

bemus duobus libris, sæpissime editam sub nomine Caji, etsi *Anianus* Alarici (a) Gothorum Regis Consiliarius eam confecisse credatur a viris doctis. De verborum obligationibus libri III. De manumissionibus libri totidem, fidei commissorum libri II De casibus, Regularum, Dotalitiorum, de tacitis fidei commissis, ad SCtum Tertullianum & Orficianum, ad legem Glitiam & ad formulam Hypothecariam libri singulares. Ad edictum Ædilium Currulium duo libri, Regularum libri III.

17. *Cervidii Scævolæ*, qui M. Antonini Philosophi a consiliis fuit, Digestorum libri XL. quæstionum libri XX. Responsorum libri VI. Regularum libri IV. Liber de quæstione familiæ, quæstionum publice tractatarum liber, Notæ ad libros digestorum Juliani, notæ ad Marcellum. * *Q. Cervidius Scævola*, præceptor Papiniani, Julii Pauli, Tryphonini. Vide Everhardi Ottonis Papianum cap. XI. pag: 209.

18. *Papyrii Justi* Codex Papyrianus sive Commentariorum libri XX. quibus constitutiones Antonini & Veri fratrum ab eo collectas conjicit Bertrandus.

19. *Tarruteni Paterni* qui sub Commodo præfectus prætorio fuit, Militarium sive de re militari libri IV.

20. *Terentii Clementis* Libri XX. ad leges. Claruit hic Juris Consultus Imperante Septimio Severo.

21. *Callistrati* libri VI. Cognitionum, Edicti monitorii libri totidem, de jure fisci libri IV. Institutionum libri III. Libri duo quæstionum. Sub eodem Severo & proximis Impp. usque ad Alex. Severi tempora singulari juris intelligentia nobilis fuit.

22. *Julii Galli Aquilæ*, Callistrati æqualis, responsorum liber unus.

23. *Æmilii Papiniani* (b) qui sub Septimio Severo clarus, sub Bassiano Caracalla præfectus prætorio fuit, & ab eo ut qui Getæ faveret interfectus (c) est, Quæstionum libri XXXVI. Responsorum libri XIX. Libri II. definitionum, de adulteriis totidem. Monobiblos astynomicos sive de jure Ædilitio liber. Fragmenta hujus JCti illustravit Jac. Cujacius, cujus

(a) Theodorici jussu doctum aliquem Caji & Pauli libros in breviarium redegisse scribit Alciatus lib. 2. c. 26. Parergon juris. Illam Aniani Epitomen eruditis notis illustravit Hieron. Alexander, Hieronymi F.

(b) *Pulcherrimum* vocat Spartianus in Severo, h. e. ut Græci dicunt Χαρίεντα, hominem amœnissimi ingenii & doctrinæ elegantissimæ. Nisi malis illud cum Tiraquello p. 37. ad leg. Connubial. aliisque accipere de pulchritudine ac forma corporis Papiniani.

(c) Vide Spartian. in Caracalla p. 243. & 247. seq. & in Severo p. 224. ubi Papinianum *juris asylum & doctrinæ legalis thesaurum* appellat. Xiphilinum p. 323. 326. E recentioribus Tillemontium T. 3. Hist. Imperator. p. 70. edit. Paris. & 119.

cujus animadversiones posthumæ prodiere Francof. 1603. 4.
* *Æmilius Papinianus* a Bassiano Caracalla jussus Getæ necem defendere, respondit non tam facile parricidium excusari quam committi, & novum esse parricidium, accusare innocenter occisum: itaque interfectus a Tyranno & ipse est Anno U. C. 964. (CHristi 212.) De hoc Papiniano post orationem Matthæi Wesenbecii, editam Witeberg. 1570. 8. Petrique Heigii & Joh. Christoph. Besoldi Orationes, quas omnes negat se vidisse (sicut nec Jo. Philippum Slevogtum videtur oculis usurpasse de Philosophia Papiniani, editum Jen. 1681.) & post Jacobi Lecti Orationem de vita Papiniani & scriptis, & Josephum Rusticum, Patricium Aquilanum in Papiniani vita, quos laudat p. 379. 395. diligenter & accurate commentatus est Everardus Otto, Antecessor tunc Duisburgensis, hodie Ultrajectinæ Academiæ in diatriba de vita, studiis, scriptis, moribus & morte Papiniani Lugd. Bat. 1718. 8. Idem Stoicum observat fuisse, & qui Sabini potius quam Proculi sectam probaret, discipulum Q. Cervidii Scævolæ. Inter scripta ejus refert *de adulteriis monobiblon*, & alium *astynomicon* sive de jure Ædilitio, Græce scriptum: & librum *de ædilibus Coloniarum & Municipiorum*, quo de argumento etiam eruditum librum a laudato Ottone habemus editum Francof. 1713. 8. quo pleniorem quoque Ædilium qua Plebejorum qua Curulium historiam daturum se, & titulum Digestorum de Ædilitio edicto nova luce perfusurum est pollicitus. Fragmenta Papiniani (*a*) signavit capite ultimo pag. 403.---439. Idem pag. 267. observat *Papinianistas* dictos tertii anni auditores, qui octo libros ex responsis docebantur. A discipulis dies festus peractus in Papiniani memoriam, ut Mucia festa per Asiam, Marcellea per Siciliam & Justinianea &c. Ubique fere contrarius Ulpiano est licet ejus æqualis *Julius Paulus*. Hujus icon & monumentum (sed recens suppositum ut videtur) in Sertorii Ursati monumentis Patavinis pag. 340. adde pag. 346. seq.

24. *Domitii Ulpiani* (*b*) qui præfectus prætorio fuit sub Alex. Mammææ interfectus circa A. C. 228. ad edictum libri LXXXIII. ad Sabinum (*c*) libri LI. Libri XX. ad leges, Disputationum libri X. Protribunalium, sive ut quidam, omnium tribunalium libri X.

(*a*) Confer Jac. Cujacii quæstiones Papinianeas, Antonii Fabri juris prudentiam papinianeam, & Barthol. Socini JCti Senensis Commentarium ad Papiniani responsum l. 102. D. de conditionibus & demonstrationibus.

(*b*) Idem Tillemont. p. 210. seq. Jac. Lectius in Oratione de vita & scriptis Ulpiani A. 1601. 8.

(*c*) De hoc Sabino Consulari Viro Lampridius in Helegabalo c. 16.

libri X. totidem libri Pandectarum & de officio Pro Cos. Regularum libri VII. Fidei commissorum Libri VI totidem libri Opinionum, Libri V. de adulteriis, de appellationibus libri IV. de officio Consulis libri III. Libri II. Institutionum, Responsorum totidem, ad edictum ædilium Curulium liber, Regularum liber singularis, de censibus libri VI. de Sponsalibus, de officio præfecti urbi, de officio præfecti vigilum, de officio curatoris Reip. de officio Consularium, de officio Prætoris tutelaris, de officio quæstoris libri, liber pandectarum, Excusationum liber, libri plures Digestorum, Notæ ad Aristonem, ad Marcellum, ad Minitii libros, in corpus juris Papiniani, ad edictum Ædilium Curulium libri II. ad legem Æliam Sentiam libri IV. Hic Ulpianus patria Tyrius ex Phœnice Tyriorum colonia sub Bassiano & proximis Impp. JCtorum clarissimus fuit, Alexandro imprimis Severo charissimus. Ejus hodieque exstant fragmenta distincta in titulos XXIX.

25. *Julius Paulus* (a) Ulpiano ubique fere contrarius, licet ejus æqualis, atque sub eodem Alex. Severo præfectus prætorio, patria autem, non, ut ille, Tyrius, sed Romanus fuit, quemadmodum adversus doctissimi Bertrandi sententiam ostensum est à Laurent. Pignorio Epist. 41. Ejus plura scripta celebrantur, hæc nempe: Receptarum sententiarum ad filios libri V. quorum Epitome exstat una cum Codice Theodosiano. Libri LXXX. ad edictum. Quæstionum & responsorum libri XXXIII. Fidei commissorum libri III. Brevis edicti libri XXIII. Ad Plautium libri XVIII. Libri XVI. ad Sabinum. Ad leges libri X. Regularum libri VII. Sententiarum sive factorum libri IV. Ad Vitellium Sabinum libri IV. Ad Neratium totidem. Fidei commissorum libri III. & totidem decretorum, Liber singularis de cognitionibus, adulteriis libri III. totidem Institutionum libri, de officio Pro Cos. libri II. Libri II. ad legem Juliam. Ad legem Æliam Sentiam libri III. de jure fisci libri II. ad edictum Ædilium Curulium libri II. Regularum libri VII. Liber regularum singularis. De usuris, de omnium legum Pœnis. De Pœnis (b) militum. De gradibus & adfinibus. De jure codicillorum. De excusationibus tutelarum. Ad Senatus consultum Tertullianum. Ad Orphitianum Senatus Consultum. Ad regulam Catonianam. Ad SCtum Syllanianum & Claudianum. Ad SCtum Vellejanum de intercessionibus fœminarum. Ad Libonia-

(a) Vide Tillemont. libro laudato p. 213. Fuit & alius Julius Paulus, Poeta, æqualis Gellii, qui eum laudat libro quinto capite quarto.

(b) Confer Stevvech. ad Vegetii libr. 3. cap. 4.

boniamum SCtum. De officio præfecti urbi. De officio prætoris tutelaris. De officio assessorum, De extraordinariis criminibus. Ad hypothecariam formulam. Ad formulam municipalem. De inofficioso testamento. De publicis judiciis. De judiciis (*a*) Centumviralibus. De jure singulari. De secundis tabulis. Ad Orationem D. Severi. Ad Orationem D. Marci & Commodi. Ad legem Vellejam. Ad legem Cinciam. Ad legem Falcidiam. De tacito fidei commisso. De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur. De juris & facti ignorantia. De adulteriis. De instructo & instrumento sive de instructi & instrumenti significatione Monobiblos. De appellationibus. De jure libellorum. De testamentis. De jure patronatus quod ex lege Julia & Papia venit. De Actionibus. De donationibus inter virum & uxorem. De legibus. De legitimis hereditatibus. De libertatibus dandis. De SCtis. De assignatione libertorum. De variis lectionibus. Epitome Alpheni Digestorum. Notæ ad Julianum. Notæ in libros quæstionum Papiniani, & in ejusd. libros responsorum. Ad Legem Fusiam Caniniam & ad SCtum Turpilianum libri singulares: Epitome Pithanon Labeonis. Libri singulares de conceptione formularum, de dotis repetitione, de cognitionibus, de articulis liberalis causæ.

26. *Pub. Furii Anthi* sive *Antiani*, Pauli æqualis, libri quinque ad edictum.

27. *Sexti Pomponii* Romani qui Papiani discipulus & Alex. Severi (*b*) à consiliis fuit, Lectionum ad Q. Mucium Scævolam libri XXXIX. Ad Sabinum sive ex Sabino libri XXXV. Libri XX. Epistolarum. Variarum Lectionum libri XV. Libri VII. ad Plautium vel ex Platio. Quinque libri SCtorum. Fidei commissorum libri totidem. De tacitis fidei commissis liber singularis. Liber regularum. Enchiridion juris libris II. & aliud libro singulari, cujus pars eximia superest in digestis tit. de juris origine. Libri plures ad edictum, quorum undoctogesimus allegatur. Libri digestorum & libri de stipulationibus. * De *Sexto Pomponio* JCto erudita Oratio Bernardi Heinrici Reinoldi

(a) In pandectis Florentinis *de judiciis septemviralibus* inscribitur, sed vide Bertrandum p. 152. sq.

(b) Lampridius in Alex. Severo p. 1044. *Ut scias qui viri in ejus concilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini insignis viri filius, Cato temporis sui Domitius Ulpianus juris peritissimus. Ælius Gordianus Giordani Imp. Pater, & ipse revera vir insignis, Julius Paulus juris peritissimus, Claudius Venacus* (Benacus) *orator amplissimus Pomponius legum peritissimus. Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venulejus, Triphoninus, Macius, Celsus, Proculus, Modestinus. Hi omnes juris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri Imper. familiares & socii, ut scribit Acholius & Marius Maximus.*

JCti Herbonensis prodiit A. 1710. 4. Inter alia recte castigat, tum in hac Orat. tum in notis ad Conciliatorem Joannis Merceri pag. 131. quæ de ætate ejus olim scripseram, in emendato Lampridii Codice deceptus, & sine examine secutus Berthrandum, Val. Forsterum, G. van der Muelen aliosque. Sane ut Georgio etiam Eberlino, in doctissima explicatione tituli D. de Origine juris pag. 410. probe observatum, Hadriano imperante scripsit, gentilis T. Pomponii Attici, ad quem Cicero,& T. Pomponii Bassi ad quem Plinii IV.Epist.23. familiaris Aristoni & Octaveno JCtis,& videtur ad Antonini Pii tempora pervenisse. Meminit Salvii Juliani, à quo vicissim annis ut videtur juniore laudatur. Ipse in Epistolis testatus est ad annum ætat. 78. se pervenisse. *Ego discendi*, inquit, *cupiditate quam solam vivendi rationem optimam in octavum septuagesimum annum duxi*. In Lampridii Severo verba: *Pomponius legum peritissimus*, *Alphenus Africanus*, desunt in MS. Palatino & in Codicibus quos evolvit Casaubonus, & omnino adesse debent, quemadmodum & Celsi ac Proculi nomina: cæteris locum reliquendum monet Everhardus Otto in Papiniano cap. XI. pag. 225. ubi non assentitur Salmasio & Menagio Florentinum etiam & Martianum, Callistratum, Hermogenem, Venulejum, Tryphonium, Moccium & Modestinum expungentibus. Ex Catalogo scriptorum hujus Pomponii expungendi liber de tacitis fidei commissis, & Digestorum libri. Cæterum libros ad edictum tres supra octoginta scripsit, & de stipulationibus libros octo.

28. *Junii* sive *Julii Mauriciani* eodem Alexandro imperante clari libri sex ad leges, & notæ in Julianum, sive Juliani digestorum libros, ut suspicatur Bertrandus. Libri de pœnis, quos ad hunc Mauricianum refert Labittus, Modestino ab aliis tribuuntur.

29. *Florentini*, qui iisdem temporibus floruit, Institutionum lib. XII.

30 *Claudii Venuleji Saturnini* Stipulationum libri XIX. Actionum libri X. De officio ProCos. Libri IV. De pœnis paganorum (*a*) liber singularis. Publicorum libri VII. Hic Saturninus sub eodem Alexandro Severo juris scientia celebris fuit. * De *Claudio Saturnino* qui librum de pœnis paganorum, & librum Tertulliano lectum de coronis composuit, Pancirollus lib. 2. thesauri Variar. Lect. cap. 139.

31. *Ter-*

(*a*) Liber ipse a Labitto & aliis Q. Saturnino adscribitur: Paganos vero confinibus opponi, uti apud Vegetium lib. 2. c. 23. *Nam si doctrina cesset armorum, paganus distat a milite.*

31. *Tertulliani*, qui circa hæc tempora claruiſſe videtur (ſiquidem diverſus eſt à Q. Septimio Florente Tertulliano (*a*) Eccleſiæ doctore Afro, & à Tertullo quo referente SCtum Tertullianum ſub Imperio Antonini Pii factum eſt) quæſtionum libri VIII. & de caſtrenſi peculio liber unus. * De *Tertulliano* Eccleſiæ Doctore, diverſo utique à *Tertulliano* JCto, licet & ipſe juris neutiquam fuerit imperitus, confer Jo. Mich. Heineccii diſſ. hiſtoricam de JCtis Chriſtianis primorum ſæculorum, Halæ Sax. 1713. 4. p. 18.

32. *Æmilii Macri* militarium libri II. publicorum libri totidem. Totidem de officio præſidis. Totidem ad legem de viceſima hereditatum & de appellationibus. Diverſus hic eſt ab Hiſtorico Poetisque hujus nominis, qui illum ejusdem Alexandri temporibus florentem ætate anteceſſerunt.

33. *Herenni Modeſtini* reſponſorum libri XIX. Pandectarum libri XII. Regularum libri X. Libri IX. differentiarum. Excuſationum (*b*) libri VI. De pœnis libri IV. Liber ſingularis de præſcriptionibus. De inofficioſo teſtamento. De manumiſſionibus. De legatis & fidei commiſſis. De teſtamentis, περὶ (*c*) εὑρηματικῶν, de enucleatis caſibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Ad Q. Mucium Scævolam libri plures, & libri de præſcriptionibus. Modeſtinus iſte à Lampridio annumeratur iis quorum conſilio uſus eſt idem Alexander Severus. * Jo. Shilteri *Modeſtinus* typis exſcriptus eſt Argentorati 1687. 8. Antonii Auguſtini ad Modeſtinum ſive de excuſationibus liber, ejusdem emendationum & opinionum libris quatuor ſubjicitur Lugd. 1547. 8.

34. *Hermogenis* (*d*) (ſive, ut in pandectis dicitur, *Hermogeniani*) Modeſtini æqualis, Epitomarum juris libri VI. libri fidei commiſſorum. Hic ex Jo. Bertrandi ſententia pag. 185. ſeq. de vitis JCtorum, non Ethnicus fuit ſed Chriſtianus.

35. *Licinii Rufini* non ignobilis eadem ætate Juriſconſulti Regularum libri plures, quorum duodecim dumtaxat in Indice Florentino memorantur.

36. *Aelii Martiani* qui ſub eodem Alexandro fuit, XVI. libri inſtitu-

(a) Conſtat tamen hunc quoque Tertullianum juris ſcientia claruiſſe,

(b) Fragmenta quæ ex his libris Græce ſcriptis in Digeſtorum opere referuntur emendat & explicat Antoninus Auguſtinus libro ſingulari qui cum ejus emendationum & opinionum libris quatuor prodiit tum alibi tum Heidelbergæ 1594. 8.

(c) Confer. Jo. Schilteri Modeſtinum & Henrici Brenckmanni Commentarium in Modeſtini librum ſingularem περὶ εὑρηματικῶν. Lugd. Bat. 1706. 8.

(d) Hermogenes iſte ſi idem eſt cujus Lampridius in Alex. Severo meminit, antiquior erat atque adeo diverſus ab illo à quo codicem Hermogenianum collectum ſupra dixi, is enim Diocletiano imperante floruit.

institutionum, Regularum V. libri. De appellationibus libri duo. De publicis judiciis libri totidem: De delatoribus. Ad SCtum Turpilianum. Ad Hypothecariam formulam. Notæ ad Papinianum. De adulteriis. Libri digestorum.

37. *Claudii Tryphonini* sive *Tryphonii*, discipuli Papiniani, disputationum libri XXI. Notæ ad libros digestorum Scævolæ.

38. *Arii Menandri* de re militari libri quatuor. Hic quoque Alex. Severi Imp. à Consiliis fuit: igitur longe diversus à Cn. Publicio Menandro, cujus mentio ap. Ciceronem Orat. pro Cornelio Balbo.

39. *Africani* (a) scriptoris subtilis & difficilis, qui iisdem temporibus clarus & Papiniani discipulus fuit, quæstionum libri IX. Libri Epistolarum.

40. *Aurelii Arcadii Charisii* libri singulares de testibus, de officio præfecti prætorio, de muneribus civilibus. Hic Charisius præses Syriæ fuit Imperante Diocletiano. Loca porro ubi singula hæc JCtorum veterum scripta in libris juris civilis allegantur, non mediocri industria indicavit, atque adeo fragmentorum locupletem indicem confecit Jacobus Labittus qui post Lipsiensem Anni 1616. 8. aliasque editiones eleganter recusus est Lugd. Bat. 1647. 8. Idem cum Jo. Baptistæ Zileti indice librorum juris prodierat Venet. 1566. Etiam cum Antonii Augustini & Jo. Vvolffgangi Freymonii indicibus juris, Lugduni 1585. 8.

VI. De his vero aliisque veteribus JCtis & eorum scriptis copiosius egerunt à quibus vitas eorum consignatas habemus Joannes Bertrandus & Guilelmus Grotius: quibus addere licet Guidonem Pancirollum, Nicolaum Henelium, Aymanum Rivallium, Bernardinum Rutilium, Catellianum Cottam, Valentinum Forsterum & interpretes tituli de origine juris Franciscum Hottomannum, Antonium Garronem, Georgium Eberlinum, Christoph. Adamum Rupertum & Gerhardum van der Muelen. Antonium Augustinum libro de nominibus propriis Pandectarum, Jo. Sithmannum in speculo Imperii Romani, Albericum Gentilem libro tertio lectionum quæ ad jus civile spectant capite 4. Cornelium van Eck in principiis Juris Civilis & Vincentium Gravinam in libro pereleganti de ortu & progressu juris Civilis, Neapol. 1701. 12. & Lipsiæ 1703. 8. De nonnullis vide etiam quæ docte observata sunt elegantissimo Aegidio Menagio in Amœnitatibus ju-

(a) Sex Cæcilium Africanum antiquiorem, cujus apud Gellium mentio. Potius intelligendum esse docet Cujacius cujus prodiere tractatus sive Exercitationes novem quibus Africani fragmenta illustrantur. Confer ejusdem observationes libro & capite septimo.

bus juris. * *Antonii Augustini* liber raro obvius de nominibus propriis Pandectarum prodiit Barcinone 1592. fol. quem recudi esset operæ pretium, sicut laude dignissimum est studium virorum Clariss. Jo. Christoph. Franchii & Christiani Godfridi Hofmanni, quorum ille Halæ 1718. 4. prælis iterum subjici curavit vitas JCtorum veterum scriptas à Bernhardino Rutilio, Joanne Bertrando & Guil. Grotio. *Rutilii* prodierant Argentorat. 1538. 8. Basil. 1539. 4. *Bertrandi*, præsidis Tolosani βίοι νομικῶν post editionem Tolosanam 1617. 4 Lugd. Bat. 1675. 8. *Grotii* denique vitæ JCtorum quorum in Pandectis exstant nomina Lug. Bat. 1690. 4. Hofmannus recentavit editionem pulcherrimi operis, postumi licet, librorum quatuor de claris legum interpretibus auctore *Guidone Pancirollo* (a) JCto Patavino, quod de sequioris maxime ætatis JCtis multa docens alibi vix obvia, bis Venetiis A. 1637. & 1655. prælis exierat, sed in tabernis librariis jam pridem desiderabatur. Huic subjunxit 1) *Joannis Fichardi* Franckofurtensis vitas recentiorum JCtorum editas Patavii 1565. 2) *Marci Mantuæ* Benavidii Epitomen alphabeticam virorum illustrium, excusam Patavii 1555. 8. 3) *Joannis Baptistæ de Gazalupis* sive *Caccialupi* historiam interpretum & glossatorum juris, quam cum Sebastiani Brantii expositionibus titulorum omnium Juris tam Civilis quam Canonici ediderat Gryphius Lugd. 1543. 4. 4) *Cattelliani Cottæ* JCti Mediolanensis recensionem brevem insignium Juris interpretum & Doctorum, ex ejus Memoralibus Lugd. 1556. 1573. 8. pag. 466. -- 495. excerptam. 5) *Matthæi Gribaldi Mophæ* JCti Ticinensis elogia aliquot interpretum Juris Civilis, distichis comprehensa ex ejus libris tribus de methodo ac ratione studendi in jure, qui lucem viderant Lugduni 1544. (b) & 6) *Alberici Gentilis* de juris interpretibus dialogi ex edit. Lond. 1582.

Multorum JCtorum non contemnenda notitia traditur in B. D. *Samuelis Reyheri* JCti Kiloniensis historia jurium universali, Kilon 1711. 4. Plena quoque bonæ frugis & lectu digna *D. Georgii Beyeri* notitia centum auctorum Juridicorum veterum ac recentium, Lipf. 1701. 8. D. *Burchardi Gotthelf Struvii* Bibliotheca selecta & selectissima juris post primam editionem Jenensem

1701. 8.

(a) Licebit conferre, quæ, pauca tamen illa, de nonnullis JCtis, quorum in Pandectis mentio, notavit idem Pancirollus in thesauro Variarum Lectionum Lib. 1. c. 79. & lib. 2. c. 131. &c. Lugd. 1621. 4.

(b) Poterant his jungi *Jo. Lorichii Hadamarii* elogia Veterum JCtorum plus quam sexaginta, versibus comprehensa elegiacis & excusa Tom. 3. delic. Poetarum Germanorum pag. 1262. - 1284. & ad calcem *Nicolai Henelii* commentarii de veteribus 38. JCtis quorum fragmenta in Pandectis supersunt, Lipf. 1641. & 1654. 8. cum ejusdem Henelii notis & in eosdem 38. JCtos epigrammatibus Henelii & *Casparis Cunradi*.

1701. 8. sæpius recusa castigatior pleniorque. *Dionysii Simonis* Bibliotheca Juris Historico Chronologica, Gallice vidit lucem hoc titulo: Nouvelle Bibliotheque historique & Chronologique des principaux Auteurs & Interpretes du Droit Civil, Canonique & particulier des plusieurs Etats & provinces, depuis Irnerius, avec des caracteres de leurs esprits, & des jugemens sur leurs ouvrages, Paris 1693. 12. duobus Volum de quo opere Acta Erud. Tom. V. supplementi pag. 369. *Jacobi Labitti* index legum & actorum qui in Pandectis citantur, post edit. Paris. 1556. 4. & Lips. (1616. 8. cum notis Wilh. Schmuckii,) recusus Lugduni Bat. 1674. 8. apud Joannem a Gelder, non 1647. ut excusum supra dixi Indicem scriptorum de utroque jure colligere orsus *Joannes Nevizanus* Astensis, cujus lucubrationem auxere *Lud. Gomessius* & *Jo. Ficbardus* Basil. 1539. 4. Hinc. *Jo. Baptista Ziletus* Venet. 1566. Franconf. 1567. 4. & majore studio *Jo. Wolfgang Freymonius* in elencho scriptorum juris Civilis & Canonici Francof. 1579. 4. & 1585. 4. 1597. 4. Idem Freymonius Symphoniæ juris utriusque Chronologicæ, leges serie temporum Consulumque exhibenti subjecit temporis ordine recensionem JCtorum ab A. 1150. ad medium sæculum sextum decimum. Francof. 1584. fol.

Longe in recensendis JCtorum scriptis horum industriam post se reliquit, accommodatissimaque ad studentium usus methodo sub titulis alphabetico ordine digesta est *Martini Lipenii* Bibliotheca realis juridica Francof. 1679. fol. & cum longe plurimis accessionibus cura *D. Frid. Gottlieb Struvii*, ibid. 1720. fol. utinam emendatius, accuratiusque. In memoriis Trevoltinis A. 1705. pag. 1818 *Mr. Daubasson, Doyen de chapitre de St. Amable de Riom a fait inprimer à Clermont une table Chronologique pour le Droit. On y voit d'un coup d'oeil en quel tems les diverses loix & les diverses Codes ont etè faits, & jusqu'a quel tems ces loix & ces Codes ont etè en vigueur*. Distinctius vero & accuratius veterum singulorum JCtorum Historiam, scripta, scriptorumque fragmenta digesta & illustrata exhibebit jam paulo ante mihi laudatus *Henricus BrencKmann* JCtus in opere cui titulum fecit: *Pandectæ Juris Civilis; Auctoribus suis & libris restituti*. *Vincentii Gravinæ* præclarum opus de Origine Romani juris, libris tribus distinctum in lucem exiit Lips. 1707. 4. sed emendatius Neapoli 1714. atque iterum Lipsiæ cum aliis eruditissimi Viri scriptis, 1717. 4. Cæteri scriptores ad historiam Juris Romani facientes sunt eo ordine quo sunt editi. *Aymari Rivallii* Allobrogis, Civilis Historiæ juris libri quinque & Historiæ juris Pontificii

tificii liber singularis Mogunt. 1527. 1539. 8. Lugd. 1551. 8 & in Oceano juris sive tractatu tractatuum Tomo I. Venet. 1584. fol. *Laurentii Breiden* Oratio de origine Jurisprudentiæ Romanæ & studio Juris recte inchoando, cum *Francisci Duareni* Epistola de ratione docendi discendique Juris, & Chronologia Jurisprudentiæ Romanæ ab initio Urbis usque ad Justinianum Imp. Rostochii 1564. 4. *Valentini Forsteri* de Historia Juris Civilis Romani legibusque, annorum serie digestis, & vitis JCtorum libri III. Basil. 1565. fol. & deinde Coloniæ cum tractatu de successionibus 1594. fol. & cum libris novem de hereditatibus ab intestato Mogunt. 1607. 1615. 4. & in tomo primo Oceani Juris sive tractatus tractatuum Venet. 1584. fol. & separatim Aurelianæ Allobrog. sive Genev. 1609. 8. & correctius ex auctoris autographo a filiis Val. Guilelmo & Carolo Forsteris, Helmst. 1609. 8. Witeb. 1623. 8. *Alberici Gentilis* de libris Juris Canonici, de libris Juris Civilis & de Latinitate veteris Bibliorum versionis male accusata dissertationes tres ad Robertum filium Hanov. 1605. 8. *Thomæ Lindemanni* Historia Juris Romani Rostoch. 1627. 4. in Enchiridion Pomponii de Origine Juris, quod etiam illustrarunt *Georgius Eberlinus* Bresnicensis cujus eruditus commentarius prodiit Henricopoli 1595. 4. *Christoph. Adamus Rupertus* Jenæ 1661. 12. *G. van der Muelen*, Trajecti ad Rhen. 1691. 8. *Hermanus ByncKersbœK* JCtus & Senator in prætermissis ad lib. 2. D. de Orig. juris, in Opusculis Lugd. 1719. 4. *Jo. Seldeni* diss. ad Eletam (a) in qua etiam Juris Romani Justinianei historia breviter & docte attingitur Lond. 1647. 4. *Ægidius Menagius* in amœnitatibus Juris Civilis Paris. 1664. 8. & deinde post alteram editionem Parisiensem auctior atque emendatior hic liber, in quo plura de antiquis JCtis erudite notata leguntur, lucem vidit curante nobilissimo Frid. Benedicto Carpzovio, Lips. 1680. 8. *Philippi Lud. HanneKenii* Janus Juris, Giessæ 1668. 4. *Adamus Ruetius* in tractatu rhapsodico de librorum Juris quantitate & qualitate, Regimont. 1658. 8. *Melch. Voetii* hist. Juris Civilis &c. *Arturi DucK* de usu & auctoritate Juris Civilis Romani in ditionibus Principum Christianorum. Lips. 1676. 8. Giornale de letterati di Roma 1677. pag. 202. *Joach. Hagemeieri* de auctoritate Juris Civilis & Canonici Francof. 1663. 4. *Petri Taisand* Histoire du Droit Romain, Paris 1678. 12. Journal des Savans 1678. p. 234. *Joh. Doujatius* in

(a) Sic Juris veteris Anglici scriptor appellatur a carcere in quo illud sub Eduardo I. vel II. composuit. Vide Seldenum, & Tho. Fulleri librum editum Lond. 1662. fol. cui titulus, the history of the vvorthies of England. II. p. 210.

Historia Juris civilis Romanorum, qua ejus tam origo quam progressus, autoritas & utilitas, tum Justinianei partes atque ordo partium demonstratur, ubi & Gallici juris origo perstringitur. Parif. 1678. 4. Journal des Sav. p. 293. Giornale de' letterati di Roma A. 1679. *Corneliis van EcK* in principiis Juris Civilis Franek. 1689. 8. Bibl universell. Tom. 14. pag. 46. Hist. des ouvrag. des Sav. 1689. Jun. p. 308. *Erici Mauritii* de libris juris communis, horumque usu, inter ejus dissertationes & opuscula junctim edita Francof. 1692. 4. *Georgii Schubarti* de fatis jurisprudentiæ Romanæ, Jen. 1696. 8. Acta Erud. 1696. pag. 427. Journal de Berlin A. 1697. pag. 21. & 118. *Petri Relandi*, JCti & Judicis, fasti Consulares ab A. C. 146. ad 559. ad illustrationem Codicis Justinianei ac Theosidoani secundum rationes temporum digesti & auctoritate veterum scriptorum atque lapidum antiquorum confirmati cum appendice *Hadriani Relandi* fratris, qua fasti ex Codd. MSS. depromti & Consules in Pandectis memorati continentur. De Fastorum Florentinorum minorum perturbatione vide pag. 174. seq. qui integri exhibentur p 758. *D. Burchardi Gothelf Struvii* Historia Juris Romani, Justinianei, Græci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis & Publici, e genuinis monumentis illustrata Jen. 1718. 4. Acta Erud. 1719. p. 377. Histoire du Droit Romain par *Claude Joseph de Ferriere*, Paris 1718. 12. Iournal des Sav. 1718. Decembr. p. 657. Acta Erud. 1721. p. 15. *D. Christ. Godofredi Hofmanni* Historia Iuris Romano Iustinianei, cum *D. Christiani Thomasii* delineatione Historiæ Iuris Civilis: & Francisci Hottomanni anti-Triboniano. Lipf. 1718. 4. Acta Erud. 1719. p. 381. De *Jacobi Godofredi* historia Iuris Civilis Romani, toties recusa & de ejusdem quatuor fontibus Iuris Civilis dixi supra pag. 516. Ei notitiam Basilicorum a Iosepho Maria Suaresio concinnatam adjunxere Amstelodamenses 1663 12. Scripta in *Simonis van Leeuven* Volumine de origine & progressu Juris Civilis Romani comprehensa recensui supra: Hoc post editionem Lugd. Bat. 1672. 8. recusum est Ienæ 1697. 8. De eodem D. Georgius Beyerus in notitia auctorum Iuridicorum pag. 65. seq.

Leevviano Volumini juvat subjungere alterum Iurisconsultissimi Viri, *Antonii Schultingii*, Antecessoris Lugdunensis Batav. quod inscribitur: *Jurisprudentia antejustinianea*, Lugd. Bat. 1717. 4. In eo continentur. 1) *Caji* institutionum epitome ab *Aniano* Consiliario Alarici Regis Wisigothorum sub sexti sæculi initium composita libris duobus, cum commentario *Hieron. Aleandri* junioris, edito Venet. 1600. 4. & *Jac. Oiselii* notis Lugd-

Bat. 1658.

Bat. 1658. 8. novisque editoris *Anton. Schultingii* animadversionibus pag. 1. --- 186. Adde varias lectiones pag. 931. seq. ex editionibus Basileensi Io. Sichardi 1538. Lugdunensi 1566. Parisiensi 1586. & Genevensi eiusdem anni ad calcem Codicis Theodos. (2) *Julii Pauli* sententiarum receptarum ad filium, libri quinque, cum interpretationibus *Aniani*, viri spectabilis, nec non *Jac. Cujacii* interpretationibus A. 1557. primum editis & ex postrema recognitione Colon. 1589. 8. notisque & emendationibus *Conr. Rittershusii* (Norimb. 1594. 8.) & *Huberti Giphanii* atque *Editoris* pag. 187. --- 536. Adde Varias lectiones editionum pag. 932. seq. (3) Tituli XXIX. ex corpore regularum *Ulpianeo* (editi primum à Johanne Tilio A. 1549.) cum *Jac. Cujacii* notis (à Joanne Amarittono in lucem emissis Tolosæ 1554.) *Lud. Charondæ* Paris. 1555. & 1578. atque *Ant. Schultingii* pag. 537. --- 680. Adde varias lectiones editionis Lovan. 1550. aliarumque pag. 938. seq. (4) Librorum I. XIX. Codicibus *Gregoriani* pag. 681. --- 708. & Codicis *Hermogeniani* pag. 709. --- 718. fragmenta quæ inventa hactenus fuere omnia, cum notis ejusdem *Schultingii*. Adde Varias editionum lectiones p. 939. seq. (5) *Mosaicarum & Romanarum Legum collatio* (a) ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Caji, Modestini aliorumque veterum Juris Auctorum libris ante tempora Justiniani desumta, cum notis *Petri Pithoei* & *Editoris* pag. 719. --- 800. adde varias lectiones pag. 940. seq. ex Codice MS. Iosephi Scaligeri. De hoc scripto plura dicere me memini supra pag. 519. seq. (6) Fragmentum ex *Modestini* regularum libro III. de bonis libertorum & de testamentis pag. 801. & fragmentum regularum ex veteri JCto (Ulpiano an Cajo) pluribus sententiis constans pag. --- 809. nec non fragmentum ex lib. 1. responsorum *Papiniani* sub titulo de pactis inter virum & uxorem p. 810. (7) Consultatio veteris JCti mediæ ætatis de pactis, (b) plura veterum JCtorum fragmenta allegans: pag. 813. --- 816. nec non *Papiani* quem Pithœus Gotho Romanum sub Theodorico, Jac. Godofredus Burgundionem putat fuisse, responsorum liber titulus XLVI. in quo & ipso plura veterum JCtorum & constitutionum

(a) Idem scriptum Paris. 1572. primum editum etiam ibid. 1573. 8. prodiit sub titulo: Fragmenta Pauli, Ulpiani, Caji, Modestini aliorumque cum Moysis legibus collata ex Bibl. P. Pithœi, cum ejus notis. Deinde A 1588. 8. ab Henr. Stephano editum est in libro quem inscripsit: Juris civilis fontes & rivi, collatio legum Mosaicarum & Romanarum ex Papiniani, Pauli, Ulpiani, Caii & Modestini integris libris. Etiam à Conrado Rittershusio in Enchiridio juris quadripartito, quod ipse memorat præfat. in Julii Pauli sententias.

(b) Confer Jac. Cujacii Observationes lib. 7. c. 26.

tutionum Imperatoriarum fragmenta p. 827. --- 854 (8) *Dosithei* Magistri (*a*) liber tertius continens Imp. Adriani sententias & Epistolas Græce & Latine cum Goldasti notis (qui ediderat Genev. 1601. 8.) p. 855. --- 879. (9) *Antonii Schultingii* Orationes duæ (1) qua disquiritur culpandusne sit Tribonianus quod ICtorum qui stante Rep. Romana claruere, scripta suppresserit, ac posteriorum qui sub Imperatoribus floruere, responsa retulerit p. 883. --- 907. (2) De Jurisprudentia historica, quod magna jurisprudentiæ pars non tam in Philosophica ratiocinatione quam in historica eorum quæ publice sancita vel etiam interpretando inducta sunt cognitione consistat. pag. 908. --- 930. Hactenus *Jurisprudentia ante Justinianea* Amplissimi Schultingii.

VII. Cæterum quos hactenus memoravimus JCtos veteres, eorum nomina (Pegasio excepto) occurrunt in indice Græco Iustinianeo Pandectis Florentinis præfixo, præter quos longe plures in libris ipsis juris Civilis & apud alios veteres memorantur, de quibus Bertrandus libro secundo singillatim sibi agendum putavit, nobis autem hoc loco sufficiet sola nomina scripta cum notatione temporis hic breviter apposuisse.

1. *Ante Augusti Imperium* juris scientia floruere *Sextus Aelius* Ennio laudatus autor juris Æliani cuius supra mentionem fecimus, & Tripartitæ, quo in opere legibus 12. Tabularum præter interpretationem legis actionem subiecerat. *Junius Gracchanus* à Caii Gracchi amicitia ita dictum teste Plinio, auctor librorum VII. de potestatibus. *Cato* M. Catonis Porcii filius cuius libri XV. de iuris disciplina sive commentariorum iuris civilis olim ferebantur. *P. Mucius Scævola* (*b*) Q. Mucii pater, & Consul eo anno quo Tiberii Gracchi seditio orta est, auctor librorum XIV. commentariorum iuris in quos notas composuit Servius Sulpicius. *Brutus* pater eius qui parricidio Cæsaris interfuit, auctor librorum III. de iure civili. *Q. Aelius Tubero* æqualis Luculli, Panætii auditor, de iure venditionis ac forte alia quædam scripsit; diversus autem est à *Q. Tuberone*, quem iuris publici & privati complures libros composuisse testatur Pomponius. *C. Aquilius Gallus*, *Cajus Iuventius* & *Aulus Cascellius* auditores Mucii Scævolæ, ex quibus Cascellius auctor

tum

(a) De hoc dixi Bibl. Græcæ volumine VII. p. 59. Incertum an is Dositheus ad quem Libanii Epistolæ. Glossas Dosithei Græcolatinas MSS. servat Bibliotheca publica Leidensis inter Codices II. Vossii.

(b) Confer Francisci Balduini commentarium de jurisprudentia Muciana Basil. 1558. 8. Ab hoc Mucio Scævola jurisprudentiam hausit Cicero. Vide Plutarchum in Cicerone p. 861. seq.

tum aliorum plurium, tum libri benedictorum, (*a*) qui Pomponii ætate adhuc exstabat. Aquilius vero *Servii Sulpicii Rufi* (*b*) præceptor, quem Servium 180 fere libros reliquisse idem Pomponius testatur, ex quibus memorantur libri II. ad edictum Bruto inscripti, notæ ad P. Mucium Scævolam, ad leges 12. Tabb. liber singularis de dotibus, de testamentis libri II. Hunc Servium audiverunt *Publicius Gellius*, *Labeo*, (*c*) *Antistius* Labeonis Antistii pater, *Cinna*, *C. Atejus Pacuvius*, *Flavius Priscus*, *Aufidius Namusa*, *Aufidius* (*d*) *Tucca*, *Titus Cæsius*, *Alfenus Varus* de quo dixi supra, & *C. Aulus Ofilius* (*e*) quinque librorum iuris partiti auctor. Apud Ciceronem memorantur etiam iuris consulti insignes *L. Valerius*, *Sextus Pompejus*, *M. Manilius* qui leges venalium vendendorum composuit & libros VII. scripsit de jure civili. *P. Rutilius Rufus* avunculus Cottæ cuius laudantur libri de vita sua, historia rerum Romanarum & oratio de modo ædificiorum de qua vide Sveton. in Augusto cap. 89. *Cœlius Antipater* Magister L. Crassi, *Fufidius*, *M. Cęlius Rufus*, qui ædilitium edictum interpretatus fuerat, & *C. Trebatius Testa*, (*f*) de quo videas licet Menagium capite Amœnitatum iuris quarto decimo.

2. *Sub Augusto* claruit *Vitellius* Augusti procurator; ad cujus libros scripsit Sabinus. *Varius Lucullus* non multo junior Labeone. *Atejus Capito* qui sub Tiberio senex obiit, auctor commentariorum ad leges 12. Tabularum, Conjectaneorum lib. CXX. De pontificio jure librorum decem. Totidem de jure sacrificiorum. Libri singularis de officio senatorio & collectaneorum. *Drusus* denique Celso JCto memoratus.

3. *Tiberii Imp.* familiaris & sub ejus imperio jurisconsultissimus fuit *Coccejus Nerva* Sectator Labeonis, relicto *filio* sibi cognomina, cuius de usufructu & usucapionibus commentario celebran-

(a) Menag. c. 8. amœnitatum juris.

(b) De Servio Sulpicio JCto adi præter alios Laur. Begerum T. 2. thesauri Brandenburg. p. 587. & p. 590. * Vide etiam Pontaeum ad Cron. Eusebii pag. 503.

(c) De vita, moribus & studiis *M. Antistii Labeonis* & *C. Ateii Capitonis*, oratio JCti celebris Cornelii von Eck lucem vidit Ultrajecti 1693. 4.

(d) Ab *Aufidio Tucca* JCto diversus Tucca Poeta, quem æmulum molestum omnium studiorum suorum perstringit Martialis XII. 96. Alius Plotius Virgilii Poetæ amicus, quem apud Gallos Cisalpinos Tuccam dictum scribit Scholiastes Persii II. 42.

(e) Alia Ofilii scripta refert idem Menagius p. 447. amœnitatum, quem vide etiam sis p. 98. seq. capite 19.

(f) De *Trebatio Testa*, cui Topica sua Cicero inscripsit, consulendum Nic. Hieron. Gundlingii Schediasma Critico Juridicum, quo C. Trebatius Testa JCtus ab injuriis tam veterum quam recentiorum auctorum (ut Dan. Heinsii de Sat. Horatiana) liberatur. Halæ Saxon. 1710. 4.

celebrantur. Iisdem temporibus clari fuere *Paconius Blæsius* & *L. Cassius Longinus*, qui scripsit iuris Civilis libros X. Quod vero præstantissimus Bertrandus p. 276. & 289. inter huius Cassii scripta refert libros apud Urseium Ferocem, Chronologiæ repugnat, quia Urseius Cassio longe fuit iunior. Sed cum Cassii scripta Ulpiano ad manus non essent, & ex illis Urseius aliquid in suos transtulisset commentarios, Cassius apud Urseium ab Ulpiano allegatus, accipiendus est de verbis Cassii apud Urseium occurrentibus.

4. *Sub Nerone* Imp. obiit *Servilius*.

5. *Sub Ottone* claruisse feruntur *Atilicinius & Vivianus*.

6. *Sub Trajano & Hadriano* floruerunt *Minitius Natalis*, *Cartilius* sive *Catilius Severus*, *Aristo* qui de furtis, librum responsorum, commentariosque ad Cassium & Sabinum scripsit. *Papyrius Fronto* cuius liber decretorum & responsorum lib. III. memorantur. *Urseius Ferox* in cuius commentariis quædam notavit Iulianus. Videtur etiam his temporibus celebris fuisse *Sextus Pedius* qui ad edictum scripsit, diversus utique à Pedio de quo Persius Sat. 1. v. 18. & à Pedio Blæso ap. Tacitum 14. Annal. *Cælius* quoque *Sabinus*, & *Puteolanus*, qui libros adsessorum scripsit.

7. *Sub Hadriano & Antonino Pio* fuere *Tuscianus* (a) sive *Tuscius Fuscianus*, *Sextus Cæcilius*, *Q. Saturninus*, *Lælius* quidam & *Valerius Severus*, *Octavenus* quoque & *Plautius Sylvanus*, & *Vindius* qui de prætoris edicto ac detractione Falcidiæ scripsit, diversusque est ab alio huius nominis ICto, qui clarus fuit temporibus Alexand. Severi.

8. *Septimii Severi* temporibus claruit *Coccejus Campanus*.

9. *Sub Alex. Severo* iuris scientia conspicui fuerunt *Arianus* (diversus ab Arriano Nicomediensi, qui clarus fuit temporibus Hadriani, & ab *Ariano Severo* autore librorum de interdictis) *Favius Mela* qui scripsit libros ad edictum, *Macius* denique quem cum Mæciano quidam perperam confuderunt.

10. *C. Flaccus & Fulcinius* ICti Iulio Paulo laudati, ad quæ tempora referendi sint accurate non constat.

CAPUT

(a) Nisi legendum Mæcianus apud Pomponium l. 2. de Orig. juris. Vide Menagii amœnitates c. 5. De Sexto Cæcilio idem c. 23.

CAPUT X.

DE CODICIBUS THEODOSIANO & Juſtinianeo, Codice Legum Antiquarum Lindenbrogeniano, & Corpore Juris Canonici.

I. CODEX THEODOSIANUS, (a) auſpiciis Theodoſii junioris, è conſtitutionibus Conſtantini M. & ſequentium Imperatorum collectus, libris XVI. diſtinctus & anno XVI. ejus imperii A. C. 438. abſolutus, poſt (b) Sichardi, qui primus edidit Baſil. 1528. fol. Tilii, Cujacii, Puteani, Pithœi & Sirmondi editiones qui vel integrum vel partes aut appendices ediderant, luculenter vulgatus eſt ab Antonio Manillio cum commentariis poſthumis eruditiſſimis & copioſis *Jacobi Gothofredi*, Lugduni 1665. fol. ſex tomis, qui tamen in tria vel etiam duo ſed paulo craſſiora volumina compingi poſſunt. Idem Gothofredus præter prolegomena, quibus hiſtoriam hujus codicis perſequitur, addidit Chronologiam, Notitiam dignitatum, Proſographiam, Topographiam & gloſſarium Nomicum. * Codex Theodoſianus ab Antiocho, Maximino & Martyrio viris illuſtribus & à quinque ſpectabilibus Viris ac Comitibus Sperantio, Apollodoro, Theodoro, Epigenio & Procopio abſolutus A. C. 438. Vide Jac. Gothofredi prolegomena pag. CLXXXV. ſeq. & Struvii Hiſtoriam juris pag. 254. Tiro Proſper in Chronico Pithœano apud Labbeum Tom. I. Bibl. novæ MSS. pag. 59. ad illum annum: *Theodoſianus liber omnium legum legitimorum* (hoc eſt Chriſtianorum) *Principum in unum collatarum hoc primum anno editus*. Falluntur qui ad A. 435. referunt, ut Petrus Allixius de triſagii origine pag. 33. qui addit variarum conſtitutionum ſupplemento auctum A. 447.

Prima editio *Jo Sichardi*, tribus Codicibus MSS. ſuo, Moguntino & Morpacenſi adhibitis Baſil 1528. fol. de qua editione jam ſupra dixi. Vide etiam ſis Georgii Beyeri notitiam auctorum Juridicor. ſpecimine ſecundo pag. 28. ſeq. Sichardum ſecutus

(a) Seldenus in notis ad Marmora Oxonienſia p. 40. b. locum quendam emendat è MS. codice Theodoſiano, *quem*, inquit, *breviario ſuo ante quingentos annos de Romanis Imperatoribus ex Haymone Floriacenſi confecto intexuit Gullelmus Monachus Malmesburienſis*.

(b) Sichardus Codici Theodoſiano adjunxit novellas conſtitutiones Theodoſii, Valentiniani, Martiani, Majorani & Severi: tum libros duos inſtitutionum Caji, Julii Pauli receptarum ſententiarum libros V. Fragmenta Codicis Gregotiani & Hermogeniani, Voluſium item Mæcianum de Aſſe & Frontinum de limitibus cum commentariis Aggeni Urbici.

secutus *Jo. Tilius*, Engolismensis, qui integriore posteriorum octo librorum usus Codice meliorem editionem adornavit Parif. 1550. 8 *Jacobi Cujacii* editio Lugd. 1566. fol. profitetur integros primum exhibere librum VI. VII. VIII. & XVI. Ceteri, inquit aucti sunt innumeris Constitutionibus. Adjectæ etiam suis locis Aniani interpretationes. Præterea accedunt (1) Novellarum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Majoriani & Severi, cun *Aniani* interpretationibus, libri quinque, non integri illi quidem, sed multis Imperatorum illorum, Anthemii etiam amissis. (3) Caji institutionum liber. (4) Julii Pauli sententiarum receptarum libri V. (5) Tituli ex corpore Ulpiani. (6) Volusii Mæciani distributio, item vocabula ac notæ partium in rebus pecuniariis, pondere, numero, mensura. (7) Papiani liber responsorum. (8) Tituli ex Corpore Codicis Gregoriani & Hermogeniani. (9) Notæ Juris à Magnone collectæ. (10) Notæ juris antiqui ex Valerio Probo. Repetita Cujacii editio Parif. 1586. fol. apud Nivellium, & Aurelianæ Allobrogum sive Genevæ eodem anno 4. in qua editione accessit ex *P. Pithœi* Bibl. Collatio Legum Mosaicarum & Romanarum, Consultatio veteris JCti (de qua supra p. 537.) & fragmentum regularum Ulpiani. Exstat & editio Genev. 1593. 4. ad Sichardi Tiliique recensionem. Et melior Puteanis curantibus Parif. 1607. fol. apud viduam Seb. Nivellii In editione Lugdunensi 1593. 4. accessit Magistratuum & dignitatum in Codice Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano memoratarum index & constitutionum omnium Chronologia. Theodosii, Valentiniani Majorani & Anthemii novellæ constitutiones XLII. ex editione *Petri Pithœi* primum prodierant Parif. 1571. quæ recusæ in ejus Operibus Parif. 1609. 4. De locupletissima Codicis Theodosiani editione uberrimis *Iacobi Gothofredi* commentariis postumis, & indicibus utilissimis instructa confer etiam D. Georgii Beyeri specimen secundum notitiæ auctorum Juridicorum pag. 33. &c. Libri X. tit. 10. de paganis & sacrificiis & templis separatim recensitum à se atque illustratum ediderat laudatus Gothofredus Genev. 1616. 4. Sed & *Carolus Hannibal Fabrottus* Parif. 1618. 4. qui & ipse Codicem Theodosianum integrum similiter illustrare se constituisse innuit. *Iac. Sirmondi* Codicis Theodosiani appendix Parif 1631. 8 & in Tomo primo operum junctim quinque voluminibus editorum Parif. 1631. 8. & in Tomo primo operum junctim quinque voluminibus editorum Parif. 1696. fol. *Bernhardi Henrici Reinoldi* diff. de necessitate adeundi ad fontes (hoc est fragmenta Veterum JCtorum de quibus superiore

capi-

capite, & Codicem Theodoſianum, Græcaſque conſtitutiones) ſi quis in Codice Juſtianeo feliciter velit verſari, prodiit iterum in ejus exercitationibus ſubceſivis junctim editis Francofurti ad Viadrum 1717. 8. Tom. 1. exerc. 6. Theodoſius & Valentinianus *l. unica de reſponſis Prudentum* (lib. 1. Cod. Theodoſ. tit. 4.) confirmant ſcripta Papiniani, Pauli, Caji, Ulpiani atque Modeſtini, ſententiaſque allegatorum ab illis Scævolæ, Sabini, Juliani, Marcelli, aliorumque: *ſi tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, Codicum collatione firmentur*.

Alarici Regis Codex ſive *Codicis Theodoſiani breviarium*, non compoſitum eſt ab *Aniano*, nec explanatum interpretationibus, ſed editum dumtaxat, ut ex Alarici commonitorio oſtendit Jacobus Sirmondus in quæſtione triplici, ad calcem tomi 3. Varior. Opuſc. recuſi tomo primo Operum Sirmoudi Pariſ. 1696. fol & Jacobus Gothofredus in prolegom. c. 5. Obſervandum præterea in Codice Juſtinianeo reperiri 520. circiter conſtitutiones è Codice Theodoſiano petitas, quæ in illo hodie non reperiuntur. Eorum indicem editioni Marvillii ſubjectum videre licet ſub titulo *ſupplementi codicis Theodoſiani*. Adjiciuntur etiam leges novellæ *Theodoſii*, *Valentiniani*, *Marciani*, *Majoriani*, *Severi & Anthemii* libris VI. quarum pleraſque primus vulgaverat Petrus Pithœus Pariſ. 1571. recuſas inter ejus opera ibid. 1609. 4. noviſſime cum Pithœorum fratrum notis ad Novellas Juſtiniani per Julianum Anteceſſorem CPolitanum latine translatas. 1689. fol. Franciſcus Balduinus qui de Conſtantini M. legibus Eccleſiaſticis atque civilibus libros duos edidit, Theodoſianas quoque leges colligere & illuſtrare conſtituerat, ſed hoc conſilii poſtea prætermiſit. * Leges *Theodoricanas* ſ. Gothicas in Codicem ſ. corpus collegit olim *Euricus* teſte Iſidoro in Chronic. Vide Sirmondum ad Sidonii lib. 2. Epiſt. 1.

De jure Græco Romano, *libris Baſilicon* eorumque epitome, *Harmenopoli* promptuario &c. dicam rectius in Bibliothecæ Græcæ libro ſexto. * Σῶμα τῦ Μωσίως ita pro corpore Legum Moſaicarum accipiunt nonnulli apud Judam Apoſtolum in Epiſtola Catholica verſ. IX. Vide Hermanni Witſii meletemata Leidenſia pag. 483.

II. CORPUS (a) JURIS CIVILIS JUSTINIANEI, auſpiciis Juſti-

(a) Corpus, σῶμα, σωμάτιον pro opere ſive Volumine quod ex pluribus coaluit partibus, paſſim apud veteres occurrit. Sic σῶμα Orationum memorat Cicero lib. 2. Epiſt. 1. ad Attic. Leges 12. tabularum Livius vocat *Corpus omnis Romani juris* lib. 3. c. 34. Sic Vitruvius dixit *corpus Architecturæ*, Ovidius *corpus Æneidos* Σωμάτιον Ἰλιάδος apud Longin. quod *corpus Homeri* apud Ulpian. & Auſon. Sic

corpus

Justiniani (*a*) Imp. concinnatum à Triboniano & aliis quo continentur:

1. *Institutionum libri IV.* in quibus titulos habes XCIX. Has post Justiniani tempora græca paraphasi interpretatus est Theophilus. * *Joannis Chifletii* diss. Apologetica pro *Justiniani* Imp. & Juris utriusque architectis prodiit Antvverpiæ 1651. 4. cui jungendus *Hub. Gipbanii* (qui Procopii Anecdota non viderat) Justinianus Ingolstad. 1591. & Noriberg. 1660. 12. cum Christoph. Arnoldi præfatione: *Francisci Guineti* Justinianus Magnus Paris. 1628. 8. *Christoph. Adam Rupertus* ad Synopsin historicam Christoph. Besoldi cap. XV. *Tho. Rivius* in defensione Justiniani Francof. 1628. 8. & cum *Jo. Eichelio* ad Procopii (*b*) anecdota Helmst. 1654. 4. qui ambo Rivius & Eichelius contra Procopium ejusque editorem Nic Alemannum, famam Justiniani defenderunt, quod præter *Gabrielem Trivorium* in observationibus Apologeticis Paris. 1631. 4. novissime etiam fecit *Jo. Henricus Bergerus* JCtus Witebergensis in Justiniano vindicato & enucleato &c. uti Orthodoxum & ab Aphthartodocetarum errore alienum fuisse disputant adversus Evagrium, Baronium aliosque Rich. Cracanthorpius, & Kliebnutzius, Arnoldus Corvinus a Belderen, ac novissime in Justiniano Orthodoxo Conradus Sam. Schurtzfleischius. *Theophilum*, sive ut appellat Cujacius *Theophilitzem*, Græcum Institutionum Juris interpretem juniorem longe esse Theophilo Justiniani æquali, quo Imperator in Institutionibus & Pandectis componendis usus fuit, & circa Constantini Porphyrogeniti demum tempora vixisse disputat Fabrottus Præf. ad suam edit. Græcolat. Paris. 1638. 4. Non tamen fecit cum iis qui volunt juniorem esse Accursio, ejusque insistere vestigiis, ut Alciatus pridem lib. V. parergorum juris cap. 23. & post eum Cujacius aliique annotarunt. Theophili versio sive paraphrasis (*c*) Græca institutionum, Politiano cap. 84. Misc. pridem laudata, prodiit primum Parisiis A. 1534. 8. apud Christianum Wechelum sub scuto Basileensi, cum præfatione *Vigilii Zvvichemii* ab Ayta, Phrysii ad Carolum Quintum Imp. qui Zvvichemius ex

corpus Canonum, corpus Theodosianum, & quod Plinius lib. 2. Epist. 10. dixit in corpus contrahere. Adde Salmas. ad Solin. & Hist. Augustam.

(a) Vide Pauli Diaconi Hist. Miscellam, sub init. libri XVIII.

(b) De his Volum. VI. Bibl. Græcæ pag. 256.

(c) Petrus Daniel Huetius lib. 2. de claris interpretibus pag. 133. *Justiniani Institutiones Græce retulit Theophilus Antecessor, eleganti quidem & erudita sed prolixissima paraphrasi, in quo sapientissimi Imperatoris sapientissima sanctioni minime paruit, quæ legum vetitis interpretationibus reliquis & interdictis solam eam quæ esset κατὰ πόδα, probavit* Præf. 2. & 3. in Pandectas.

mius ex Bibl. Veneta S. Marci exemplar sibi a Petro Bembo communicatum testatur: deinde recusa est Graece Lovanii 1536. 4. ex Rutgeri Rescii officina, adjunctis aliquot *Petri Nannii* annotatiunculis. Latina autem versio *Francisci Cranenveldii*, quam laudat Petrus Nannius in apologia adversus Jacobum Curtium Tom. I. lampadis Artium Gruterianae pag. 1378. non vidit lucem. Sed exstat latina interpretatio *Jacobi Curtii* Brugensis JCti separatim edita Pictavii 1539. ac deinde Coloniae, & Lovanii, novissime etiam Parisiis 1681. 12. cum Jo. Doujatii notis impressa: verum una cum Graecis, sine editoris nomine (quem *Dionysium Gothofredum* esse non dubito) Genev. apud Jacobum Stoer 1610. 12. additis notis brevibus: & in calce voluminis subjuncto utroque titulo de verborum significatione & regulis Juris, cum fragmentis ad eos ex Graecis auctoribus hinc inde collectis. Et notae illae & fragmenta haec auctiora etiam exstant in editione Graecolatina altera optima, in qua Graeca paraphrasis media posita est inter textum Latinum Institutionum & Curtii versionem. Haec Dionysii Gothofredi nomen praefixum habens, excusa Genevae 1587. 4. apud Eustathium Vignon. Denique *Carolus Annibal Fabrottus* in duplici sua editione Parif. 1638. & 1657. 4. quam Petro Segvierio Franciae Cancellario inscripsit, Graeca emendavit ad tres Codices Bibl. Regiae, & Petri Nancelii & Iacobi Mentelii castigationes: latinam Curtii versionem recognovit ac concinnavit ut Graecis pressius responderet, Graeca denique ex MSS. scholia & suas notas addidit, in quibus & hallucinationes quasdam Theophili notat, ut fecerat etiam Antonius Augustinus lib. 3. emendationum capite 8. nullum tamen librum alium exstare professus, ad Institutionum libros intelligendos aptiorem.

Antiquissima *Institutionum* editio latina An. 1468. excusa in membrana: *Praesens institutionum praeclarum opus alma in urbe Moguntina inclytae nationis Germanicae &c.* per Petrum Schoyffer de Gernsheym. Confer Dialogos menstruos W. E. Tentzelii A. 1698. p. 505. seq. & Michaelis Maittaire Annales typograph. pag. 64. Hanc insecutae Lovan. 1473. Rom. 1475. cum glossa, & Mogunt. 1476. fol. Basil. 1486. & aliae infinitae similiter glossis & commentariis illustratae ut Lugd. 1557. 8. Venet. 1568. &c. Infinitas etiam editiones cum recentiorum ICtorum notis prudens praetereo, nec memorabo in praesenti nisi unicam sed luculentam illam quam cum integris *Theodori Marcilii* & *M. Antonii Mureti* notis atque *Jani a Costa* commentario adornavit Ioannes van de Water, Trajecti ad Rhen. 1714. 4. Inter Commentatores

usibus studiosorum aptissimi Arnoldus Vinnius, Ioach. Hoppius, & Iustus Henningus Bœhmerus. Valde etiam propter perspicuitatem mihi placuerunt Conradi Wolfii erotemata in Institutiones, jam quartum edita Colon. 1598. 12. & Latino Germanica D. Henrici Constantini 1568. 1594. 12. &c. Sed exstant & alia aliorum his non inferiora. *Germanice* redditæ Institutiones prodiere Cothenis 1632. 8. Sed videtur præstare quam latinis è regione positam Dillenburgi jam A. 1551. 8. vulgaverat & Wilhelmo Nassavio Principi inscripserat etiam ex secunda recognitione 1565. 8. D. *Iustinus Goblerus*. Exstat & vetustior *Ortholphi Fuchspergeri a Ditmoning* Judicis & Secretarii Mænsensis quam habeo excusam (*a*) Francof. 1535. fol. Nec non Andreæ Pernederi Institutiones sive illarum epitome potius, Ingolstad. 1549. 1592. f. Sed longe nitidior nuper accuratiorque cum perspicuis commentariis, nescio quo auctore emissa in lucem, Augustæ Vindelic. 1716. 4. seq. ut *Belgica* versio C. Ortvvini, Lugd. Bat. 1715. 4. & Gallica M. Claudii Josephi de Ferriere (*b*) Paris. 1719. 12. cum notis, & Juris Gallici collatione, sex. Volum. Institutiones cum legibus Venetis confert paraphrasis postuma *Italica* composita a Julio Marchione de Pozzo (*c*) Venet. 1697. 4. His duos adhuc libros addam quos studiosis juris & humanitatis commendem, unum Jo. Gottlieb Heineccii, Antiquitatum Romanarum syntagma secundum ordinem Institutionum, Halæ Sax. 1719. 8. & alterum D. Joannis Schilteri, JCti Argentoratensis Institutiones Juris ex principiis Juris Naturæ, Gentium & Civilis, tum Romani tum Germanici, ad usum fori hodierni accommodatas. Lips. 1685. 8.

2. *Pandectarum sive Digestorum libri L.* in quibus tituli CCCC. XXII. leges 9123. Horum librorum Codex MStus Florentinus (*d*) sive Pisanus toto orbe celeberrimus est, ex quo Franciscus Taurellius luculentam illorum editionem concinnavit Florentiæ 1553. fol 2. voluminibus, typis Laurentii Torrentini. Confer de illo codice præter Taurelli præfationem Politiani Epistolam 4. libri 10. & cap. 41. Miscell Cujacium lib. 2. Observat. c. 1. Mabillonium, Musei Italici T. 1. pag. 184 seq. Lambecium T. 1. de Bibl. Vindobonensi p. 17. seq. Allatium ad Antiquitates Hetruscas pag. 54. seq.

(*a*) Editionem Ingolstadiensem memorari video in Bibl. Thomasiana edita Germanice Tom. 2. pag. 534.

(*b*) Journal des Sav. 1721. Sept. p. 324.

(*c*) Galleria di Minerva Tom. 1. p. 357.

(*d*) Græcos sex versus Pandectis in illo Codice præfixos illustrat Scipio Gentilis lib. 2. parergon Juris c. 4.

54. seq. Bartholinum p. 70. seq. de legendis libris, Claudium Dausquium in Orthographia T. 1. p. 12. qui cum Cujacio & Brissonio negat semper & usquequaque à veteris illius at privati codicis scriptione standum esse: Albericum Gentilem diss. de libris juris cap. 3. Laur. Theodori Gronovii specimen emendationum Pandectarum juxta exemplar Florentinum, Lugd. Bat. 1685. 8. &c. Notum porro est libros digestorum in antiquis editionibus, glossatis & aliis distingui in *jus novum*, *vetus & infortiatum*. Alia Græcorum divisio est de qua consule Cujacium VII. 32 observationum, & Cangii glossarium Græcum in *πλάτος* & *πρῶτα*. Vetus complectitur libros priores XXIV. Infortiatum (*a*) à titulo 3. ejusdem libri XXV. ad duodequadragesimum. Novum denique à XXXIX. ad L. Vulgaris sigla qua libri digestorum quando allegantur denotari solent, est littera f geminata, sive id vitio atque ignoratione scriptorum acciderit, illa utentium loco litteræ Π (*b*) quæ pandectas, vel D quæ digesta innuebat, sive id tribuatur memoriæ duorum Fridericorum Imperatorum, qui auctoritatem suam & curam Pandectis addidisse dicuntur. *Græce* illos libros transtulerat Thaleleus & Dorotheus. Eosdem Græco idiomate fusius exposuerat Stephanus JCtus, magis vero adstricte, in *Epitomes* morem Cyrillus. Sed horum omnium labores pridem interciderunt. Leges XIV. quæ in Pandectis desiderabantur, è Basilicorum libris restitutas Græce & latine ad calcem exercitationum suarum edidit Fabrottus Paris. 1639. 4. Illius vero qui latine vertit ea quæ in Pandectis Græce leguntur, sive *Burgundio* is fuerit, JCtus Pisanus circa A. C. 1160. de quo Laur. Pignorius Epist. 39. sive *Bulgarus* Irnerii discipulus, varias hallucinationes notat Menagius amœnitat. juris p. 208. seq. De latinitate Pandectarum exstat G. Casparis Kirchmaieri diss. Witebergæ edita, probans illud Frid. Taubmanni lib. 2. Epigramm. pag. 424.

Credo ego si linguæ Ciceronis imago perisset,
E juris posset Corpore restitui.

Confer de eodem argumento dialogos vernaculos Tenzelianos A. 1696 p. 173. seq. * *Pandectæ* Juris sive *Digestorum* libri quinquaginta una cum Institutionum libris ex auctoritate Justiniani Imp. promulgati A. C 533. 3. Cal. Jan. Codicem illum duplicem sive duo Volumina Pandectarum venerandæ antiquitatis litteris

(a) Videtur hoc vocabulum barbare efformatum Azonis tempore ab *infarcio*. Nihil enim cum hoc commune habet *consortiare* συνεχυρζεται quod è veteribus glossis affert Scipio Gentilis lib. 1. parergon c. 36. Ita infortiatum idem sit quod medium inter vetus sive primos & novum seu ultimos libros. Alias etymologias, ut quam e Chaldaico Doujatius reperit, libenter prætereo.

(b) Ita Barthius lib. 2 cap. 17. Adversar.

quadratis sæculo VII. ut videtur manu scripa, captis A. 1406. Pisis Florentiam secum abstulit Ginus Caponius exercitus Florentini Dux, inde in Gaza magni Ducis Hetruriæ diligentiori etiamnum custodia asservatur. Specimen formæ literarum illius Codicis exhibet Mabillonius Tom. 1. musei Ital. pag. 184. quemadmodum & Opere de re diplomatica pag. 357. & Burchard Gotthelf Struve in Historia Juris cap. V. § 8. 9. p. 373. De illo videndus etiam Antonius Augustinus emendationum libro & capite primo: Noris in cenotaphiis Pisanis pag. 462. seq. Jac. Frider. Ludovici in Historia Pandectarum pag. 36. seq. Christiani Ulrici Grupenii de virgine Florentina sive Pandectis Florentinis corollarium subjectum ejus dissertationi de virgine præ vidua ducenda Lemgov. 1716. 4. & Bernhardus Henricus Reinoldus ad Jo. Merceri Conciliatorem Juris pag. 38. seq. qui pag. 94. contra laudatum Ludovicum observat inscriptiones legum auctorumque in Pandectis illis Florentinis minime deesse. Ab illius vetusti sane sed privati tamen Codicis auctoritate non semper standum esse, contendit quoque Antonius Augustinus in laudatis emendationum libris: cui suffragantur Cujacius, Brissonius, aliique. Non raro tamen Criticos sine causa ab ejus lectione recedere probant celeber. Pagenstecherus in diss. de jure Virginum, Brem. 1709. 12. & Guilelmus Best V. C. in ratione emendandi leges s. libello erudito quo secundum Regulas certas plurimæ emendantur leges, nonnullæ explicantur, stabilita plerisque in locis Pandectarum Florentinorum auctoritate (*a*) Ultraj. 1707. 8. Non paucis quoque locis novam & præclaram lucem affundit Nobilissimus Vir Cornelius van BynkershoecK (*b*) libris IV. Obs. Juris Romani Lugd. Bat. 1710. 4. De titulo *Digestorum* & *Pandectarum* vide Josephum Nerium lib. 1. Analectorum cap. 28. Tom. 4. Miscellaneor. Gaudenti Roberti pag. 663. seq. Pandectæ (*c*) è Bulgari JCti ejusque æqualium divisione jam à sæculo decimo tertio distingui solent in jus *Vetus* quod à lib. 1. pertingit usque ad titulum 2. libri XXIV. *Infortiatum* à titulo tertio libri XXIV. ad librum XXXVIII. *Novum* denique à libro XXXIX. ad quinquagesimum. Imperator ipse Græcorum distinctioni suffragatur lege 2. Cod. de Vet. jure enucl. Illi pandectas in septem partes diviserunt, quas in edit. Dionysii Gothofredi notatas licet videre, ita ut

(a) Acta Erud. 1708. p. 303. & 512.

(b) Id. A. 1710. pag. 2.

(c) Masculino genere an fœminino usurpandum sit vocabulum hoc Pandectarum, diversa est virorum doctorum sententia, ut videre licet apud Vossium I. de Analogia & de Vitiis sermonis pag. 419. & apud Christianum Becmannum schediasm. Philolog. p. 36. seq.

ita ut prima sit à lib I. ad IV. secunda à V. ad XIX. tertia a XX. ad μέσον τῶ παντὸς s. umbilicum Pandectarum, hoc est ad librum XXXVII. quarta ab XXVIII. ad XXXVI. sexta à XXXVII. ad XLIV. septima à XLV. ad L. Confer. Jac. Frid. Ludovici Historiam Pandectarum, Doctrinæ Pandectarum præmissam Halæ Saxonum 1709. 8.

Inter Commentatores Pandectarum celebratissimi Brunemannus, Lauterbachius, Struvius Pater, Ulricus Huberus, Samuel StryKius, &c. Verum hoc rectius ex Struvii filii Bibliotheca juris selecta disces quam ex me, qui amo, hoc studium quidem, sed aliis me jamdudum consecravi. Salmasius pag. 422. ad Jus Atticum affirmat multis exemplis posse probari, quod Tribonianus in consarcinandis Pandectis voces antiquiores & latiniores & jam exoletas, suo tempore usitatis mutaverit, quamvis minus latinis. Idem pag. 174. *Scripta sunt*, inquit, *eo tempore Pandectæ, quo lingua latina jam in Italicam, quæ nunc in usu est, desciverat*. G. *Casp. Kirchmaieri* elogia & elegantiæ Latinitatis JCtorum veterum ad Digesta prodiere Vviteb. 1682. Ejusdem amœnitates atque veneres Latinitatis in dictionibus atque formulis ex Pandectis Juris rapræsentatæ, 1687. Latinitas legalis vel præter meritum vel merito suspecta, ex Pandectis Juris eruta 1687. vindicata & recognita 1690. Faciunt huc inprimis junctim edita opuscula 1) *Laur Vallæ* ex VI. 29. elegantiar. 2) *Andreæ Alciati* in commentario ad tit. de verborum significatione. 3) *Francisci Floridi Sabini* pro Valla contra Alciatum & 4) *Jacobi Capelli* Parisiensis JCti edita pridem A. 1583 veterum JCtorum adversus Vallæ reprehensiones defensio, & de verbis non satis probatæ latinitatis, aut non ex recepta significatione, vel contra Grammaticorum regulas à ICtis usurpatis, de repetitis iisdem verbis in Digestis & de Etymologiis juris Civilis, cum eruditis animadversionibus V. C. *Caroli Andreæ DucKeri*, Rectoris Gymnasiii Hagensis Lugd. Bat. 1711. 8.

3. *Codices Justinianei* conditi A. C. 534. *libri XII.* in quibus tituli 764. leges 4648. Hi meris Imperatoriis constitutionibus absolvuntur, à Iustiniano vel probatis vel additis. *Græca* interpretatio Thalelæi qui κωδικεύτης (a) nomine videtur innui in Basilicis, non minus quam Digestorum, sive periit sive non vidit lucem, quod de Isidori, Theodori Hermopolitæ & Anatolii Epitomis Codicis Græce scriptis etiam intelligi velim. Codicem Iustinianeum in linguam Turcicam translatum; & Turcos pleraque è legibus Romanis in suas transtulisse, præcipue quæ ad

(a) Vide & Cangii glossar. in κώδιξ.

materiam servitutum spectant, ex Leunclavii & Bullialdi fide refert Menagius p. 158. amœnitatum juris. In Codice & Pandectis nullæ occurrunt leges Imperatorum Hadriano antiquiorum, quoniam Hadrianus pleraque in legibus Romanis innovavit. Vide H. Dodvvelli prælect. VIII. Cambdenianam. Codex iste Ravennæ primum MS. repertus est, & *repetitæ prælectionis* vocatur, quia priori editione auctior & emendatior publica auctoritate post abrogatam priorem confirmatus fuit. * Basilii Macedonis πρόχειρον τῶν νόμων, Epitome est Codicis Ordine alphabetico digesta legibus multis omissis. Basilica vero de quibus uberius in Volumine XII. Bibliothæcæ Græcæ, præter alia comprehendunt sub eundem titulum relatas ejusdem argumenti leges è Digestis primum, deinde è Codice, Novellis & Institutionibus. De Græca Codicis versione adeundus Freherus præf. ad Ius Græco Rom. Leges Codicis, Digestorum legibus non contradicere, exceptis perpaucis constitutionibus in Consulatu Paulani additis, notat Alciatus VI. 14. parergon Iuris. Haud sinceras esse plurimas in Codice Iustinianeo Legum inscriptiones, monent Antonius Pagi in Critica Baroniana Tom. 1. p. 308. & Ezech. Spanhemius in Orbe Romano pag. 176. seq. & Tom. 2. numism. pag. 377. Fratrum Pithœorum observationes ad Codicem & Novellas prodierunt Paris. 1689. fol. *Germanice* Codicem vertit edititque Martinus Pegius Ingolstad. 1566. fol.

4. *Novellarum Justiniani collationes IX.* Constitutiones CLXVIII: quarum CXLV. græce primum cum versione sua edidit Gregorius Haloander Norimb. 1531. fol. Reliquas XXIII. postea ex Bibl. Huldrici Fuggeri in sua editione supplevit Henricus Scringerus Scotus A. 1558. ap. Henr. Stephanum fol. Antea sola circumferebatur latina Anonymi interpretatio, quæ *authentica* (a) vulgo dici solet, quoniam in foro recepta est & Græca pressius sequitur quam *Epitome* (b) ejusdem operis facta non longe à temporibus Justiniani latino sermone à *Juliano* Patricio & Exconsule (c), libris duobus. Ejus porro authenticæ auctorem neque Bulgarum Pisanum ICtum & Poetam Græce doctum, neque sequioris ævi Monachum, sed scriptorem Justiniani ætati supparem esse contendebat Antonius Contius, etsi aliud visum Andreæ

(a) Alciat. lib. 2. cap. 46. parergon Juris.

(b) Hæc Epitome una cum aliis juris Civilis Voluminibus sæpissime edita incipit: *Primum quidem in Digestis & constitutionibus &c.* Luculenter illustrata est à Clarissimis fratribus Pithœis, quorum notæ postumæ à Claudio Pelleterio vulgatæ sunt Paris. 1689. fol. una cum eorundem animadversionibus ad librum primum Codicis.

(c) Vide Menagii amœnitates juris p. 144.

dreæ Alciato lib. 2. cap. 46. Parergon. * *Novellarum* inter editiones memoranda Parisiensis ex officina Carolæ Guillard A. 1542. & Fabrotti, qui cum Basilicorum opere Novellas Græce & latine edidit. *Cornelii van BynKersboecK* JCti contentio litteraria cum Alexandro Pagenstecher Antecessore Juris Groningano de auctore auctoribusque *authenticarum* publicata Hagæ 1701. Irnerio (*a*) antiquiorem esse disputat Jo. Strauchius in diss. quæ inscribitur *Irnerius non errans* c. 2. Brunsvv. 1662. 4. Novam versionem Novellarum cum Notis Criticis edidit Marpurgi 1717. 4. eruditissimus JCtus *Io. Frid. Homberg* zu Vach, à quo observationes uberiores cum reliquiis commentarii *Regneri Sixtini*, Antecessoris pridem Marpurgensis adhuc exspectamus: vide Acta Eruditor. A. 1705. pag. 501. seq. A. 1710. pag. 501. & A. 1718. p. 503. Sed & Christfridi Vvæchtleri observata ibid. A. 1710. p. 505. & A. 1711. pag. 264. seq. Acta Eruditorum vulgata Germanice Tom. 5. pag. 153. Leges Codicis derogant legibus Pandectarum & Institutionum: Leges Novellarum derogant legibus Codicis, Novellæ recentiores prioribus omnibus. Confer D. Ed. Speckhanium de difficultate juris Romani, Helmst. 1600. 8. pag. 40. *Antinomiis* conciliandis multi dederunt operam, qui apud Lipenium possunt videri, in cujus Bibl. Iuridicæ nova etiam editione à Frid. Gottlieb Struvio plurimum locupletata duæ tantum centuriæ ἐναντιοφανῶν Everhardi Bronchorstii memorantur, cum exstent præter eas aliæ centuriæ quatuor, vulgatæ Hardervici 1652. 8. Lectu etiam dignus Ioannis Mercerii Conciliator sive ars conciliandorum eorum quæ in Iure contraria videntur, utendique iis quæ vere contraria sunt, quem libellum cum eruditis notis recudi fecit Bernhardus Henricus Reinoldus, Duisburgi ad Rhen. 1712. 8.

5. *Decimam collationem Novellarum extravagantium* ex Haloandro, Scrimgero & codicibus MSS. collegit Antonius Contius. Porro observandum est, cum leges adversa fronte concurrunt, Digestis Institutiones, utrisque codicem, codici Novellas derogare.

(a) De Irnerio, qui post Peponem jus Romanum docuit, atque inter primos glossis A. 1102. illustravit, vide Erici Mauritii dissertationes pag. 111. & 116. Promulsis errorum Irnerianorum exhibita à Georgio Rittershusio filio in altera editione commentarii patris Conradi Rittershusii ad Novellas Argentor. 1669. 4. Aliam Syllogen errorum Irnerianorum dedit Jo. Jacobus Vvissenbachius ad calcem diatribæ qua mutuum probat esse alienationem, Franeck 1660. 8. De utroque opusculo D. Georg. Beerus specimine secundo auctorum Juridicorum pag. 58. & 60. Præter Jo. Strauchiym Irnerii defensorem se etiam professus est Alex. Arnoldus Pagenstecherus in urnerio injuria vapulante, Groning. 1702. 4. & novissime Guilelmus de Hertog in diss. de privilegio præscriptionis centum annorum Ecclesiæ Rom. non competente. Jen. 1720.

rogare. Vide & Albericum Gentilem in diss. de libris juris Civilis, Iac. Gothofredum & Doujatium in juris Historia, Vincentium Gravinam libro de ortu & progressu juris Civilis, Io. Seldenum diss. ad Fletam, Ad. Riccium in tractatu Rhapsodico de librorum juris Romani quantitate & qualitate, Ioachimum Hagemeierum de auctoritate juris Civilis, Ericum Mauritium de libris juris communis horumque usu, Io. Christophorum Wagenseilium loculamento quinto peræ librorum juvenilium, & Arthurum Duck de auctoritate juris Civilis Romanorum.

6. *Feudorum libri II.* sub Friderico Barbarossa circa A. C. 1152. privato ausu collecti sunt ab *Oberto de Orto* sive *Ortensio & Gerardo Nigro Capegisto*. Postea auctoritate Friderici II. & III. confirmati & publicam nacti auctoritatem. Præterea Iacobus Cujacius ex Adrizone & Alvaroto plura de feudis capitula in titulos 37. digesta restituit, & feudales constitutiones Lotharii I. II. à se congestas adjecit. * De etymo vocabuli *Feudum* vide præter alios Barthium p. 122. ad Guilelmum Britonem.

7. Solent etiam subjungi *Constitutiones Friderici II. Imp.* à Papa Honorio confirmatæ, & *duæ extravagantes Henrici VII. Imp.* & tractatus *de pace Constantiæ* composita inter Fridericum I. Barbarossam filiumque ejus Henricum VI. & civitates Lombardiæ & Marchiæ & Romandiolæ.

Exstat præterea liber de feudis singularis, sive ut in MSS. inscribitur *libellus feudorum reformatus* ante medium sæculi decimi sexti à *Barthol Baraterio de Placentia*, Mediolani & Ferrariæ Ducum Consiliario, auspiciis Philippi Mariæ Mediolanensium Ducis, ex omni vetere Feudorum jure digestus & primum editus à *Nic. Rigaltio* Paris. 1612. è Bibl. Regia: deinde auctus & emendatus cura Io Philippi Smidii Argentoratensis, cum *Antonii Minutii de Prato Veteri* libris sex de feudis ad Sigismundum Imp. quos ex eadem Regia Bibl eruit D. *Ioannes Schilter*, Antecessor nuper Argentoratensis, qui & Codicem Juris Alemannici Feudalis Comitiis Noricis A. 1204. auctoritate Imp Ottonis V. publicatum post primam Argentoratensem Anno 1505. & alteram Sebast. Michsneri editionem A. 1590. tertio emendatiorem & auctiorem è MSS. recensuit, latina versione & commentariis illustravit, & jus feudale Saxonicum ab Epkovve de Repkavv Equite Saxonico sub Impp. Saxonicis lingua Alemannica compositum addidit è M S. Bibl. Paulinæ Lipsiensis Argentorat. 1695. 4. cui volumini accedit etiam Antonii Dadini Alteserræ liber de origine & statu feudorum pro moribus Galliæ, & ejusdem Schilteri commentatio ad libri secundi consuetudi-

num

num feudorum titulum 50. de natura successionis feudalis.

8. Editio præstantissima Corporis juris civilis est, quæ cum *Dionysii Gothofredi* notis, & additis Græcis passim constitutionibus prodiit Amstelod. 1663. fol. In editione Lugdunensi quæ *glossata* vulgo audit & quinque amplis in folio majore voluminibus plus simplici vice lucem adspexit, exstat etiam nescio cujus antiqui Auctoris *corpus legum in compendium per modum institutionum redactum libris IV.* * *Editiones Corporis Iuris* recensere gestienti commode accidit ut Amplissimi & Jurisconsultissimi Domini D. Martini Lucæ Schele beneficio in manus meas pervenerit commentatio, quam de hoc argamento adornavit vir egregius & meus cum viveret amicus *Michael Schumannus*, Islebiensis, A. 1710. 28. Novemb. ætat. 48. Hamburgi non sine jactura elegantiorum literarum, quas cum Juris studio assidue colebat, defunctus. Eam hoc loco subjicere, eique annotata mea subjicere non alienum ab instituto meo existimavi. *Illo tempore, quo collecta & scripta est* Valentini Forsteri *Historia*, (a) *anno circiter* 1560. (*An. quippe* 1565. *edita primum Basileæ in fol.) inclaruerat jam aliud novum ICtorum genus, qui nimirum in textibus juris emendandis & restituendis, supplendis item, ubi opus videbatur, toti erant, ad exemplum forte* Gregorii Haloandri, (b) *qui ab anno* 1520. *usque* 1530. *idem tentaverat, & textum Iuris Romani solum, & absque glossis omnibus, primus publicaverat. Ante Holoandri tempora enim non nisi* glossato Corpore Juris (c) *utebantur tum in foro, tum in scholis, cujus editiones sub no-*

(a) De Valentini Forsteri Historia Juris, variisque ejus editionibus dictum supra p. 519.

(b) Post nitidam Pandectarum editionem, quam A. 1528 8. Parisiis dedit Rob. Stephanus, quinque Voluminibus: anno post lucem viderunt Greg. Haloandri Pandectæ Noricæ, Norimb. 1529 4. tribus Volum. è Codice quem ad MS. Pisanum sive Florentinum correxerat (non ubique tamen illud secuti) Politianus & Bolognimus. Confer Antonii Augustini emendationum lib. III. cap. 3. & 6. seq. & D. Georgii Beyeri specimen primum notitiæ auctorum Juridicor. pag. 71. seq. Ex ejusdem Haloandri recensione Codex Justinianeus prodiit Noriberg. 1530. fol. & insecutæ Novellæ Græce cum Haloandri versione 1531. fol. Institutiones à Greg. Haloandro castigatæ Norimb. 1529. 8. & Moguntiæ in ædibus Joannis Schæffer. 1542. 8. Hinc Corpus juris editum Paris. 1535. 4. tribus Volum. & 1548. nec non Lugd. apud Sennetonios 1549. atque iterum Lugduni 1551. 12. decem Volum.

(c) Primus *Franciscus Accursius* circa A. 1220. in universum Corpus glossam edidit, secutus Peponem, Irnerium. Aldericum, Barnerium, Kilianum, Columbum, Fasolum, Hugolinum, Bulgarum. Martinum, Placentium, Jonnem Bosianum, Azonem & Roffredum. Huic glossæ *tanquam Carocio* hoc est vexillo *veritatis* quantum tributum fuerit ante elegantiorem lucem literarum ab eruditis viris instauratam, vide in B. D. Georgii Beyeri notitiæ auctorum Juridicorum specimine secundo pag. 8. seq. & consultissimi Struvii historia Juris p. 392. seq. Editiones Corporis Juris glossati exstant quam plurimæ, singulæ quin ue vel sex vægrandibus voluminibus in folio, ut Noriberg.

sub nomine anteriorum inconditarum explodit Iac Gothofredus in Bibliotheca Iuris Civilis Romani, quæ est pars 2. Manualis Iuris cap. 4. pag. 66. *Cum Haloandro vixit* Andreas Alciatus, *(a) Italus ICtus, & ad tempus ab An. sc.* 1529. *usque ad annum* 1535. *(vid. ejus vitam ante Emblematum opus, per Claudium Minoem ICtum Gallum) Biturigibus Gallorum Iuris Professor, qui variis editis scriptis multa aliter docuit, quam vulgo tum factum erat; hunc sequuti sunt dicta in Academia Bituricensi* Franciscus Duarenus *(b) Guilielmi Budæi in juventute domesticus, & æmulus non infelix (quid enim* Budæus *ipse in Iuris disciplina emendanda præstiterit, neminem fugit) &* Eguinarius Baro *(c) nec non* Ludovicus Russardus, *(d) qui omnes, tum ad juris librorum, tum disciplinæ juris emendationem multum operæ contulerunt. Horum enim temporibus in usu erat Corpus* Iuris *Vulgatum, &* Haloandrinum, *item* Hervvagianum, *(e) & illud denique quod* Hugo a Porta *circa annum* 1552. *(f) Lugduni ediderat,* Pandectis *ad archetypum Florentinum collatis, prout scilicet Porta id profitebatur; quomodo enim fraus hic facta sit,* Franciscus Taurellius *in fine præfationis ad Pandectas Florentinas detegit. Mox anno* 1553. *(g) edidit dictus*

Noriberg. 1482. Lugd. 1530. 1542. 1550. 1589. 1627. Parif. 1559. 1566. 1576. Antvverp. 1576. optimaque omnium Genev. 1612. & 1625. Posterioribus editionibus plura etiam ex Haloandri. Alciati, Budæi, Contii, Cujacii, quin & Dionysii Gothofredi notatis accessere, Non omitti etiam debent editiones in quarto singulæ & ipsæ quinque vel quatuor Voluminibus Venet. 1574. una cum scholiis Antonii Persii & 1606. Jo. Anelli de Bottis & Aug. Caravitæ. Præterea Petri ab Aria Bandoza Lugd. 1593. & Genevensis 1614. De Accursio & aliis glossatoribus vide sis Josephum Nerium lib. 2. Analectorum cap. 29. in tomo quarto Miscellaneorum Gaudentii Roberti p. 663. seq.

(a) Alciati studium memoratur in titulo editionis Hervagianæ Corporis Juris, de qua infra.

(b) Duareni velut ἐγγράφοντα mentio in titulo editionum Russardi.

(c) De hoc Eguinario Barone A. 1550. defuncto, cujus commentarii in Institutiones & Digesta exstant, aliæque lucubrationes junctim An. 1562. editæ, videndus Sammarthanus in elogiis eruditorum Gallorum.

(d) De hoc infra ad A. 1561.

(e) Corpus Juris Haloandrinum Alciati judicio recognitum prodiit ex Johannis Hervagii officina Basil. 1541. fol. 2. Volum. additis Variis Lect. & Modestini legibus Græcis in tit. D. de excus. tut. Video etiam Corpus Juris Civilis cum Antonii Augustini & aliorum emendationibus & notis 1548. 4. decem Volum. memorari in Bibl. MarcKiana p. 38.

(f) Editionem Hugonis a Porta Lugdunensem Anni 1552. fol. alia etiam antecessit ab eodem curata, nimirum glossata quæ lucem vidit Lugd. 1542. seq. quinque Volum. fol. opera Hugonis & hæredum à Porta. Sed eodem Anno 1552. Paris. in octavo, undecim Voluminibus exstat etiam Corpus Juris editum ex recensione *Ludovici Mirai* ex officina viduæ Claudii Chevallonii & Guilelmi Desboys, quod fuit in Bibl. D. Adami Christophori Jacobi pag. 303.

(g) Florentiæ fol, de qua editione, quemadmodum & de Codice Pisano dixi supra.

dictus Taurellius Florentiæ Pandectas ex manuscripto, Pisano vulgo dicto, sed tunc & nunc inter cimelia Magni Ducis Hetruriæ asservato, quo facto & vulgatum Corpus Iuris, & Halondrinum magnam suæ auctoritatis fecerunt jacturam, amplectentibus certatim ICtis, præcipue Gallis (a) lectionem Florentinam quantum ad Pandectas. Inde igitur sequutæ sunt plures aliæ Corporis Juris editiones, & prima quidem Ludovici Russardi, qui Duareni collegæ sui suasu ad eam se accinxisse dicit, Lugd. 1561. *fol. Hæc editio repetita est Antvverpiæ apud Christoph. Plantinum in* 8. 1567. *pluribus (b) voluminibus, addito ad Novellas textu Græco. Altera Parisina (c) in* 8. *quæ vulgo Francisci Hotomanni esse creditur: alii hanc editionem Contio (d) tribuunt, ob Codicem ab eo emendatum, quem exhibet hæc editio, sicut & Institutiones: quantum vero ad Digesta, facile crediderim Contium typographis Parisinis fuisse autorem, ut eas juxta Florentinum exemplum excuderent, additis Hotomanni summariis: ex æmulatione videlicet cum Russardo qui Duareni summaria venditaverat in sua editione, eam scilicet ob causam, quod in Pandectis ad Florentinum exemplar, quoad ejus fieri potuit ibi repræsentatis (ut loquitur operis inscriptio) summaria Hotomanni adjecta sunt* 1562. 8. *apud Guilielmum Merlinum hujusque socios Guilielmum Desboys ac Sebast. Nivellium. Est hæc editio in septem volumina distributa, quorum quatuor priora volumina partes Pandectarum & indicem rerum & verborum quæ in Pandectis tractantur & occurrunt, Renato Auberto, in Curia Parisiensi suprema Advocat., collectore, comprehendunt: Quem indicem postea Jul. Pacius suppresso auctoris nomine suæ editioni (e) Corporis Juris adaptavit. Tria posteriora dicti Corporis Volumina constituit Codex, Novellæ & Institutiones Justiniani: ille ex emendatione & cum præfatione, ac annotationibus Antonii Contii, istæ ex versione Gregorii Haloandri ad Scrimgerianam editionem collata, (f) hæ itidem ex emendatione Contii, prout is easdem A.* 1559. *vel* 1560.

Supra pag. 546. seq. Illum Codicem venerandæ antiquitatis de quo etiam supra dixi, novo studio contulit nuper ICtus eruditissimus Henr. BrenKmannus. Vide Acta Erud. A. 1710. pag. 468. & 531. & de signis quibus Taurellus in sua editione ad lectiones designandas usus est, consules eadem Acta A. 1720. pag. 108. seq.

(a) Belgis quoque & Italis.

(b) Pandectæ ad Taurelli expressæ editiones voluminibus septem continentur, octavum implet index in Pandectas: alia duo Codex Justinianeus, aliud institutiones, duodecimum denique absolvunt Novellæ ex Haloandri versione sed ad Scrimgerianam editionem collata suppletaque & a Francisco Duareno emendata.

(c) In Plantiniana hac editione textus Græcus Novellis neutiquam adjectus legitur.

(d) Antonio Contio, de quo infra.

(e) A. 1580. de qua infra.

(f) Suppletaque. Nam Novellæ CXLV. prodierant Græce cum Haloandri versione No-

vel 1560. primum ediderat & Joh. Morvillerio Episcopo Aurelianensi & Consiliario Regio dedicaverat. Tertia Corporis Juris emendatior editio est Antonii Contii in 16. facta primum Lugduni apud Guil. Rovillium 1571. (a) tredecim voluminibus, ubi Pandectæ itidem ad isotypum Florentinum fidelissime expressæ, & alia præstita, quæ Jac. Gothofredus in Manuali pag. 67. & 68 enumerat. Secundum hoc Contii Corpus eadem forma & habitu neque ulla litera mutata aut addita est excusum per eundem Rovillium Lugd. 1581. Et quæ Philibertus Bugnonius in editionem Ruffardinam decem annos ante admirabundus quasi scripserat, melius profecto in hanc minorem, & per partes multo portatiliorem, conveniunt. Ita autem ille:

Jura per immensos civilia dissita libros
In breve contraxit sic Rovilæus opus;
Ut possint una ferri nunc omnia dextra
Quæ spatiosa domus vix prius una tulit.

Postea An. 1575. Antvverpiæ apud Christophorum Plantinum in fol. prodiit Corpus Iuris cura Ludovici Charondæ Advocati in supremo Francorum Senatu, cum Græco in Novellis harumque vulgata translatione; sicut & (testante hoc operis titulo) Digesta ipsa ex vulgata lectione ibi sunt. Quanquam hanc editionem mire evehat (b) Simon von Leeuvven in Historia Iuris Civilis Romani pag. 742. vix tamen tantas laudes illa mereri videtur, præcipue, si, ut dictum, ex vulgata lectione ibi omnia descripta sunt: quod sane ocularem inspectionem, si quando licuerit, merebitur. Interim & idem Charondas ad classem Criticorum ICorum pertinet omnino, sive male adhibuerit suam criticem sive bene: sane enim in libris Verosimilium, s. πιθανῶν, quorum septem quidem erant ab ipso scripti, tres autem tantum (minimum in Germania, Wittebergæ 1601. 8.) editi, multa habentur, quæ virum illum eruditum, cordatum & judicio valentem fuisse demonstrant. Mox 1576. Parisiis editum est quinque Tomis in fol. Corpus Iuris glossatum cura Antonii Contii, quo primum textui Florentino in Pandectis Glossæ aptatæ; Codex ex tertium repetita prælectione Contii mutatis, additis, demtis item nonnullis expressus est sicut & Institutiones; Glossæ collatæ & emendatæ; additiones Contii multis locis adjectæ &c. ita ut hæc editio

tum an-

ne Norimb. 1531. fol. Henricus Scrimgerus Scotus reliquas XXIII. addidit ex Codice Fuggeriano, Paris. 1558. fol. apud Henr. Stephanum.

(a) Repetita hæc editio ibid. 1581. itidem minori forma voluminibus quindecim. Vide Bibl. Oiselianam pag. 215. nec non Venetiis 1591. 4. tribus Volum. Vide Bibliothecam D. Adami Christophori Jacobi pag. 218.

(b) Ut nitidissimam & Haloandrina multis modis meliorem commendat etiam D. Georg. Beyerus notitia auctorum Juridicor. specim. 1. p. 78.

tum anteriores omnes Glossatas, tum posteriores (si solas Dionysii Gothofredi notas, quæ 1588. primum accesserunt, & postea tertium repetitæ sunt, exceperis) facile & extra omne dubium vincat. Hactenus allatorum omnium opera, & studio mire adjutus est in concinnanda nova librorum Iuris editione Iulius Pacius (natione Italus, domicilio vero Gallus præcipue, licet & in Germania Heidelbergæ aliquamdiu moratus sit) dicata Iac. Cujacio Kalendis Martii 1580. (a) fol. 2. Volum. apud Eustathium Vignon, Genevensem typographum: qui si ab editore Pacio adduci potuisset ut Græcum textum Novellarum versioni vulgatæ abs se expressæ adderet, plenissima utique, & præter omnes anteriores elaborata futura fuisset Paciana hæc editio. Nihilominus certum est, & editiones varias conferenti ad oculum demonstrari potest, fundum eam esse unicum omnis post non multo, scilicet A. 1583. primum insequutæ operæ Dionysii Gothofredi, (b) qui circa textum nihil fere novi præstitit, sed notis tantum varii generis & usus diversi eundem instruxit, easdemque subinde polivit, locupletavit, perque totam fere vitam in iis ita occupatus fuit, ut cum anno 1622. die 7. Septembris Argentorati è vivis excederet, quintum repetitæ prælectionis eas post se relinqueret. Ex illo tempore tum in Gallia, tum in Germania, denique 1663. in Batavis editum est Corpus Iuris Gothofredianum, quod adeo tum in foro, tum in scholis hodie regnat unum. Hactenus Schumannus.

In Hispania adeo non receptum est Jus Civile Rom. ut sub capitis poena fuisse interdictum sint qui tradant, leges Justinianeas in foro allegare. In Anglia & Belgio non omnino nulla ratio illius etiamnum habetur, similiter in Gallia, quæ tot summos juris Romani Interpretes dedit. Idem de Germania dixeris, quæ ante Maximilianum jam à pluribus retro seculis ad

leges

(a) Eodem anno 1580. apud eundem Vignonium in 8. novem Voluminibus.

(b) Ex editionibus Corporis Juris a Dionysio Gothofredo illustratis præferendæ omnibus sunt Parisiensis ex typographia Antonii Vitray in Collegio Longobardorum 1628. fol. 2. Volum. & Amstelodamensis nitidissima *Simon van Leven* curante 1663. fol. unico Volumine: in utraque enim harum Græcæ etiam leges & novellæ adjectæ, aliaque: quæ in aliis omnibus desiderantur. Innotuerunt mihi præterea editones cum Dionys. Gothofredi notis, in quarto quidem Lugd. 1583. 1652. 1661. Genev. 1598. 1604. 1614. 1620. 1626. 1655. Venet. 1598.

In folio Lugd. 1602. 1612. 1650. Genev. 1590. 1602. 1614. 1624. Francof. 1587. 1663. in quibus Francofurtensibus editionibus accesserunt notæ Francisci Modii, & nonnulla a Theodoro Streitmanno aliisque. Recusum ad editionem Amstelodamensem Simonis von Leuven (sed Græcis omissis) Francof. & Lipsiæ 1688. & 1705. & novissime 719. forma majore quarta, quæ nitida & emendata ac prioribus melior est editio.

Sine notis, ex ejusdem Gothofredi recensione Genevæ 1598. 1606. 1614. S. 1620. 4. Amst. 1664. 8. 1681. 1687. 1700.

leges Romanas provocavit, nisi ubi leges propriæ & statuta aut consuetudines aliud suaderent. Confer Jo. Schilteri commentar. ad Pandectas in Praxi juris Romani in foro Germanico: sed & D. Christianum Thomasium de exiguo usu Juris Justinianei in foris Germaniæ. De Germanicarum legum Veterum ac Romani Juris in Rep. Germanica origine autoritateque præsenti vid. Joh. Georgius Kulpisius pag. 352. seq. exercitationum Academicar. & viri docti dissertatio inserta Actis Erudit. A. 1682. pag 776. Omne punctum tulit *Joannis Daumat* opus quod inscribitur: *les loix Civiles dans leurs ordre naturel*. Sæpius deinde recusum non modo Gallice, post primam editionem Parisiensem 1694. sed Latine quoque sub titulo: *Legum delectus* Amst. Denique Belgice Abrahamo de Rochefort interprete Roterdam. 1704. 4. *de civile vvetten in haar naturlyKe schiKKing*; *Concordantiæ* Juris Civilis A 1713. promissæ nec dum viderunt lucem, quemadmodum nec editio (*a*) Corporis Juris quam expectare jussi sumus castigatam & illustratam à celeberrimo *Cunnigamo*.

III. CODICEM LEGUM ANTIQUARUM pleniorem emendatioremque dedit post Heroldi, Sichardi, Boerii, Tiliique editiones Fridericus Lindenbrogius, Francof. 1613. fol. usus insigni Codice membraceo qui ex ejus donatione etiamnum exstat in Bibliotheca Joannea hujus civitatis Hamburgensis. Complectitur autem Lindenbrogianum Volumen primo loco Codicem legis Wisigothorum libris XII. Hinc sequuntur, Edictum Theodorici Regis capitibus 154. pag. 239. Lex Burgundionum capitibus 89. præter additamenta p. 261. Codex legis Salicæ (A. 798.) capitibus 71. p. 309 Lex Alemannorum (tempore Glotarhii Regis) capitibus 99. p. 357. Lex Bajovariorum, titulis 21. p. 391. Decretum Tassilonis Ducis Bajovariorum pag. 439. Additamenta à Carolo R. ad leges Bajovariorum addi jussa p. 443. Lex Ripuariorum, capitibus 89. p. 445. Lex Saxonum, capitibus 18. p. 471. Lex Angliorum, & Werinorum, capitibus 17. p 478. Lex Frisiorum capitibus 22. cum additionibus Sapientum, p. 487. Leges Lombardorum, libris III. p. 509. Constitutiones Siculæ sive Neapolitanæ libris III. p. 691. Capitula Caroli & Hludovici Impp. (*b*) collecta ab Ansegiso Abbate & Benedicto Levita, libris VII. adjectis aliis eorundem Regum & Caroli Calvi capitulis, p. 828. Marculfi (*c*) formulæ solennes priscæ publicorum privatorumque

(a) Journal literaire Tom. 1. pag. 263.

(b) Hæc Capitula Regum Francorum cum magno auctario & eruditis notis vulgavit Steph. Baluzius Paris. 1677. fol.

(c) Has formulas è Bibl. Regia eodem quo Lindenbrogius tempore cum præclaris

que negotiorum nunc primum editæ, p. 1205. Denique sequuntur Frid. Lindenbrogii castigationes Variæque lectiones p. 1313. & glossarium p. 1345. --- 1499. * Frid. Lindenbrogius qui Codicem Legum antiquarum ex MS. Corbejensi (*a*) edidit, reprehenditur quod vocabula antiqua Germanica quæ sunt in editione Heroldi, prætermisit. *Vir maximus, sed linguarum Veterum septentrionalium scientia ad id operis haud satis instructus* judice Georgio Hickesio p. 96. diss. Epistolar. & 153. Multis se partibus hunc Lindenbrogii Codicem meliorem dare posse, cum in hac urbe versaretur, affirmavit mihi V. C. Jo. Georgius Eccardus, Professor tunc Helmstadiensis & linguæ veteris atque antiquitatum Teutonicarum indagator sollertissimus. Hujus rei felix auspicium dedit vulgato A. 1720. (*b*) volumine cui titulus: Leges Francorum *Salicæ* & *Ripuariorum*, cum additionibus Regum & Imperatorum variis, ex MSS. Codicibus emendatæ, auctæ & notis perpetuis illustratæ. Accedunt præterea *Formulæ* veteres *Alsaticæ*, & celeberrimi Viri *G. G. Leibnitii* de origine Francorum liber auctior, una cum responsione ad virorum doctorum objectiones: Annales Francici ab A. 253. ad 768. quos *Theodoricus Ruinartus* Gregorio Turonensi suo A. 1699. subjunxerat, & illustriss. *Frid. Rostgaardi* emendationes Otfridianæ. Idem laudatus Eccardus deinde edidit Conspectum Codicis Legum veterum quem hoc loco integrum inserendum putavi.

CONSPECTUS
CODICIS LEGUM VETERUM, PROXIME CUM NOTIS PERPETUIS EDENDI.

I. Leges Hispaniæ Veteres.

LEges Wisegothorum. Lex Muzarabum. Leges Aulicæ Regni Majoricani.

II. Leges Romanis à Germanis latæ.

Edictum Theodorici Regis. Ostrogothorum. Caroli M. Capitulare de honoranda sede Apostolica. Lotharii Imp. Lex Romana. Caroli Crassi Edictum. Carolo Crasso attributa Constitutio de expeditione Romana, cum Notis Freheri. Edictum Romanum Ottonis III. Imp.

III.

ris notis edidit Hieron. Bignonius Paris. 1613. 8. Subjecit etiam easdem cum Bignonii & suis notis Baluzius capitularibus Regum Francorum.

(a) Præter dictum Codicem conferendus Codex alter præclarus in Bibl. Gothana, de quo operæ pretium est videre Rev. D. Salomonis Ernesti Cypriani Catalogum MStorum Codicum illius Bibl. p. 13. seq.

(b) Hanoveræ in fol. Acta Erud. 1720. pag. 808. Journal des Savans 1721. Sept. p. 305.

III. Leges Langobardorum in Italia regnantium.

Edicta Regum Langobardorum secundum Heroldi editionem. Edictum Desiderii Regis. Caroli M. Capitula ad Legem Langobardorum. Item alia Capitula. Ejusdem Excerpta ex Lege Langobardorum. Capitulare Caroli M. Nabillonianum. Caroli M. Capitula Placiti Mantuani. Pipini Regis Capitula de Causis Regni Italiæ. Ejusdem Capitula excerpta ex Lege Langob. Ludovici Pii Capitula Legi Langobard. addita. Capitularia Lotharii Imp. Capitularia Ludovici II. Imp. * Guidonis Regis additamenta ad Leg. Langob. Lamberti Regis Capitula. * Ottonum, Henrici II. Conradi II. Caroli IV. additiones ad Leges Langob. Leges Langobardorum ex editione Lindenbrogii. Placitum Luponis Ducis Spoletini. Placitum Adalhardi Missi Dominici Spoletinum. Capitulare Sicardi Principis Beneventani. Capitulare Radelchisi Principis Benevent. Leges Siculæ.

IV. Leges Burgundionum veteres.

Lex Burgundionum. Capitula XX. de justitiis faciendis ex Lege Salica, Romana & Gundobada.

V. Leges Franciæ & Germaniæ veteres.

Leges Francorum Salicas & Ripuarias separatim edidimus. Lex Alemannorum. Capitula XLIV. ad Legem Alemannorum. Item alia Capitula. Lex Bajoariorum. Decretum Synodi Dingolfingensis & Capitulare Nivvichingense. Capitulare Bajoriorum anni 788. Leges Portoriæ in Bajoaria tempore Ludovici IV. Regis Germ. latæ. Lex Anglorum, Werinorum & Thuringorum. Lex Saxonum. Abrenuntiatio Diaboli & Confessio Fidei. Indiculus Superstitionum & Paganiarum. Capitulare Saxonum Aquisgranense. Capitulare de Partibus Saxoniæ. Leges Wisbyensibus a Principibus Saxonicis latæ. Lex Frisionum. Leges Obstalbomicæ. Leges Castellaniæ Brugensis veteres.

VI. Capitularia Regum Francorum ad nullam speciatim Gentem pertinentia, ut separatim edita sunt.

VII. Capitularia Caroli Calvi, Ludovici Balbi, Carolomanni, Odonis, & Caroli Simplicis.

VIII. Capitularium libri VII. ab Ansegiso Abbate & Benedicto Levita collecti.

XI. Appendix Monumentorum veterum & hactenus ineditorum.

Sequentur bono cum Deo Leges Anglo-Saxonicæ, item Juthiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ & Hungariæ veteres, ubi videbimus, hanc, quam nunc edimus, collectionem viris eruditis non displicuisse. Omnia, quæ nunc proferimus cum vetustis Codicibus diligenter contulimus, emendavimus, notisque criticis ac historicis illustravimus. Rogamus autem omnes & singulos,

los, ut, si Codices Legum antiquos, aut inedita quædam huc pertinentia possideant, nobis hoc indicare, & quod usui esse possit, benevole communicare velint. Singulis pro beneficio præstito gratias debitas publice agemus, & ubicunque occasio fuerit, officia nostra vice versa deferemus. *Hactenus conspectus Codicis Legum veterum Clariss. Eccardi.*

Conferendus etiam præter laudatum Eccardum cap. V. Histor. studii Etymolog Conringius de Origine juris Germanici, Baluzius præf. ad Capitularia Regum Francorum, & Burch. Gothelf Struvius in Bibliotheca juris selecta cap. 2. & in Historia Juris Germanici. Neque omittendi qui ante vel præter Lindebrogium Eccardumque leges veteres collegerunt aut illustrarunt, ut Guil. Lambardus in Archæonomia sive versione *Legum Anglo Saxon.* cum notis, Lond. 1668. 4. sed harum accuratam & locupletiorem longe editionem exspectamus à C. V. (*a*) Davide Wilkinsio. Codex Legis *Salicæ* (*b*) à Francisco Pithœo editus cum notis & glossario Paris. 1602 8. & cum commentario & glossario Godfr. Wendelini Antvv. 1649. fol. Confer D. Georg. Beierum de scriptis Juridicis pag. 119. Lex *Saxonum* in illustris Leibnitii scriptoribus Brunsvicens. Tom. 1. p. 77. *Angliorum* & *Werinorum* pag. 81. Leges *Riboariorum* & *Bajoariorum* à Theodorico Francorum Rege & *Lex Alemannorum* à Rege Lothario lata, prodiere primum edente Joh. Sichardo Basil. 1530. 8. *Longobardum* leges cum glossis Caroli de Tocco & Commentar. & adnott. Andr. de Baruto & Nic. Boerii una cum Capitulari Caroli Magni Venet. 1537. 8. Jo. Heroldi Germanicarum Antiquitatum origines & leges, Salica Alemannorum, & Saxonum Basil. 1557. fol. Leges *Æthelberti* Anglosax. MSS. memorat Hickesius diss. Epistolar. f. 89. seq. Plura dabit Joannis Seldeni (*c*) Janus Angliæ & Epinomis in quo libro disserit de antiquis Angliæ legibus. *Adolphi* Rom. Regis Constitutio Norimb. 1293 promulgata de insulis Rheni & diversis aliis capitulis edita à Frehero Heidelberg. 1611. 4 Rogerii & Guil. & Friderici II. Constitutiones *Siculæ* sive *Neapolitanæ* libris illis tribus à Lindenbrogio editis continentur. Ex his *Friderici II.* Constitutiones in Bibl. Regis Galliæ occurrunt MSS. græce è latinis versæ vide Montfauconum pag. 389. Palæogra-

(a) Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom 15. pag. 338.

(b) Quatuor hactenus legis Salicæ editiones exstant, una Heroldi A. 1557. quam secutus Vvendelinus. Altera à Tilio primum edita, deinde curantibus Francisco Pithœo, Lindenbrogio, Bignonio recusa. Tertia, Baluzii, undecim Codd. MSS. usi in Capitularibus Regum Francorum. Vide ejus notas T. 2. P. 1047. Quarta denique Eccardi.

(c) Acta Erud. 1684. p. 304.

læographiæ græcæ & 417. seq. ubi indicem græcum Constitutionum illarum exhibet. Ragualdi Ingemundi circa A. C. 1470. clari, Archidiaconi Upsaliensis Codex Legum *Gothicarum* quem edidit Jo. Messenius, Stockholm 1614. 4. Confer Jo. Olai Stiernhock de jure Sveonum ac Gothorum vetusto ib. 1682. 4. Liber Judicis sive legum *Wisigothorum* Codex ab Eurico (a) cœptus, à Leuvigildo dein, post à Chindasvindo & Recesvindo filio recognitus, demum ab Ervigio Spaniarum Rege perfectus libris XII. ex Bibl. Petri Pithœi, Paris. 1579. fol. & cum Cassiodoro Guil. Fornerii Paris. 1588. fol. & T. 3. Hispaniæ illustratæ, atque Hispanice cum commentariis Alphonsi de Villadiego Madrit. 1600. fol. Vide D. Gerh. Ernesti de Frankenau arcana Themidis Hispanæ cap. 1. & Petri Pithœi Opera pag. 710. Lex *Frisionum* antiqua à Sibrando Siccama notis illustrata Franeq. 1617. 4.

Collectio Constitutionum *Caroli M.* cum notis Viti Amerbachii Ingolstad. 1545. 8. Mogunt. 1602. 4. &c. *Capitularia* Francorum Regum sive Leges Ecclesiasticæ & civiles ab *Ansegiso* Abbate A. C. 827. & *Benedicto* Levita Moguntinensi A. C. 841. collectæ, editæque à Jo. Tilio Paris. 1548. 8. & ex Franc. Pithœi recognitione Paris. 1603. 8. Vide si placet quæ de his & de Baluzii editione Paris. 1677. fol. notavi in Tomo XI. Bibl. Græcæ pag. 85. & 493. seq. Fragmenta quædam Caroli M. & aliorum de veteris Ecclesiæ ritibus per Wolfg. Lazium edita, Antvv. 1560. 8. Lex *Alemannorum* lata temporibus Lotharii Regis exstat in Goldasti scriptoribus rerum Germanicarum Tomo 2. sub init. Francof. 1606. fol. Conf. etiam Legem Alemannorum quam è MS. emendatiorem reddidit, ediditque lat. & germanice Joh. Schilterus Observ. 12. ad Chronicon Kœnigshovenii Argentoratense. *Speculum Saxonicum* Augustæ Vindel. 1516. fol. Dresd. 1553. fol. & à Christoph. Zobelio illustratum Lips. 1582. 1614. fol. Sed melior editio Jac. Friderici Ludovici Hall. 1720. 4. *Weichbilda* (b) Saxonica Magdeburg. & jus Feudale Saxonicum ab eodem Zobelio, Lips. 1589. fol. & in Melch. Goldasti collectione consuetudinum & legum Imperialium, Francof. 1613. fol. in qua etiam habes leges Longobardorum, Lotharii Capitulare, Speculum Saxonicum & jus novissimum Camerale. Idem Goldastus Tom I. Constitutt. Imperialium *speculum Suevicum*, Bartholdi

(a) Vide quæ ad p. 560.

(b) De Vveichbildæ vocabulo vide Jo. Diecmanni notas ad Rabani Mauri glossarium p. 43. seq. Hujus etiam Vveichbildæ Saxonicæ meliorem editionem Latino Germanicam Consultiss. Viro Johanni Friderico Ludovico debemus. Hall. 1721. 4.

tholdi Baronis de Grimmenſtein an alterius inſeruit Francof. 1613. fol. Omitto *ſpeculum Laicorum*, aliaque recentiora Themidis Germanicæ monumenta. Licet utiliſſimum eſt haud dubie Germanicarum legum Germanis ſtudium, non tamen uſque adeo efferendas præ Romanis eſſe veteres Germanorum leges docet D. Chriſtianus Godfridus Hofmannus in ſpecimine conjecturarum politicarum de origine & natura Legum Germanicarum Lipſ. 1715. 4.

IV. CORPUS JURIS CANONICI complectitur 1. *Decretum*, ſive Concordantiam Diſcordantium Canonum à *Gratiano* (*a*) de Cluſio, Tuſciæ civitate, Monacho S. Felicis Bononienſis Ord. S. Benedicti A. 1151. in illo monaſterio abſolutam, jam ab an. 1157. cœptam, collectam ex Canonibus Apoſtolorum & Conciliorum dictis Patrum & Pontificum Epiſtolis ſpuriis decretalibus, legibus etiam civilibus Imperatorum, diſtinctamque in partes III. quarum prima diſtinctiones 101. ſecunda cauſas 36. variis quæſtionibus dijudicatas continent, tertia agit de conſecratione diſtinctionibus quinque. Poſt cauſæ 33. quæſtionem ſecundam infertus eſt de pœnitentia tractatus, ſeptem diſtinctionibus. Ante Gratianum *Dionyſius Exiguus*, *Iſidorus* (b) *Mercator*, *Iſidorus Hiſpalenſis*, *Burchardus* ſive *Brocardus*, (unde Brocardica) *Wormatienſis*, *Ivo Carnotenſis* (c) aliique plurimi collectiones ejuſmodi confecerant, de quibus vide Jo. Doujacium libro III. prænotionum Canonicarum, Natalem Alexandrum Sec. 1. p. 2. pag. 242. ſeq. Gerh. Theodorum Meyerum in relatione

(a) Gratianus excitatus fuit exemplo *Vverneri*, ſive ut Accurſio aliiſque dicitur *Irnerii*, qui rogatu Mathildæ Comitis adeoque antequam Lotharius imperare cœpit (vide G. Calixti part. 1. Theol. Moral. p. 114. ſeq.) Juriſprudentiæ Romanæ civilis uſum pro civili reſtituerat una cum diſcipulis ſuis *Joanne Bulgaro*, *Azone*, *Joanne Placentino* aliiſque. De *Irnerio* qui *lucerna juris* dicebatur teſte Trithemio, vide Philippi Melanchthonis Orationes T. 2. pag. 420. ſeq. Dionyſium Simonium in nova Bibliotheca Hiſtorico Chronologica præcipuorum actorum & interpretum Juris, edita Gallice 2. Vol. 1692. 1695. 12.

(b) De hujus Iſidori impoſturis & fraudibus vide Dav. Blondelli Pſeudo Iſidorum, Genev. 1628. 4.

(c) Exſtant etiam Fulgentii Ferrandi breviatio Canonum, & collectio Martini Braccarenſis, cujus frequens in Hiſpania uſus fuit, Creſconii item Afri collectio & Concordia, quæ ſingulæ editæ ſunt in Bibliotheca Canonica Henr. Juſtelli & Gvil. Voelli. His adde codicem Canonum veterem Eccleſiæ Romanæ à Franciſco Pithœo illuſtratum Pariſ. 1687. fol. & alium codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ quem cum Leone Magno vulgavit Paſchaſius Queſnellus. Indicem Canonum & Conciliorum in Hiſpania olim receptum & cum Ferrandi breviatione in plerisque convenientem, tomo tertio Conciliorum Hiſpaniæ præfixit Joſephus Saenz Agvirre F. R. Cardinalis. De Collectionibus Cannonum vide etiam Gisb. Voetium Politic. Eccleſ. par. 1. lib. 1. Tract. 2. p. 844. cap. 12. ſeq. & quę dixi vol. XI. Bibl. Græcæ, ubi etiam de Conciliis generalibus & particularibus.

tione Historica de collectione canonum, & Gerhardum van Mastricht in historia juris Ecclesiastici, curante Christiano Thomasio ante paucos annos recusa: Franciscum Florentem virum doctiss. in dissertatione de origine, arte & auctoritate juris Canonici: Casparem Zieglerum in diss. de juris Canonici origine & incremento, præmissa Lancelloti institutionibus. Gratiani vero syllogen Eugenium III. Papam confirmasse & in Academiis prælegi jussisse ferunt, etsi valde oscitanter & sępe truncatas & interpolatas falsisque passim nominibus inscriptas veterum sententias & canones ex aliorum collectionibus in suam collectionem constipasse Monachus ille deprehenditur. Confer Antonium Augustinum de emendatione Gratiani cum notis Virorum clarissimorum Stephani Baluzii & Gerh. van Mastricht. Albericum Gentilem diss. de libris juris Canonici cap. 2. qui de *Paleis* in decreto occurrentibus agit p. 24. sqq. quæ ita inscribi videntur à *Cotta Palea* Gratiani discipulo, qui Gratiani decreto quædam adjunxit. Primus decreti glossator *Joannes Semeca* Teutonicus Præsul Halberstadiensis cujus Epitaphium vidi in templo cathedrali ejus urbis, quod testatur eum obiisse A. C. 1243. * Gratiani opus Innocentius III. *corpus Decretorum* vocat, Auctor ipse *Concordantiam discordantium Canonum* inscripsit. Privatis auspiciis hoc opus est compositum à Gratiano, Burchardi, Anselmi atque Ivonis collectionibus strenue uso, quorum omnium luminibus obstruxit, atque ut notat Pancirollus, *tantæ postea auctoritatis fuit, ut vulgo* Magister *vocatus, maximum in decidendis causis pondus habuerit, etsi velut privati hominis ejus dicta vim legis non obtinent.* Quam sæpius errasse Gratianum multi jam notarunt, vel dum Burchardi & aliorum errores sequitur, vel dum ipse non accurate lecta excerpit, vel dum interpretibus errantibus præbet aurem, ipse ne summos quidem Græcæ linguæ apices callens, ut monuit Baluzius ad Anton: Augustinum de emendatione Gratiani pag. 536. Huic Gratiani collectioni *Cotta Palea* discipulus dicitur aliquot addidisse capita, quæ in antiquioribus MSS. non leguntur. His *Paleæ* nomen est adscriptum, quod alii putant esse παλαιὸν, pro veteri interprete, alii paleam, velut levioris rem momenti, minus bene utrumque. Prima Gratiani editio Argentinensis, charta maxima A. 1471. fol. per Henricum Eggestein, memoratur Joanni Caillio in historia typographiæ, Gallice edita Paris. 1689. 4. pag. 19. atque inde Michaeli Maittaire in Annalibus typograph. pag. 92. qui p. 94. etiam affert Auctoritates Decretorum per Joannem Caldrini, ex editione Coloniensi A. 1471. fol.

apud

apud Petrum de Olpe. Baluzius pro prima habuit Moguntinam; in cujus calce leguntur hæc verba: *Anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXXII. Idibus Augustis Sanctissimo in Christo Patre ac Domino* Sixto *Papa* quarto *Pontifice Maximo Illlustrissimo, Nobilissimo domus Austriæ* Friderico *Romanorum Rege gloriosissimo rerum Dominis: Nobili nec non generoso* Adolpho de Nassau *archiepiscopatum gerente Moguntinensem, in nobili urbe* Moguncia, *quæ nostros apud majores aurea dicta, quam divina etiam clementia dono gratuito præ cæteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare, hoc præsens* Gratiani Decretum *suis cum rubricis, non atramentali penna cannave, sed arte quadam ingeniosa imprimendi, cunctipotente adspiranti Deo*, Petrus Schoiffer de Gernserheym *suis consignando scutis feliciter consummavit*. Scutum sive insigne sequitur duplex, in quorum altero crux S. Andreæ cum quatuor fastigiis ansatis cuspidatisque, in altero figura Græcum lamba majusculum referens inter tres stellas. Hanc insecutæ sunt Venetæ 1474. & 1479 fol. cum præfatione Petri Albiguani Trecii & 1480. 4. per. Adamum de Rotvvil. & cum glossa Venet. 1477. & 1486. fol. & 1493. fol. Basil. 1476. fol. cum glossis Paris. 1500. 4. 1508. 1517. 8. 1522. 1528. 4.

2. *Decretalium Epistolarum libros V.* auspicii (*a*) Gregorii IX. post A. C. 1230. digestos a *Raymundo de Pennaforti* (*b*) Hispano Ord. Prædicatorum ex Constitutionibus & Conciliis ab Alexandro III. usque ad hunc ipsum Gregorium IX. Hi libri vulgo *extra* appellari solent, quia nempe sunt extra decretum Gratiani. Omnibus fere decretalibus fulmen anathematis apponi ægre fert Petrus Damiani lib. 1. Epist. 12. ad Alexandrum II.

3. *Sextum Decretalium* (*c*) sive lib. V. alios constitionum Gregorii

(a) Ante Gregorium quinque collectiones decretalium factæ circumferuntur. Prima *Bernardi Papiensis* sub Alexandro III. altera *Joannis Gallensis* sub Alexandro IV. composita de duabus compilationibus Gilberti & Alani. Tertia *Petri Beneventani* ex registro Innocentii III. *Quarta* ejusdem Innocentii III. decretalium de concilio Lateranensi. *Quinta* denique constitutionum Honorii III. Papæ. Priores collectiones quatuor edidit cum notis Antonius Augustinus, & post eum Jacobus Cujacius. Ilerdæ 1576. Paris. 1621. fol. Quintam debemus Innocentio Cironio. Tolos. 1645. Omitto varias Pontificum Epistolas in tomis Conciliorum & in Annalibus Minorum Lucæ Vvaddingi editas, Innocentii III. imprimis. Epistolarum libros XI. vulgatos à Steph. Baluzio Paris. 1682. fol.

(b) Vide Spondanum ad A. C. 1233.

(c) Ab Ecclesia Gallicana & in Regno Galliæ non receptum notat Natalis Alex. T. 7. Hist. Eccles. edit. in fol. p. 37. In hoc libro sexto decretalium recensendo elaboravit Ægidius Perrinus.

gorii IX. & X. Innocentii IV. Clementis IV. &c. Conciliorumque inprimis duorum Lugdunensium An. 1245. & 1273. celebratorum collectos jussu Bonifacii octavi a Guilelmo Archi-Episcopo Ebredunensi, Berengario Episcopo Biterensi, & Richardo de Senis Vicecancellario Ecclesiæ Romanæ (*a*) promulgatosque A. C. 1297. 5. Nonar. Martii:

4. *Clementinas* sive alios libros V. constitutionum Clementis V. qui Bonifacio successit, & Concilii Viennensis quod ipso moderante celebratum fuit A. C. 1310.

5. *Extravagantes* constitutiones viginti *Joannis XXII.* (*b*) qui post Clementem Pontificis dignitate usus est, & Clementinas An. 1320. Clemente illo defuncto promulgavit.

6. *Extravagantes communes*, sive variorum Pontificum, Joannis XXII. & qui ei per sesquiseculum successere, constitutiones, quæ secundum ordinem quinque librorum Gregorianorum decretalium digestæ sunt, sed ita ut quarto libro hinc nullus respondeat. * Decretales prodiere per Petrum Schoiffer, Mogunt. 1479. fol. Decretales, nec non Sextus Decretalium cum Clementinis & Extravagantibus Venetiis per Nic. Jenson. 1479. fol. Sextus Decretalium per Leonardum Pflugl & Georgium Laver, Rom. 1472. fol. Sextus Decretalium, Clementinæ & Extravagantes ex Francisci Moneliensis recognitione, additis glossis, Venet. 1483. fol. per Bartholomæum de Alexandria & Andream de Asula. Nova compilatio Decretalium Gregorii IX. cum glossa ordinaria Bernardi Brixiani A. 1473. fol. Mogunt. apud Petrum Schœffer de Gernsheim, Papa Sixto IV. & Friderico Rege Rom. & Archiepiscopo Moguntino Adolpho. Vide Catalogum Bibl. Hohendorfianæ pag. 16. Juris Canonici Compendium, Argentorat. 1499. fol. in Biblioth. Barberina.

Prima editio Corporis Canonici est Moguntina Anni 1472. fol. quam insecutæ sunt Venetæ A. 1474. 1479. 1493. ac Parisienses 1508. & 1522. & ex Antoniorum Democharii & Contii recensione 1550. 1552. tum Antuerpiensis 1570. 8. apud Plantin. & Parif. 1587. fol. * *Corpus Juris Canonici glossatum* ad manus mihi est ex editione Basileensi 1512. fol. in cujus tomo *primo* occurrit decretum Gratiani cum Beati Rhenani præfatione, in qua testatur ad antiqua exemplaria & Moguntinensem editionem illud esse emendatum a Joanne Amerbachio. Excuderunt Johannes Peter & Johannes Frobenius Hammelburgensis, cives Basileenses. Additæ glossæ

(a) Spondan. ad A. C. 1298.
(b) *Johanninas* appellat Cujacius.

glossę *Joannis* (Semecæ) *Theutonici*, (a) prępositi Halberstadiensis A. C. 1243. defuncti, & notæ *Bartholomæi Brixiensis*, qui A. 1240. claruit, cum divisionibus Archidiaconi & casibus Benedicti: nec non medullis & margarita decreti sive indicibus locupletissimis. *Tomo secundo* exstant, Concordantiis & annotationibus illustrati, quinque libri *Decretalium* (b) *Gregorii IX.* auspiciis a *Raymundo de Pennaforti*, Hispano Ord. Prædicator post A. C. 1230. collecti ex constitutionibus & Conciliis ab Alexandro III. qui Papa fuit ab A. C. 1159. ad Gregorium IX. quem constat Pontificatum gessisse ab A. 1227. ad 1241. De hoc Raymundo, qui A. C. 1275. ætat. 99. obiit, adi sis Acta Sanctorum ad 7. Januar. tom. 1. pag. 404. & Natalem Alex. tom. 7. Hist. Eccles. pag. 144. Ejus summam de casibus pœnitentialibus, cum glossis Joannis de Friburgo nuper recuderunt Avenione 1715. 4. *Tomo tertio* denique sive ultimo Corporis Canonici glossati exstat 1) *liber sextus decretalium* à Bonifacio VIII. in Concilio Lugdunensi editus, cum glossematis & interpretamentis Johannis Andreæ, Heliæ & Dominici de sancto Geminiano, casibus litteralibus, summulis, &c. Liber sextus decretalium vocatur, qui in libros quinque divisus complectitur constitutiones Gregorii IX. & X. nec non Innocenti IV. Alexandri, Urbani, Clementis IV. Nicolai III. & Bonifacii VIII. Conciliorumque inprimis duorum Lugdunensium A. C. 1245. & 1274. collectas jussu Bonifacii VIII. a Guilelmo Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Episcopo Biterensi & Richardo de Senis Vice-Cancellario Ecclesiæ Romanæ, promulgatasque A. C. 1297. 2) *Clementinæ* (sive quinque libri Constitutionum Clementis V. in Concilio Viennensi A. C. 1310.) cum enarrationibus, glossis, casibus & additionibus Joannis de Imola & Francisci Zabarellæ. 3) *Extravagantes* sive XX. constitutiones Johannis XXII. A. C. 1320. cum interpretamentis Domini Zenzelini & Johannis Francisci de Pavinis. 4) *Extravagantes communes* liber I. II. III. V. cum glossis Joannis monachi Picardi Cardinalis, Guilelmi de monte Lauduno & Jo. Francisci de Pavinis.

(a) De hoc consules D. Jo. Andream Schmidium in diatriba de triumviris Halberstadiensibus, Clemente II. Semeca & Conrado Halberstadiensi. Helmst. 1715. 4. De Decretalibus à Luthero publice exustis Vvitebergæ 1520. 10. Decemb. Burch. Gotthelff Struvii Bibliothecam librorum variorum tom. 1. p. 135. seq.

(b) De quinque collectionibus Decretalium, quæ Gratiano posteriores illam Gregorii IX. antecesserunt, & quatuor ab Antonio Augustino A. 1576 & à Carolo Labbeo A. 1610. quinta ab Innocentio Cirone A. 1545. editæ & illustratæ sunt, dixi Volum. XI. Bibl. Græc. p. 20. seq.

Aliæ editiones Corporis Juris Canonici gloſſati, tribus in fol. voluminibus editi, hæ mihi innotuere: Lugd. 1508. 1549. 1554. 1572. 1584. 1618. 1624. Pariſ. 1561, 1585, 1612. Antvverp. 1573. Præterea extat Decretum Gratiani Pariſ. 1552. 8. duobus volum. poſt Decretales Pariſ. 1550. 8. duobus volum. Sextus Decretalium liber Pariſ. 1537. 8. Corpus Juris Canonici cum paratitlis *Antonii Democaris* Lugd. 1555. forma minore, ſex volum. Cum gloſſis & notis *Caroli Molinæi* Lugd. 1559. 4. Quæ a Clemente VIII. in hac editione damnata ſunt, exhibet Poſſevinus tom. 1. apparatus ſacri p. 302.--327. Cum paratitlis *Anton. Demochari*s, *Anton. Contii* (qui ſolet diſtinguere verba Gratiani a verbis Canonum & aliorum) & annotatt. marginalibus, Antvverp. 1570. 8. tribus volum. Venet. 1572. 4. Ex recenſione *Franciſci Modii* Francof. 1586. 8. Ex *Petri Matthæi* editione Francof. 1590. 8. quatuor Volum. Hic *ſeptimum decretalium librum* addidit, qualem Sixti V. auſpiciis juſſi fuere colligere Dominicus Cardinalis Pinellus, Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Hieron. Cardinalis Pinellus, Lucius Sanus Epiſcopus Rupanus, Seraphinus Olivarius Rotæ Auditor, Laurentius Blancheruus Rotæ Auditor, & ejus in Galliam profecti loco, Hieronymus Pamphilius Auditor & ipſe, Franciſcus Pegna Rotæ Auditor, Pompejus Arreſtinus Advocatus Conſiſtorialis, Julius Cæſar Ottinellus Secretarius Congregationis Ex *Romana Correctione* ad exemplaria undecim MSS. auſpiciis Gregorii XIII. 1582. fol. & 1584. 4. Correctioni illi affuere (*a*) præter Cardinalem *Caraffam*, *Franciſcus Turrianus*, poſtea Jeſuita: *Petrus Diaconus*, Presbyter Hiſpanus: *Flaminius Nobilius*, Theologiæ Doctor, cui Annotationum cura mandata eſt: *Hieronymus Pariſetus*, Juris Canonici Doctor in Studio Rom. *Lalemus Salemius* Viterbienſis, annos natus LXXV. & *Petrus Morinus* Gallus. Correctores Romanos Demochare & Contio audaciores fuiſſe paſſim queritur Baluzius in notis ad Gratianum, adeo ut pag. 516. ſcribat, *Gratiani collectionem hodie non habemus, ſed collectionem correctorum Romanorum, inhærentem ordini qui ſervatus a Gratiano eſt*. Et pag. 522. *Debebant Gratianum emendare ad vetera exemplaria, emendationes vero ex originalibus, ut vocant, adnotare in margine aut in notis, ut factum a Demochare & Contio*. Adde pag. 492. 494. 499. 517. 531. &c. Recuſum ex Romana editione Corpus juris Canonici, Pariſ. 1587. fol. cum notis *Joh. Pauli Lancellotti*, ejuſque

libris

(a) Indicem ſelectorum virorum ſub Pio IV. & Pio V. emendationi Gratiani præfectorum habes apud Antonium Auguſtinum in fine libri 1. dialog. 20. de emendatione Gratiani, & Gerh. von Maſtricht in hiſtoria juris Eccleſ. § 393.

libris IV. Institutionum juris Canonici. Lugd. 1591. 4. 1605. 4. Paris 1618. fol. Genev. 1631. 4. Lugd. 1661. 4. Antvverp. 1648. fol. Colon. 1670. 4. Cum glossis & additionibus *Aug. Caravitæ*, P. *Andreæ Alciati*, *Prosperi Caravitæ*, & P. *Marcelli Francolini*, Venet. apud Juntas, 1615. 4 quatuor volum. A *Petro* & *Francisco Pithœis* fratribus ad MSS. Codices singulari industria restitutum & notis illustratum Paris. 1685. 1687. fol. 2. voluminibus, & Lipsiæ 1695. 1705. fol. quæ optimæ omnium editiones sunt. Specimen novæ editionis quam cum notis Practicis, Criticis, Historicis, Chronologicis & Geographicis molitus est *Jo. Petrus Gibertus*, Doctor Theologus Aquensis, habetur in ejus disquisitione historica de doctrina Canonum corpore juris inclusorum circa requisitum, ad filiorum matrimonium, parentum consensum: Paris. 1709. 12. Vide Novellas Reip. litterariæ illius anni, mense Augusto pag. 166. seq.

Institutionum juris Canonici libros IV. jussu Pauli IV. (*a*) An. 1563. in lucem emisit *Jo. Paulus Lancelotus* JCtus Perusinus, illustratos cum ab aliis, tum præcipue a Clarissimis Viris Casp. Zieglero & Jo. Doujatio.

* Præter Epistolas Pontificum a *Jacobo Moerlino*, *Petro Crabbe*, *Laurentio Surio*, *Dominico Nicolino* & *Severino Binio* in Conciliorum tomis atque inde ab aliis sæpius vulgatas, & in tertia Classe sanctionum Ecclesiasticarum *Francisci Ioverii*, Valentini Paris. 1555. fol. exhibitas, & quæ ex illis excerpserunt decretalium collectores & præter quinque illas celebres, Yvo, Burchardus, Cardinalis Deusdedit alique & Gratianus: memorandæ etiam Epistolæ Pontificum quas in Annalibus suis passim referunt *Baronius*, *Bzovius*, *Raynaldus*: singulorum etiam nonnullæ, quæ separatis voluminibus prodiere, ut *Leonis Magni* Epistolæ, qui Episcopus Rom. fuit ab A. C. 440. ad 461. sæpius editæ inter ejus opera, atque novissime eruditis Paschasii Quesnelli observationibus illustratæ Paris. 1675. 4. Lugd. 1700. fol. Vide supra p. 360. seq. Epistola dogmatica ad Flavianum (*b*) CPol. Episcopum, & altera (*c*) ad Leonem Imp. Græce & Latine vulgatæ a Gerh. Vossio ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Mogunt. 1604. 4. *Gregorii I.* (Papæ ab A. 590. ad 604.) Epistolarum libri XII. sæpius inter ejus opera editi

(a) Privato ausu Institutiones illas scriptas à Lancelloto, affirmat Cl. Vvagenseilius in Synopsi juris Canonici pag. 714. Sed contrarium ipse videtur innuere Lancellotus. Certe sub Gregorio XIII. Institutiones illas Corporis juris Canonici Romæ A. 1582. typis subjectas esse constat.

(b) Græca versio incipit: *ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης σῆς εἰς.*

(c) Græca versio incipit; *ὑποσχόμενον ἐμαυτὸν διαπέμψασθαι.*

ra editi, & novissime Paris. 1705. fol. *Pauli I.* (Papæ ab A. 757. ad 767.) Epistolæ XXXI. in Francisci du Chesne Tom. 3. scriptor. Francicor. pag. 725.----760 Epistolæ sedecim *Nicolai I.* qui ab A. C. 858. ad 867. Pontificatum gessit, editæ Romæ A. 1542. fol. Longe plures deinde evolvit Baronius, ac Binius in Conciliorum tomis & post eum alii dederunt. *Alexandri III.* Epistolæ a Sirmondo editæ & in tomo tertio hujus operum obviæ. *Sylvestri II.* (Papæ ab A. 999. ad 1003.) Epistolæ CLIX. cum decreto electionis editæ è Bibl. Papyrii Massoni JCti, Paris. 1611. 4. *Innocentii III.*(Papæ ab A.C. 1198. ad 1216.) Epistolas libri XVI. digestas, insignem rerum Ecclesiasticarum & Civilium illa ætate cognoscendarum thesaurum vulgavit Steph. Baluzius Paris. 1682. fol. duobus voluminibus, post longe imperfectiores collectiones Guil. Sirleti Rom. 1543. Coloniensem 1576. fol. vel Pauli du May (a) Paris. 1625. 8 & Francisci Bosqueti Tolos. 1635. fol. Antonii Dandini Alteserræ commentarium in Innocentii III. Decretales Paris. 1666. fol. Prima collectio Decretalium ex tribus primis regestorum ejus libris à *Rainerio* Diacono & Monacho Pomposiano Tom. 1. Baluz. p. 543. *Gregorii IX.* (Papæ ab A. 1227. ad 1241.) Decretales Epistolæ sæpius editæ separatim atque inter opera à Jac. Pamelio illustrata Antvverp. 1572. *Pii II.* (ante Æneæ Sylvii) qui Papa fuit ab A. 1458. ad 1464. Epistolæ CCCCXXXI. ante Pontificatum & in Pontificatu scriptæ, Norimb. 1481. & Lugd. 1497. fol. & inter Opera Basileæ excusa. *Hadriani VI.* (Papæ ab A. 1522. ad 1523.) Epistolæ editæ Colon. 1535. Vide Ludov. de S. Carolo Bibl. Pontificiam p. 107. *Pii V.* (Pontificis Max. ab A. 1566. ad 1572.) Epistolarum libros quinque Latine edidit Franciscus Goubeau Antvverp. 1640. 4 post editionem Italicam Mantuanam (b) 1587. 4. & Latinas Coloniensem atque Romanam 1629. Constitutiones Ecclesiasticæ & literæ Apostolicæ, Lugd. 1582. Florent. 1583. Rom. 1579. Ab *Antonio Caraffa* Cardinali & *Antonio de Aquino* publicatæ Epistolæ Pontificum à S. Clemente ad Gregorium VII. jussu Gregorii XIV. Rom. 1591. fol. Novam locupletiorem accuratioremque Epistolarum Pontificum editionem à Clemente ad Innocentium III. exspectare jubemur à *Petro Constant*, Monacho erudito Benedictino, qui & dignas fide sejunget à commentitiis, & emendatas diligenter ad Codices MSS. & ordine digestas Chronologico illustrabit notis. Vide Ephemerides literarias Parisienses mense Octobri A. 1719. p. 476. seq.

(a) Vide Menagiana Tom. 3. p. 326. seq.

(b) Lud. de S. Carolo Bibl. Pontificia pag. 164. in qua passim de singulorum Epistolis Pontificum, ubi exstent, annotat, plures earum collectiones MStas in Bibl. Vaticana adhuc delitescere testatus.

476. seq. *Leonis III.* (qui Papa fuit ab A. 795. ad 816) Epistolas decem ad Carolum M. primus ex MSS. Academiæ Juliæ edidit notisque illustravit Hermannus Conringius, Helmst. 1647. 4. Epistolarum volumen, quas Romani quidam Pontifices miserunt ad Francorum Reges, Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. editore *Jac. Gretsero* S. J. Ingolstad. 1613. 4. Eidem debemus Epistolas variorum Pontificum ad Petrum Cnapheum, Eutychianum Græce & Latine vulgatas, Ingolstad. 1616. 4. *Leonis IX.* (Papæ ab A. 1049. ad 1054.) Epistolæ decretales ad calcem operum Leonis Magni excusæ Colon. 1561. fol. apud Joannem Birckmannum juniorem, editore Laurentio Surio. Epistolæ decretales Pontificum Romanorum, tribus Voluminibus in fol. editæ Romæ 1591. *Gregorii XIII.* Constitutiones Ecclesiasticæ, Lugd. 1582. 8. *Pii IV.* & *V.* & *Gregorii XIII.* Florentiæ 1583. 1586. 4.

Collectio Bullarum & Constitutionum Clementis VIII. separatim editarum ab A. 1592. ad 1603. fol. fuit in Bibl. Telleriana. *Gregorii XV.* (ab A. 1621. Papæ ad A. 1623.) Constitutiones & Decreta, Romæ 1623. fol. Bullæ Pontificum à Bonifacio VIII. (A. 1294 1303.) ad Paulum IV. (A. 1555. ---- 1559.) Romæ apud apud Antonium Bladium 1559. fol. Collectio Bullarum à Gregorio VII. (A. 1073. 1085.) ad Gregorium XIII. (A. 1572. --- 1582.) Rom. 1589. fol. Bullarium sive Collectio Constitutionum Romanorum Pontificum, jussu Sixti V. congesta à Gregorio VII. usque ad Sixtum V. (qui Pontificatum gessit ab A. 1585. ad 1590.) cum rubricis *Laertii Cherubini*, Rom. 1586. fol. *Sixti V.* Constitutiones à Laertio Cherubino editæ Rom. 1588. fol. Summa Constitutionum Pontificalium & rerum in Ecclesia Romana gestarum à Gregorio IX. (A. 1227. --- 1241.) ad Sixtum V. curante *Petro Matthæo* JCto, Lugd. 1589. 4. Bullarum, Brevium & Constitutionum Apostolicarum, quæ in Archivo Impressoris Cameralis existunt, index Rom. 1627. 12. in Biblioth. Barberina. Summa Bullarii per *Stephanum de Quaranta* Venet. 1607. 4. Lugdun. 1622. 4. usque ad Paulum V. *Jac. Castellani* Compendium Constitutionum summorum Pontificum à Gregorio VII. ad Clementem VIII. (Papam ab A. 1592. ad A. 1605.) Venet. 1603. 4 Bullarium magnum *Laertii Cherubini* JCti Romani (*a*) à S. Leone Magno (Papa ab A. 440. ad 461.) ad Paulum V. (ab A. 1555. ad 1559.) Rom. 1617. fol. tribus voluminibus. Et à D. *Angelo Cherubino*, Monacho Cassinensi continuatum usque ad Urbanum VIII. (Papam ab A. 1623 ad 1644.) Rom. 1638. fol. quatuor Voluminibus, & Lugd. 1655. fol. additis Innocentii X. Constitutionibus.

Bulla-

(a) Prosper Mandosius Bibl. Roman. p. 152.

Bullarii Collectanea per *Augustinum Barbosam*. Lugd. 1634. 4. *Flavii Cherubini* Compendium Bullarii à Laertio Cherubino editi, Lugd. 1624. Rom. 1638. fol. Bullarii magni Cherubiniani continuatio ad Clementem X. (Papam ab A. 1670. ad 1676.) per *Angelum à Lantusca* & *Jo. Paulum* à Roma, (*a*) Ord. minor. Tomus V. & VI. Rom. 1672. fol. *Vincentii Petra* JCti, Commentarius in Bullarium edi cœpit Rom. 1705. fol. Tomus quartus jam lucem vidit A. 1714. Journal des Savans 1714. Aoust. p. 225. Constitutiones Pontificiæ & Romanorum Congregationum Decisiones ad Vicarios utriusque Cleri spectantes *Jo. Baptista Pittono*, (*b*) Sacerdote Veneto collectore. Venet. apud Leonardum Pittonum collectoris patrem 1714. 8. *Jo. Baptista Confectius* sive *Confettius* in Collectione Privilegiorum sacrorum Ordinum Fratrum mendicantium & non mendicantium, Venet. 1607. 4. *Emanuel Rodericus* in nova collectione & compilatione privilegiorum Regularium mendicantium, Turnoni 1609. fol. Bullarium Casinense seu Constitutiones Pontificum, Imperatorum, Regum, &c. & decreta sacræ Congregationis pro Congregatione Casinensi, per *Cornelium Margarinum*. Venet. 1650. fol. 1670. fol. 2. Volum. Bullarium Ordinis eremitarum S. Augustini à *Laurentio Empolo* collectum, Rom. 1628. fol. Bullarium Ordinis Cluniacensis Lugd. 1680. fol. Bullarii Seraphici Indiculus per *Petrum de Alva*. Rom. 1655. 4. Archivium bullarum, decretorum, &c. fratrum & sororum tertii Ordinis S. Francisci per *Franciscum Bordonum*, Parmæ 1658. 4. Jo. Baptistæ Pittoni collectio Constitutionum Pontificiarum & Romanarum congregatt. decisionum ad Regulares cujuscunque Ordinis Venet. 8. tribus Volum.

Guil. Postelli querela de corruptione Juris Canici exstat p. 263. libri de Orbis terræ concordia. De Juris Canonici auctoritate in Ecclesiis Protestantium vide D Sam. StryKium de dissensu sponsalitio p. 241. & Huldricum Eybenium atque Christophorum Woldenbergium de origine, progressu, usu & auctoritate Juris Canonici. *Illud potius in nonnullis quam Jus Civile sequimur, quia favorabilius Ecclesiæ esse solet*, inquit Brunemannus lib. I. Juris Ecclesiast. c. 3. §. 4. In plerisque tamen eo ne utimur quidem, vide StryKii addit. ad Brunemannum pag. 39. Etiam consuetudo contra Jus Canonicum inducta valet id. pag. 40. Pontifices è jure Civili multa repetisse, Cujacius, Contius & alii observant, quorum testimonia producit Jo. Vincentius Gravina Oratione I. pag. 53. seq. Claudam hecce caput brevi de *media Jurisprudentia* & *jure*

(a) Id. p. 199.
(b) Giornale de' letterati d'Italia Tom. 29. p. 441.

& *jure commentitio* obſervatione. Illius mentio §. 3. Inſtitut. de legitima agnator. ſucceſſ. diciturque lege XII. Tabularum junior, Imperiali autem diſpoſitione anterior. Commentitii juris meminit Paulus leg. 20. D. de poenis. Eſt autem minime diverſum a media illa Jurisprudentia, atque nihil aliud per illud intelligitur quam jus libera Rep. Romana introductum ex Jurisprudentum interpretatione ac reſponſis. Vide Frid. Gottlieb Struvii diſſ. præliminarem premiſſam Ehrenfridi Geieri ſupplemento ad Beſoldum ac Speidelium. Jen. 1710. 4.

CAPUT XI.

DE SCRIPTORIBUS Legibuſque Rei Agrimenſoriæ.

AUCTORES (*a*) Legesque REI AGRARIÆ ſive FINIUM REGUNDORUM, Jo. Tilii Meldenſium Epiſcopi hortatu primum editi & ad Palatinum codicem caſtigati mutua opera Petri Gallandii, Petri Caſtellani, Æmari Ranconeti, & *Adriani Turnebi* Pariſ. 1554. 4. Paſſim deinde auctiores emendatioreſque cum obſervationibus & gloſſis agrimenſoriis *Nicolai Rigaltii* (ibid. 1613. 4.) qui Turnebianam editionem in pleriſque eſt ſecutus, niſi quod titulum finium Regundorum libro decimo Pandectarum obvium prætermiſit. Idem ait in aliud ſe tempus diſtuliſſe fragmenta quædam M. Junii Nipſi, Aprofiditi ſive Epaphroditi & Vetrubi Rufi (*b*), quod magis facerent ad quæſtiones Geometricas, quam ad conditiones agrorum limitumque conſtitutiones. Denique *Guilelmus Goeſius* novam legum ac Scriptorum rei agrariæ editionem in lucem emiſit Amſtelod. 1674. 4. cui præter obſervationes & gloſſas Rigaltii, ſuas ipſius notas, & indices duos à ſe concinnatos Philologicum alterum, alterum Geographicum, & antiquitatum agrariarum librum ſubjecit, quo præter alia fuſius agit de Coloniis, de quibus videndi Onuphrius, Sigonius & libro ſecundo antiquitatum Auguſtanarum Marcus Velſerus. Julium Cæſarem Bulengerum in libro de Vectigalibus populi Romani nihil harum rerum intellexiſſe affirmat Goeſius pag. 165 Idem paſſim iniquior eſt famæ Barthii & Salmaſii. Quoniam vero optima & locupletiſſima Agrimenſoriorum

(a) Hi primum cum aliis eximiis ſcriptoribus MSti reperti ſunt. A. 1493. à Thoma Phædro in monaſterio Bobienſi, ut ſupra p. 379. ex Volaterrano annotare me memini.

(b) Vide infra, hoc capite, num. 13.

riorum scriptorum editio est Goesiana, juvat eam hoc loco paucis recensere.

1. *Siculi* (a) *Flacci de Conditionibus agrorum* p. 1. Ejusdem *nomina agrorum & limitum*, p. 20. * *Siculum Flaccum* de conditionibus agrorum cum emendationibus & notis suis eruditis, in quibus sæpissime à Goesio recedit, separatim Coburg. 1711. 4. edidit V. C. Jo. Conrad. Schvvartzius.

2. *Sex. Julii* (b) *Frontini de agrorum qualitate* sive *Expositio formarum* ad Celsum Penestum, ut in edit. Basil. 1528. legitur. Falli itaque videntur qui per Celsum intelligunt Cæsarem & pag. 29. pro *statim Celsi Cæsaris* legendum est *statim cœlestia Cæsaris* Goesio hic libellus non videtur esse Frontini, sed partim *M. Junii Nipsi*, partim *Gerberti* Philosophi, qui tandem Papa evasit. Vide ejus notas pag. 142. Rigaltius qui parte illa qua de mensuris p. 29. seq. agit, auctiorem edidit, ex codice Memmiano p. 232. *Balbo* tribui testatur in duobus MStis. Idem tamen nonnulla Frontini nomine laudari observat à Boethio. Casp. Bacheti notæ in hoc opusculum Rigaltianis observationibus subjiciuntur pag. 287. 288. *Julii Frontini de limitibus agrorum* p. 39. Confer Boethium libro 2. Geometr. p. 1540. seq. qui eodem loco etiam mensoris *Longini* meminit.

3. *Aggeni* (c) *Urbici in Julium Frontinum commentarium* p. 44. Ejusdem

(a) Barthius lib. XIX. cap. 5. Adversar. *Siculum Flaccum* appellat *Saculum*, quomodo & in vetustissimo suo MS. vocari testatur Guidus ad Phædrum p. 242.) & cujus epitomen tantum habere nos putans clarissime clarum esse ait, quod Epitomator fuerit Christianus. Nihil horum arridet Goesio, etsi nec ille habet, quo Ethnicum probare possit. Non ante Domitianum vixit Siculus iste, cujus edicti meminit, neque ante Nervam floruisse Rigaltio videtur. Nomen ejus comparet in catalogo agrimensorio Boethii. Libri vero ipsius inscriptio, si Goesium seqvimur, fuit de conditionibus agrorum Italiæ, neque ex eo aliud quicquam hodie superest præter initium operis idque lacerum. Rigaltius testatur se bonam centonis illius partem in complures divisam lacinias reperisse inter alia fragmenta Hygino adscripta, quæ Jos. Scaliger ex pervetusto Jo. Arcerii codice describi sibi curaverat, atque illic quoque diserte legi Siculi Flacci nomen.

(b) Videtur Rigaltio Frontinus duos libros de re agraria edidisse, quorum altero mensorem instituit, altero disputaverat de arte mensoria. Deinde artis ipsius tripertionem explicasse sex libris, assignationes scilicet & partitiones agrorum ac finitiones terminorum, posteaque controversias. Denique scripsisse libros de regionibus deque conditionibus agrorum Italiæ, ex quibus ad nos pervenerunt fragmenta quæ de Coloniis inscribuntur pag. 102. seq. quæ edita primum ab Obsopoeo ex Bibl. Puteani, deinde auctiora à P. Scriverio & Rob. Keuchenio, denique à Rigaltio & Goesio cum non contemnenda ex Bibl. Palatina accessione. Pluscula Frontini fragmenta in Arcerii Nansiique codicibus superfuisse viri docti testantur, quorum editionem promisit idem Vir. Cl. Petrus Scriverius. De aliis Frontini scriptis dixi supra suo loco. Laudatur à Boethio lib. 2. Geometr. & Vegetio lib. 2. cap. 3. Inst. rei militaris.

(c) Hic Aggenus ante Theodosii M. vel etiam Antonini Pii tempora vixisse videtur

Ejusdem *de controversiis agrorum pars prior*, p. 50. *pars altera* p. 65.

4. Liber ejusdem argumenti, auctore *Simplicio*, p. 76. Rigaltius hunc refert ad auctorem Frontinum, & pag. 222. non citra rationem suspicatur Simplicii nomen confictum esse ex his verbis Aggeni pag. 62. *Nam & Simplicius enarrare conditiones earum existimavi*. Adde p. 245.

5. *Aggeni Urbici in Julium Frontinum Commentariorum liber secundus*, qui Diazographus inscribitur, constans variis figuris in æs incisis, pag. 90. * Urbici etiam Grammatici mentio apud Ausonium Ep. 22.

6. *Julii Frontini de Coloniis* libellus, ex commentario *Claudii Cæsaris* p. 102. Etiam *Severi* sive *Veri* potius *Lex agrorum* ex ejusdem *Claudii* commentar. p. 111. *Antonini & Commodi* mentio p. 106. qui Frontino fuerunt posteriores. Unde Goesius libellum hunc habet pro farragine ex Frontino & aliis ab indocto quodam homine consarcinata. * Andreæ Schotti notas ante ineditas in *Sex. Julii Frontini* de Coloniis libellum vulgavit nuper celeberrimus Burmannus ad calcem Velleji p. 632.--- 640. Lugd. Bat. 1719. 8. Habeo etiam separatis foliis sine loci & temporis notatione

detur Goesio, quia meminit curæ circa loca sacra & litium de æde Minervæ motarum, sed & controversiæ inter JCtos, & agrimensores, quam controversiam decisam esse constet ab Antonino Pio, quemadmodum templa idolorum diruit Theodosius. Vide Goesii notas p. 147. 197. Sunt alii qui Aggenum referunt ad Tiberii Imp. ætatem. Mentio videtur illius fieri in hac veteri inscriptione Lugdunensi:

JOVI O. M.
Q. ADGINNIUS URBICI
FIL. MARTINUS SEQ.
SACERDOS ROMÆ ET AUG.
AD ARAM AD CONFLUENTES
ARARIS ET RHODANI
FLAMEN
IIVIR IN CIVITATE
SEQUANORUM.

Vide Genebrierii dissertationem Gallice editam, qua Magniam Urbicam Cari Cæsaris uxorem fuisse non absurde contendit Paris. 1704. 12. p. 69. 70. 72. Quod vero Goesius addit Aggenum videri Christianum, minus exploratum esse videtur. Nam etsi auspicaturus ille commentarium in Frontinum de controversiis, ait divino præsidio se suam suscipere scriptionem, nihil tamen dicit quod non dicere possit sæpeque dixerit homo etiam Ethnicus. Aggenum de controversiis primus Rigaltius vulgavit ex codice Arceriano Memmianæ Bibliothecæ. Desunt tamen controversiæ de positione terminorum, de vigore, de fine & de loco, quas haud levi desiderio requirendas esse ait idem Rigaltius. De Controversiis agrorum vide etiam Cujacium libri X. Observationum capite 2. Ejusdem Aggeni ad Frontinum de agrorum qualitate, multis modis inquinata esse rebus absurdis & ineptis observat Goesius, ita ut plurimum differant a reliquis quæ de controversiis Aggenus scripsit. Ediderat illos Aggeni ad Frontinum commentarios primus Jo. Sichardus ad calcem Codicis Theodosiani Basil. 1528. fol. apud H. Petri.

tatione ab eodem Schotto edita in 8. Geometrica & Gromatica (a) vetusti scriptoris cum excerptis ex *Epaphrodito* & *Vitruvio Rufo*, ex MS. Codice Dunensis Abbatiæ Cisterciensis, in quo Boethius etiam de Musica & Geometria continebatur.

7. *Mensuræ limitum & terminorum* ex libris *Augusti* & *Neronis* Cæsarum (vide p. 109.) Sed & *Balbi mensoris*, qui temporibus Augusti omnium provinciarum & civitatum formas ac mensuras compertas in commentarios contulit, legemque agrariam per universitatem provinciarum distinxit & declaravit, p. 118. 142.

8. *Julii Frontini Siculi* præfatio, p. 128 In codice Francisci Nansii Frontinus semel Siculus appellatur, sed Goesius putat legendum *Frontini* & *Siculi* (Flacci scilicet,) & ex utroque esse excerpta.

9. *Fragmenta terminalia* p 147.

10. *Hygini agrimensoris publici Gromaticus* sive de castris metandis liber figuris in æs incisis illustratus pag. 150. Perperam hic Hyginus in Inscriptione vocatur libertus (b) Augusti Imp. cum longe junior fuerit, mentionem faciens Trajani pag. 209. & pag. 174. laudans Lucanum. Eundem Hygini Gromaticum, uti Frontini quoque Commentaria, & Aggeni Urbici, una cum Vegetio suo, sed admodum corruptum & minus emendatum edidit *Petrus Scriverius*, ut dixi supra lib. 3. in Vegetio. Commentarius laudatissimus illustris Viri (c) *Hermanni Radbodi Schelii* in hunc Hygini librum è veteribus libris emendatum & Polybii locum de castris Romanis e Libro VI. Histor. seorsim prodiit Amstelod 1660. 4. & insertus inde tomo decimo thesauri Antiquitatum Romanarum Græviani. Etiam Salmasius in Gromaticum Hyginianum notas paravit, ut refert ipse p. 295. ad Solin. *Ejusdem Hygini liber de limitibus* p. 203. quem Hygino indignum esse contendit Goesius in notis pag. 166. Ejusdem *de conditionibus agrorum*, p. 205.

11. *Frag*

(a) Glossar. Caroli Labbei: *grumma* βασιλικὴ γνώμη, γνώμων διόπτρα τῶν γεωμετρῶν. Svid. γρῶμα Salmas. p. 472. ad Solin. γνώμα. De Hygini Gromatici ætate ad Trajani tempora referenda, Schelio adsentitur Raph. Fabrettus pag. 355. ad Inscriptiones veteres.

(b) Per Augustum Rigaltius Trajanum jubet intelligere, cui ut Imperatoribus reliquis universis tributum nomen Augusti. Idem p. 272. notat apud Cassiodorum lib. 3. Variar. Epist. 52. sub *Hyrummetrici* nomine latere nomen *Hygini Gromatici*. Quemadmodum ibidem pro *Grammaticam disciplinam* legendum esse *Gromaticam* observavit Vossius libro 1. de arte Grammatica. Confer Jo. Laurembergii Gromatica, quibus jus terminale & finium regundorum leges explicantur. Hafniæ 1640. 4.

(c) De hujus Schelii commentariis, qui longe plura de re veterum Romanorum militari in affectis habuit, vide quæ notat Jo. Georgius Grævius præf. ad Tomum X. thesauri Antiqu. Rom. & Th. Crenius in notis ad Gabr. Naudæi Bibliographiam militarem T. 2. Methodor. p. 518. * In Schelii laudem plura elegantissimus Grævius Orat. 2. ad 1662. dicta in ejus funere.

11. *Fragmentum agrarium de limitibus*, p. 215. In limine statim Varro allegatur. Ceterum totum fere ex *Hygino* tribuitur in codice quodam antiquo manu exarato, etsi P. Scriverius fide alterius codicis ediderit sub nomine *Frontini*. *Ex libro XII. Innocentii* (*a*) Urbi Præfecti, *de litteris quibus signatæ casæ*, ex notis juris exponendis pag. 220.

13. *Liber Marci Baronis* (Varronis) *ad Rufum Silvium de Geometria* pag. 235. Hunc ex MS. Arceriano edidit Rigaltius. Varronis autem esse nequit, quia p.243. allegat Hyginum, ut dictionem Varrone indignam aliaque argumenta omittam. Longe alius erat Varronis liber de Geometria, cujus meminit Cassiodorus & ex quo Frontinus Boethiusque (*b*) profecisse se fatentur. Sed hic ut alia doctissimi illius viri scripta temporum injuria intercidit.

14. *Ordines finitionum* ex diversis auctoribus, una cum figuris in æs incisis p. 247.

15. *Cajus* & *Theodosius* auctores, pag 252. *Latinus* & *Mysrontius* togati Augustorum, auctores *de locis suburbanis vel diversis itineribus pergentium in suas regiones*, p. 254.

16. Ex libris *Magonis & Vegojæ* (male *Vegetii* legit Barth. XXIX. 1. Adversar.) auctorum p. 255.

17. *Idem Vegojæ Arrunti Veltymno* pag. 258. quæ nomina qualia sint, non meum est dicere, sed haruspicis Salmasii, qui pag. 78. ad Solin. legit : *item Vegoia* Βυγόεα nympha, quæ artem fulguritam scripserat apud. Tuscos teste Servio in VI. Æneid. v. 72.) *Arrunti Vertumno*, sive fragmentum libri ad Aruntem Vertumnum, quæ nomina Hetrusca sunt.

18. *Arcadius Augustus* auctor *de terminis & de lineis partium Orientalium*, p. 259.

19. *Vitalis auctor* p. 260.

20. *Faustus & Valerius* p. 261.

21. *Ratio limitum regundorum*. Auctores *Theodosius & Neuterius* exposuerunt, pag. 263.

22. *Expositio terminorum* sive lapidum finalium *per diversas provincias positorum* p. 276. cum figuris ære impressis.

23. *Varatio fluminis ex M. Iunio Nypso*. Quod fragmentum longe locupletius vulgavit Goesius p. 285. M. Junii Nypsii inter Agrimensores meminit Boethius lib. 2. Geometriæ, p. 1540. Vitruvii Rufi ex Epaphrodito Architectonica & M. Junii Nypsi

 (male

(a) Innocentium sub Constantio agrimensorem fuisse auctor Ammianus Marcellinus lib. 19. At excerpta hæc ex ejus libro 12. ab imperito quodam consarcinata (vide Goesii notas p. 167.) ex Bibliotheca Palatina dedit Rigaltius. Vide Valesium ad Ammian. lib. 19. c. 11. & Menagii Origines Gallicas in *dessous*,

(b) Boethius lib. 2. Geometriæ p. 1537. & 1542.

(male legitur Hypsi) de mensuris agrorum liber refertur in catalogo MStorum Scipionis Tertii . Vide Labbei Bib. nov. MSS. p. 384. * *M. Iunius Nypsus* integrior fuit Neapoli in Bibl. nobilissimi Josephi Vallettæ

24. *Ex Isidori Hisp. libro XV. cap.* 14. *Originum* . p. 290. Ex libris *Dolabellæ* pag. 293. cum figuris in æs incisis. Ex libris *Latini de terminibus* p. 302. *Cajus* auctor V. P. pag. 304. Auctor *Vitalis*, p. 305. *Faustus & Valerius VV. PP.* auctores , ibidem . Ex libro *Frontini* secundo p. 308. *Latinus V. P.* togatus p. 310. *De jugeribus metundis* , p. 311. Ex *Euclidis* lib. 1. prolegomena , p. 316. *De mensuris secundum Geometricæ disciplinæ rationem* ex voluminibus Virorum eruditorum *excerpta* , p. 330. Fragmentum *Legis Thuriæ* cum supplementis Sigonii , p. 329. Aliud fragmentum p. 335. *Legis Mamiliæ* capita tria p. 339. Lex Roscia , Peducia , Alliena , Fabia interciderunt . Ceterum tria illa capita è veteri Codice primus cum notis suis & castigationibus ediderat Lipsius lib. 1. elect. cap. 15. *Imp. Constantini Aug.* rescripta tria pag. 340. adde Cujacii Observatt. lib. XIX. cap. 16. *Impp. Valentiniani* , *Theodosii & Arcadii* rescriptum p. 342. Rescriptum *Impp. Theodosii* , *Arcadii & Honorii* , ibid. *Impp. Theodosii & Valentiniani* rescripta tria pag. 343. Vide Codic. Theodosian. T. 1. p. 200. seq. edit. Jacobi Gothofredi : Ex *Modestini libro X. Pandectarum* , *Ulpiani libro VI Opinionum* , *Florentini sexto Institutionum* , *Callistrati tertio de cognitionibus* , p. 345. *Ex Pauli libro quinto sententiar. & lib* 23. *ad edictum* pag. 346. *Imp. Tiberii Cæsaris* de sepulcris , ibid. *Legis Liciniæ* capita IX. p. 348. *Legis Semproniæ* capita XIII. p. 349. *Legis Iuliæ* de agrorum divisione capita XVIII. pag. 350: Agrariarum *Cæsaris Augusti* capita XI. *Agrariarum*, quarum nomen ignoratur , capita VI. p. 353. *Legis Agrariæ* quam P. *Servilius Rullus* Tr. pleb. proposuit M. Tullio Cicerone & C. Antonio COSS. capita XXI. collectore Goesio , pag. 354. Ejusdem legis capita , qualia a Rigaltio edita fuerant p. 358.----360. * *Hoctavimus Musca* nomen corruptum limitatoris ab Augusto dati Virgilio , in Codd. Servii ad Eclog. IX. Legum agrariarum fragmenta apud Gruterum in thesauro Inscriptionum veterum pag. CCII. seq.

CAPUT XII.

DE MEDICIS ANTIQUIS.

Medici ab Aldo & H. Stephano junctim editi 1. *Alii ab H. Stephano omissi*. 2.

I. MEDICÆ ARTIS PRINCIPES ab Henrico Stephano junctim vulgati duobus Voluminibus Parif. 1567. fol. præter Græcos Paulum Æginetam, Aetium, Actuarium, Oribasium, Aretæum, Rufum Ephesium, Alexandrum Trallianum, Theophilum, & Nicolaum Myrepsum, de quibus alibi dicam, sunt hi latini, qui ab Aldo (*a*) quoque inter Medicos antiquos vulgati sunt Venetiis 1547. fol.

1. *Cornelius Celsus* de quo copiosius egi supra suo loco.

2. *Scribonius* (b) *Largus Designatianus*, cujus *liber de compositione Medicamentorum* ad Cajum Julium Callistum, Jo. Ruellii opera, quem sat audacem Scribonii restitutorem vocat Barthius 48. 49. Adversar. primum è tenebris erutus prodiit Basil. 1529. 8. cum Antonii Benivenii recentioris Medici libro de abditis nonnullis ac mirandis morborum causis, & Polybi Medici vetustissimi Græci libello de victu salubri destitutis, latine per Guintherium Andernacum reddito. Floruit Scribonius sub Tiberio, (*c*) Claudioque Impp. & Galeno pluribus locis allegatur, unde Janus Cornarius (*d*) præfat. ad Marcellum Empiricum, in cujus librum integræ fere Scribonii compositiones sunt insertæ, suspicatur Scribonium non latine sed Græce scripsisse,

O o 2 postea-

(a Scriptores ab Aldo junctim editi hi sunt: Celsus, Serenus Sammonicus, Trotula, Epistola Vindiciani, Marcellus Empiricus, Scribonius Largus, Sorani Isagoge, Plinii de re Medica libri V. Apulejus de herbis, Antonius Musa de Betonica. Æmilius Macer de herbis cum commentariis Jo. Atrotiani. Strabi Galli hortulus. Cœlii Aureliani de morbis Chronicis libri V. & Theodori Prisciani libri quatuor. Hanc collectionem cum MSS. Codd. collatam à Nicolao Nancelio evolvi in Bibl. Gudiana. Exstat hodie in Bibl. Serenissimi Ducis Vinariensis.

(b) Alius Scribonius Aphrodisius Orbilii servus atque discipulus, cujus meminit Svetonius de illustr. Grammaticis.

(c) Cap. 120. ait Scribonius se à Cassii Medici servo Aitmento Tiberii Imp. legato medicamentum quoddam accepisse. Adde cap. 97. Non est itaque Siburius nescio quis vel Designatianus qui paulo ante Marcellum demum vixerit, ut viro cuidam docto in mentem venisse video. Præceptores laudat Chirurgum Tryphonem, Apulejum Celsum, Valentem &c.

(d) Cum Cornario facit Barthius p. 2357. Adversar. Casp. Hoffmannus ut ex G. Richteri Epistolis p. 571. constat, & Hermannus Conringius introductione in Medicinam p. 55.

posteaque Græco-latine redditum esse circa ætatem Valentiniani Imp. Sed Cornarium, etsi prætorito ejus nomine, refellit Marsilius Cagnatus lib. 3 Var. Observatt. cap. 14. Præstantissimam denique Scribonii editionem cum notis uberrimis eruditissimisque & Lexico, industriæ *Joannis Rhodii* debemus, qui Octavii Ferrarii consilio emendatum à se illustratumque in lucem emisit Patavii 1655. 4. * *Scribonius Largus* Empiricus, Dogmaticis tamen (singillatim Asclepiadi) non adeo infensus. Alius ut videtur, Mathematicus Scribonius, de quo Sveton. Tiberio cap. 14. Petrum Scriverium Baudius pag. 126. poematum *Scribonianum* vocat. In præfat. libri sui peregre scripti ad Callistum Imp. Claudii libertum Scribonius memorat alia *scripta sua latina*, (quasi & Græca scripsisset) *medicinalia*, quæ Callistus ille Cæsari (Claudio) dederat. Eundem Callistum iterum alloquitur compositione 151. & in peroratione operis. Post caput 166. compositiones quædam desiderantur. Asclepiadem suum vocat c. 75. laudat etiam iterum cap. 84. Index compositionum, incertum an à Scribonio ipso vel antiquo Grammatico præfixus fit. Vide Rhodium pag. 91. Prima Scribonii editio Parisiensis 1629. 8. hinc mox recusa eodem anno Basil. 8. apud Andream Cratandrum. Parisiensem illam passim Rhodius laudat, ut pag. 31. 174. etiam Plantinianam ut pag. 28. 29. &c. Pars Scribonii quæ tractat de simplicibus, excusa etiam Argentorati 1532. fol. cum aliis aliorum. Illam vellicat Cardanus libro de medicinarum simplicium noxa. Claudii quidem Imp. interioris admissionis Medicus videtur fuisse, cum in Britanniam eum sequeretur. Rhod. p. 189. Andreas Borrichius pag. 191. appendic. ad curas Posteriores Christophori Cellarii. *Adverterit facillime qui diligentius legerit Scribonium, familiarium vulgariumque verborum quam elegantiæ studiosiorem fuisse, dum ita scribere laboraverit, ut ab omnibus, cognitissimis verbis intelligeretur.*

Ex JO. RHODII Indice in SCRIBONIUM LARGUM excerpta.

Numeri, sectiones editionis Rhodianæ denotant.

Ex Scribonio multa ad verbum *Marcellus Empiricus* scriptor ætate junior & Christianus, qui cap. 23. pag. 347 contra lienis dolores commendat *berbam salutarem id est spinam albam qua CHRISTUS coronatus est*. Et cap 25. p. 352. ischiadicis suadet herbam britannicam legere præcantatis his verbis *: terram teneo, berbam lego*, in *nomine CHRISTI prosit ad quod te colligo*.

3. *Mar-*

3. *Marcellus* Burdegalensis, Medicus ut vulgo audit (a) *Empiricus*, Theodosii Magni Archiater, cujus *librum Medicamentorum* ad filios suos scriptum primus in lucem protraxit Janus Cornarius una cum Ætio latine a se translato Basil. 1536. fol. Inter (b) Epistolas Marcelli libro præmissas illa quæ Hippocratis ad Mæcenatem absurde inscribitur, rectius edita est Norib. 1587. sub nomine *Antonii Musæ*. Quæ Celsi nomine ibidem occurrit ad Cajum Julium Callistum, non Celsi est, sed Scribonii Largi. Carmen quod ad calcem libri extat, dixi supra videri clausulam poematis *Sereni Sammonici* de Medicina, quod jam porro in Stephani collectione cum *Rhemnii Fannii Palæmonis* carmine de ponderibus ac mensuris sequitur, & de quorum utroque jam supra a me dictum fuit. * Qui MStas apud Is. Vossium *Marcelli* membranas literis scriptas quadratis & 800. annorum ætatem excedentes consuluerunt, varie illum scriptorem à Cornario interpolatum queruntur, ut Joh. Rhodius ad Scribonium pag. 158. qui Marcelli etiam novam editionem molitus fuit. Marcellus in titulo Epistolæ ad filios vocatur *vir inluster ex magno officio Theodosii senioris*, ipse vero narrat se diligenti lectione scrutatum veteres medicinæ artis auctores latino sermone perscriptos, utrumque *Plinium* & *Apulejum* & *Celsum* & *Apollinarem* & *Designatianum* aliosque nonnullos etiam proximo tempore inlustres honoribus viros cives ac majores suos, *Siburium*, *Eutropium*, atque *Ausonium*. Addit vero etiam ab agrestibus & plebejis remedia fortuita atque simplicia se didicisse, unde non mirum in Marcelli libro occurrere etiam superstitiosa nonnulla: ut quod suadentur versus græci contra faucium dolores suspendendi collo cap. 15. p. 307. 309. cap. 29. p. 378. & aliud carmen c. 21. pag. 339. seq. & cap. 28. p. 373. H. 379. B. 380. E. & cap. ult. sive 36. p. 411. &c. Præmittitur inde notatio de mensuris & ponderibus medicinalibus ex Græco translatis juxta *Hippocratem*. Deinde Epistolæ variæ, 1) *Largii Designatiani* ad filios, 2 & 3) sub falso *Hippocratis* Coi nomine ad Antiochum Regem & ad Mæcenatem. 4) *Plinii Secundi* ad amicos de medicina. 5) *Scribonii Largi* ad Julium Callistum sub falso *Celsi* nomine. 6) *Cornelii Celsi* ad Publium Natalem. 7) *Vindiciani* Comitis Archiatrorum ad Valentinianum Imp. In opere ipso pauci laudantur scriptores ut *Democritus* c. 8. pag. 269. *Antigoni* medici collyrium commendatur c.

(a) Ipse Marcellus in præfatione ait se remedia collegisse etiam per rusticos ac plebejos homines experimentis comprobata. Porro de triplici genere Medicorum apud veteres, Dogmaticis sive Rationalibus, Empiricis & Methodicis, vide Celsum in præfat.

(b) Confer Labbei Bibl. nov. MSS. p. 215.

8. pag 267. 274. edit. H. Stephani, & collyrium *Antonii Musæ* p. 281. aliud medicamentum cap. 20. p. 327. Dentifricium Octaviæ Augusti sororis memorat cap. 13. pag. 297. & Augustæ Messalinæ, itemque pag. 298. aliud quod *Artemius* (cap. 36. pag. 410. rectius *Artemisius*) Dianio ostendit. Arteriacem *Asclepiadis* Medici cap. 14. pag. 299. Remedium *Cosmi* Medici ad anginam pag. 301. Purgatio cap. 30. pag. 383. potio Cosmiana & antidotus cap. 20. p. 327. cap. 29. pag. 377. Compositio excerpta ex libris *Ptolemæi Evergetæ* Regis cap. 14. pag. 302. Confectio emplastri contra podagram quod rex Ptolemæus invenisse dicitur cap. 36. pag. 411. Liviæ Augustæ compositum adversus anginam cap. 15. p. 304. Acopum quo Livia Augusta & Antonia usæ sunt cap. 35. pag. 402. Medicamentum *Apuleji Celsi* præceptoris nostri Valentis cap. 16. p. 310. *Vindiciani* ad tussim pag. 316. Remedium ad stomachi & lateris dolorem quod reperit *Paccius* Antiochus auditor *Philonidis* Catiniensis & post Paccii mortem demum vulgatum Tiberius Imp. in Bibliothecis publicis posuit, laudatur cap. 20. pag. 324. (ex Scribonii sect. 97.) atque aliud contra lumborum dolores cap. 25. p. 351; & compositio ex libro *Philonidis* quæ Tiberio Cæsari etiam componebatur cap. 29. pag 380. *Philonianum* antidotum pag. 329. cap. 22. pag. 341. *Dionysianum* oxyporium p. 333. *Attali* Regis medicamentum cap. 22. pag. 342. Potio à *Procliano* Medico ostensa, & aliud ejus medicamentum pag. 344. aliudque *Junii Crispi* cap. 23. pag. 349. *Januarii* medici cataplasma ad splenem. pag. 347. Gamelielis patriarchæ remedium ad splenem. pag. 350. Aliud contra arthritidem quo *Ausonius* Medicus sanatus est cap. 25. pag. 353. Milonis Brochi prætoris hominis optimi, & *Ambrosii* Medici Puteolani mentio cap. 26. pag. 355. *Julii Bassi* colice cap. 29. pag. 376. *Prosdocbi* Medici remedia electa pag. 381. Anteros Cæsaris libertus remediatus sive liberatus à podagra cap. 36. pag. 408. Gallica interdum laudat Marcellus herbarum & animalium vocabula ut cap. 25. pag. 354. cap. 26. pag. 398. cap. 29. p. 375. 379. cap. 34. p. 396. &c.

4. *De Sexto Placito*, quem Lipsiæ quoque Anno 1654. 8. cum aliis quibusdam Medicis scriptis edidit Andreas Rivinus, supra in Apulejo mentionem fecimus.

II. MEDICI VETERES LATINI ab Henrico Stephano præteriti hi porro sunt.

1. *Plinius Valerianus*, de quo, uti de Historiæ Naturalis quoque Auctore ejusdem nominis dixi supra suo loco. Exstat & in Aldina collectione Venet. 1547. fol.

2. *Soranus*, sub cujus nomine *Isagoge in artem medendi* ad Mecœna-

Mecænatem (quem capite V. alloquitur) cum Plinio Valeriano aliisque vulgata est ab Albano Torino, Basileæ 1528. fol. & inter alios Medicos veteres ab Aldo, Venetiis. Quamvis vero Torinus non dubitat de Græco conversam esse, & quamvis in Bibliotheca Lindenii Medica, clarissimique MerKlini Lindenio renovato ad Soranum Ephesium (*a*) Græcum Medicum audacter & sine tergiversatione refertur, latini tamen scriptoris esse, pluribus ostendit Marsilius Cagnatus lib. 4. cap. 2. Variarum Observationum, cui Vossius libro de Philosophia pag. 98. & in latinæ linguæ originibus pag. 209. 233. suffragatur. Idem lib. 3. de Historicis Græcis p. 415. observat falli Lonæum Boscium qui Soranus Cilici tribuere illam Isagogen non dubitavit. Fortasse Cœlii Aureliani est, à cujus dictione non valde abhorret, & qui in aliis quoque scriptis expressit majorem Ephesium Soranum. Confer de hac Isagoge Dan. Clericum V. C. parte 2. Hist. Medicæ capite 4. & quæ de illa dixi in Centuria plagiariorum num. LV.

3. *Cælius Aurelianus* Siccensis, cujus *celerum sive acutarum passionum libri tres* à Jo. Guinterio Andernaco emendati, atque primum editi Parif. sunt ap. Simonem Colinæum 1533. 8. (*b*) Quinto anno antè Joannes Sichardus ejusdem Cœlii *libros quinque tardarum sive Chronicarum passionum* seu morborum, à Theobaldo Fettichio Wormatiensi, Ludovici principis Palatini Medico acceptos, vulgavit Basileæ 1529. fol. In Græcis constituendis & exponendis, quæ in hoc scriptore plurima occurrunt, Sichardus adjutum se esse testatur à Jano Cornario cui plurimum sane hæ literæ debent. Utrumque Cœlii opus ad fidem MSti emendatum & notis illustratum nomine suppresso, Lugduni (non Londini ut legitur apud MerKlinum p. 135. & in pandectis Brandenburgicis) edidit Jacobus Dalechampius A. 1579. 8. Novam editionem ante plures annos promisit Nic. Blancardus in præfat. ad Arria-

(a) Fallitur ibidem Lindenius, quod Soranum Ephesium qui sub Trajano vixit, confundit cum juniore Sorano Ephesio, cujus exstat de natura muliebri fragmentum cum Rufo Ephesio editum, & Vita Hippocratis, quæ Coi illius senis operibus præmitti solet. Senioris Sorani libri IV. quibus corporalem & mortalem substantiam animæ humanæ tribuerat, memorantur Tertulliano libro de anima, ubi Soranum illum Methodicæ Medicinæ instructissimum vocat. Soranum inter interpretes aphorismorum Hippocratis laudat auctor commentarii in eosdem aphorismos, qui latine ab Andernaco editus ambulat sub nomine Oribasii Medici Græci, & in limine quædam habet, iisdem verbis obvia in pseudo Sorani Isagoge. Fuit & alius Q. Valerius Soranus, cujus Cicero in Bruto aliique meminerunt. Soranus augur ap. Ciceron. I. de divinat.

(b) Apud Lindenium male legas, A. 1529. fol. ut notatum doctissimo Almeloveenio. Idem mendum & alia insuper reperies in pandectis Brandenburgicis Hendreichii T. 1. p. 356.

Arrianum de Expedit. Alexandri. Pridem etiam eſt quod Virum Excellentiſſ. Georgium Francum de FranKenau Potentiſſimi Regis Daniæ Archiatrum in Cœlio illuſtrando, luculentiſſimaque ejus ſcriptoris editione concinnanda occupari accepimus. Thomas vero Bartholinus inter deperdita ſua memorat notas & emendationes in Cœlium Aurelianum p. 88. de Bibliothecæ ſuæ incendio. In libris Chronicarum paſſionum plura emendat illuſtratque Thomas Reineſius lib. III. Var. Lect. cap. 17. & 18. *L. Cœlius Arrianus* dicitur Adriano Junio Tom. 4. Lamp. Gruteri p. 457. & Valerio Chimentello p. 130. de honore biſellii. At Cœlium Aurelianum vocandum eſſe non dubitant plerique alii viri doctiſſimi Reineſio pag. 656. ſeq. laudati. Quia Galeni nuſquam meminit, illo ſuperiorem fuiſſe ætate putabat Voſſius p. 98. libri de Philoſophia. Sed aliud videtur eidem Reineſio, qui ſæculo quinto vixiſſe arbitratur, cum linguæ latinæ puritas Europæarum gentium idiotiſmis & Hunnorum Gothorumque barbarie plane decoxiſſet. Stilo itaque, ut ſeculum ferebat, & genius patriæ, quæ Sicca Veneria Numidiæ in Africa non ignobile oppidum fuit, uſus eſt grandi, implexo, difficili, ad tautologias uſque luxuriante, irregulari, ſemiſoloeco nonnunquam, modo archaiſmis modo peregrinis & novis à vulgo acceptis, Græcorum ubique affectator & interpres interdum infelicitate etiam ſua feſtivus: Scriptor alioqui non ineruditus, qui Græcorum vetuſtiſſimorum ut in ſectas abierant, doctrinas diligentiſſime conquiſivit, digeſſit, recenſuit & libere excuſſit. Etſi enim Methodicorum ſectæ fuerit addictus, quod inde conjicitur, quia Themiſonis, Theſſali & Sorani (*a*), quem principem identidem appellat & ſemper ſequitur, dogmata frequenter repetit & illuſtrat, laudatis eorum à nemine præterea memoratis libris, ſubinde tamen quod majores ſui peccanter definiverant non erubuit vellicare. In Græcorum litteris non nimis profunde doctus. Celſi Pliniique non meminit utpote latinorum, neque Galeni infenſi Methodicorum hoſtis, quos Cœlius imprimis admirabatur. Scripſit præterea Græcarum Epiſtolarum librum ad Prætextatum, Adjutoriorum, Medicaminum, Muliebrium Paſſionum libros, Reſponſionum de Chirurgia, aliaque quæ temporum injuria amiſimus. *Cælius Aurelianus* è Sicca (*b*) Veneria Numidiæ opido Afer, libros

(a) Hinc G. Jo. Voſſius IV. 86. de Idololatria ait Cœlii libros rectius dici Soranum à Cœlio latinitate donatum. Adde Mercurialem lib. 2. c. 12. Var. Lect. Quod vero idem Voſſius putat Cœlium noſtrum laudari à Caſſiodoro cap. 31. divin. lect. in eo fallitur. Nam pro *Cœlii Aurelii* apud Caſſiodorum legendum *Celſi Aurelii*, ut notavi ſupra è Reineſii pag. 656. Var. lection.

(b) Proſper Alpinus in præfat. ad libros XIII. de Medicina Methodica, Patav. 1611.

bros acutarum passionum scripsit ad *Bellinum* discipulum. Libros Chronicarum passionum post libros de acutis morbis se composuisse testatur. Hos postremos libros à Theobaldo Fettichio accepisse se narrat Joh. Sichardus in præfat. ad recognitiones editas sub falso nomine Clementis Romani. Sed in præfat. ad libros ipsos Cœlii Aureliani ait illos assertos in lucem à Philippo Furstenbergio Consule Francofordano. Post Sichardi editionem viderunt lucem in Medicis antiquis Aldi, Venet. 1547. fol. qui cum Nancelii castigationibus MSS. exstant Gothæ in Bibl. Serenissimi Ducis. Notas editioni Cœlii Aureliani Lugdunensi additas, Jacobi Dalechampii esse volunt plerique: sed Jo. Conrado Ammanno videntur plurium esse & dissimilium auctorum. Jactat etiam titulus ad MSti Codicis fidem illam esse emendatam, quod tamen eidem Ammanno vix videtur verisimile; quia eadem in hac edit. sphalmata, eædem lacunæ in libris præcipue tardarum passionum occurrunt. Novissime luculentam hujus scriptoris editionem dedit Henricus Wetstenius Amst. 1709. 4. cum notulis è Lugdunensi editione repetitis, novisque præstantissimi quem modo laudavi Viri nec diu post eheu extincti *Ammanni*, & separatim adjectis ad calcem voluminis animadversionibus quas partim ex sua penu deprompsit, partim ex Virorum doctorum scriptis collegit Clarissimus & multis aliis nominibus egregie de litteris promeritus *Theodorus Jansonius ab Almelooveen*, qui & Lexicon Cœlianum atque indices locupletissimos subjecit auctorum allegatorum rerumque. Ex Codice Barthii & Daumii manu passim notato loca quædam editionis hujus Amstel. corrigunt auctores Ephemeridum literariarum germ. editarum Lips. 1710. pag. 369. seq. Vide sis etiam Michaelem de la Roche in Diario Londinensi *memoirs of litterature* Tom. 1. pag. 38. & Diarium Londinense alterum, History of the vvorks of the learned A 1710. pag. 342. Scriptis Cœlii deperditis a me memoratis adde problemata, & de febribus ac salutarium præceptorum librum. Libros qui exstant & in quibus non contemnendæ de signis præcipue morborum observationes occurrunt, rectius dici *Soranum à Coelio latinitate donatum*, scripsit Vossius pater lib. IV. 86. de idololatria, & Gerhardus Vossius filius ad Vellejum II. 120. secuti ambo Mercurialem lib. I. cap. 10. Variar. Lect. Sed licet Sorani multa Cœlius probet, laudetque, & libenter

1161. fol. & Lugd. Bat. 1619. 4. *Quid de Cœlio Aureliano? nonne ex iis literarum monumentis quæ de morbis acutis atque chronicis ab ipso traditis, nobis superfuerunt, liquido constat ipsum fuisse Medicum gravissimum, magnisque profecto laudibus concelebrandum*. De hac vide Harduin. ad Plinium lib. V. cap. 3. Tom. 1. pag. 532.

ter eum ſequatur, tamen non dubito hoc ſcriptum ab Mercu-liale Voſſiiſque valde ὑπερβολικῶς.

Index Scriptorum a Cælio Aureliano laudatorum.

Ex editione Almeloveeniana.

Cari-

4. *Theodorus Priscianus* Archiater, secta itidem Methodicus, qui libro de Physica scientia, præceptorem laudat (*a*) Vindicianum, unde sub Gratiano & Valentiniano II. floruisse colligitur. Ad hunc forte Theodorum est Epistola Synesii 115. Certe ab Alex. Tralliano Græco Medico allegatur lib. 1. cap. 21. etsi ibi male legitur *Theodorus Moschion* (*b*) vel *Muscienus*. Exstant ejus *Euporiston* sive medicinæ præsentaneæ facileque parabilis liber ad Timotheum fratrem. *Liber secundus Logicus* ad eundem Timotheum. *Liber tertius Ginæcion* (*c*) de morbis mulierum & eorum curatione ad Sabinam. *Liber quartus experimentorum de Physica scientia* ad Eusebium filium. Hos quatuor libros sub falso & per errorem nato nomine *Q. Octavii Horatiani* (*d*) vulgavit Hermanus Comes de Nevenare Argentorat. 1532. Cujus editionem præterea audacissimis depravationibus scatere notat Reinesius p. 643. Var. Lect. Emendatius deinde & sub vero Theodori Prisciani nomine Basileæ 1523. 4. edidit Sigismundus Gelenius, * opus antea ineditum proferre se testatus ex quatuor exemplaribus MSS. jam hic jam illic mutilis. Attamen is libri 1. capita 24. 25. 26. & libri II. capita 13---18. & initium capitis 19. & librum quartum integrum non habuit, quæ omnia in editiône Argentoratensi leguntur. In Medicis antiquis ab Aldo A. 1547. fol. excusis non minus quatuor Theodori libri, quam Cœlii Aureliani de Chronicis passionibus occurrunt. Dictio paulo horridior est, modo archaismis, modo novæ usurpatis contra latine scribentium usum, & non nihil fæcum atque Barbariei trahit vitio suæ ætatis, ut eidem Reinesio observatum est, qui

(a) Vindicianus ProCOS. Africæ & sub Valentiniano seniore comes Archiatrorum, quem magnum suorum temporum Medicum vocat Augustinus Epist. 5. Vid. & libri 4. c. 3. lib. 7. cap. 6. Confess. Cod. Theodos. lib. X. tit. 19. l. 9. de metall. & lib. XIII. tit. 3. l. 12. de Medicis & Prof. Lincolniensem de cessatione legalium p. 143. Nic. Myrepsum c. 711. Barthium lib. 50. c. 6. Adversar. Tillemontium in Vita Augustini &c. Ejus Epistola ad Valentininaum præfigitur Marcelli libro de Medicamentis. Hujus sunt etiam qui esse putant carmen quod in calce libri ejusd. Marcelli legitur, quod rectius à Rob. Constantino habetur pro peroratione poematis Sereni Sammonici ut semel iterumque dixi. Vindiciani excerpta ex Apicio laudat Vossius p. 16. de vitiis sermonis. Alia Vindiciani Epistola ad Pentadium de quatuor humoribus corporisque partibus memoratur apud Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 215. è catalogo Bibl. Renati Moreau.

(b) De Moschione Medico & Prisciano Lydo dixi in Bibl. Græca. De illo quidem libro sexto, & de Prisciano libro 3. cap. 9. §. 15.

(c) Hunc librum aliorum scriptis ejusdem argumenti à se collectis inseruit Israel Spachius, Argentor. 1597. fol. Basil. 1586. 4. De Sabina illa (pro qua editio Gelenii Salvinam, Basileensis Salvianam, Nevenarii & Aldina Victoriam exhibet) vide Reinesium p. 509. seq. Var. Lect.

(d) Loca quædam illustrat etiam Reinesius epist. ad Daumium p. 345.

est, qui plura hujus Prisciani illustrat lib. III. cap. XI Var. Lect. Nusquam meminit Galeni quamvis eo longe junior, Hippocratem vero plus vice simplici laudavit. * *Theodorus Priscianus* Methodicos laudat lib. 2. cap. 26. Præceptoris sui meminit lib. 4. p. 51. *Nam si Magister meus quo me usum esse preceptore præmiseram, dum viveret bellus* (lege *nullus*) *habetur, qui nunc orbe toto Vindicianus celebratur*. lib. 3. cap 5. *duo genera pessariorum, quibus Magister meus & purgationem inoffense procurare se inoffensius testaretur. Libri primi* integer titulus est *Phænomenon Euporistos*, quo remedia præsentanea & facile parabilia tradit in passionibus quæ oculis comprehendi possunt. Lib. 2. cap. 20 *quæ in primo phænomenon ordinata transegimus* & cap. 22. *Phænomenon liber superior omnem earum curam docebit & instructionem. Liber secundus* inscribitur *Logicus* de prodenda discutiendaque ratione in passionibus quæ oculis comprehendi non possunt, acutis primum, tum chronicis. Hos libros senex jam in fratris *Timothei* gratiam ex Græco quod prius ediderat opere in latinum compendium misit, Græcique meminit non uno loco ut lib. 2. cap. 9. *addes etiam adjutoria de Græco Euporisto*; & cap. 31. *ejus remedium in Euporisto nostro invenies*. In editione Argentoratensi lepide Euporistus ingeritur pro viri nomine, cui auctor opus suum inscripsit: *Octavius Horatianus Medicus Euporisto. Nuperrime collegæ Olympii exhortatione provocatus confeci nonnullos præsentaneæ* (Medicinæ) *libellos, quos vel mediocris fama retinet, sed Græco stylo* &c. *Liber tertius* solitaneus *Gynæcion* ad *Sabinum* sive *Salvinam*, obstetricem fortasse, quia eam vocat *artis suæ dulce ministerium*. Argentoratensis editio *Victoriam* appellat, ut forsan Victoria Sabina dicta fuerit. Eam cap. 5. ita alloquitur: *Nostra itaque Sabina professionis communis* (fortasse *nostræ cum sis*,) *hoc magis est tibi necessarium ministerium, quæ ex tuis officiis sedulis in his majus experimentum habes*. Mentio hujus libri lib. 2. c. 22. *Cum de partibus muliebribus sanguis eruperit, his in gynæcion libello quid expediat sequenti lectione disposui. Quartus liber* est *Physicorum* s. experimentorum de Physica scientia, ad *Eusebium* quem *dulcissimum filiorum suorum* appellat. Meminit lib. 2. c. 11. *Etiam cæteris adjutoriis per beneficium ministrantibus, quæ quam maxime in libro Physicorum commodius disponimus*. Allegatur etiam lib. 1. cap. 25. (23. edit. Argentorat.) & lib. 2. cap. 14. (pag. 97. edit. Arg.) Laudat Theod. Priscianus, cujus stylus passim Græcis dictionibus fœcundus est, *Apollonium Medicum* bis lib. 1. cap. 6. *Athenæi* Medici trochiscum refert lib. 2. cap. 31. & lib. 3. cap. 8. *Democritum* lib 4. pag. 81. *Pythago-*

Pythagoram Ægyptiæ scientiæ gravem auctorem, ibid chalasticum *Titiani* Viri clariss. 85. antidotum *Terentii Eutychiani*. ibid. diamoron Sebasti pag. 86. hoc est quo usus Imperator ὁ σεβαστός; medicamentum *Philosophiani*, pag. 87. medicamentum quod monstravit *Leoparda*, pag. 88. quod monstravit uxor Nomenclatoris, ibid. potionem experimentatam *Cornelio*, ibid. & pag. 89. confectionem quam frequenter experimentavit *Eugamius* pag. 89. Medicamentum *Eusebii* pag. 90. *Porphyrii* ibid. Theodorum Priscianum laudant Simon Januensis & Matthæus Silvaticus, & qui pleraque ex Theodoro in passionarium suum transtulit Gariopontus. Theodori librum secundum allegat Alex. Trallianus lib. 1. c. 15. pag. 79. Sed alius est eidem pag. 81. laudatus Theodorus Moschion sive Muscienus. Confer Reinesii Epist. 51. ad Daumium pag. 137.

5 Editus etiam est *Theodori* antiqui Medici *Diæta* sive *de rebus salubribus liber*, Argent. 1544. fol. cum Trotula, Physica (*a*) Hildegardis, aliisque scriptis ejus argumenti. Seorsim quoque cum notis Georgii Eberhardi Schreineri, Halis Sax. 1638. 8. & ab Andrea Rivino cum aliis brevibus de re Medica scriptis, *Sereni Sammonici* de morborum curatione, *Marcelli Empirici* sive *Vindiciani* de Medicina & Epistola ad Valentinianum Imp. *Prisciani* sive *Rhemni Fannii* de ponderibus & mensuris, *Sexti Placiti* Philosophi Platonici de Medicina ex animalibus, & *Constantini Africani* Medici & Monachi Cassinensis de animalium virtutibus naturalibus, Lips. 1654. 8. Et hanc quoque diætam cum Reinesio p. 510. Var. Lect. non dubitamus ad eundem Theodorum Priscianum referre, quia mirifica est cum reliquis ejus monumentis affinitas verborum, locutionum & doctrinarum. Alius antiquior Medicus sed Græcus Theodori nomine Laertio memoratur, idem forte, cujus meminit Aetius libri 13. capite 46. De Oribasio hic non est dicendi locus, quia Græce scripsit, etsi latinis scriptoribus perperam annumeratur a Symphoriano Campegio.

6. Sub *Trotulæ* nomine alii fœminam eruditam, alii complures Erotem (*b*) *Juliæ* libertum & Medicum latere putant, uti

(a) * Libros IV. Physicorum sive de rerum natura Argentor. 1533. editos non *Hildegardi* Abbatissæ, divinis ut præ se ferebat revelationibus celebri quæ A C. 1180. diem obiit, sed Hildegardi de Pinguia tribuendos esse, ex Simlero annotat doctissimus Caveus. At enim quam Hildegardim de Pinguia Simlerus vocat, hæc ab altera illa neutiquam est diversa. Fuit enim hæc ipsa Abbatissa in Cœnobio S. Roberti in Pinguis, sive ad Bingiam prope Rhenum fluvium.

(b) *Protem* perperam excusum est in Merklini Lindenio renovato p. 716. Erotis Medici

Adrianus Junius lib. VI. Animadverſ. cap. 1. Sed Doctorem Salernitanum fuiſſe notat Tho. Bartholinus diſſ. VI. de legendis libris p. 167. Exſtat ſub illo nomine *liber de remediis muliebribus*, Argent. 1544. fol. & inter Medicos antiquos ab Aldo editos, & inter Gynæciorum ſcriptores collectos ab Iſraele Spachio.

7. *Poema Hexametrum de virtutibus herbarum* quod ſub *Æmilii Macri* nomine ambulat, prodiitque Venet. 1506. & Baſil. 1530. per Jo. Atrocianum, tum 1540. ex Jo. Cornarii recenſione, & 1559. per G. Pictorjum Villinganum 8. non eſt antiqui illius Ovidio (*a*) & Iſidoro laudati, ſed longe junioris, cum non Plinii modo Valeriani, ſed Galeni, & Oribaſii, & Il. 16. (c. 44.) Strabi Galli, qui poſt Caroli M. tempora vixit, faciat mentionem. Si Gaudentio Merulæ credimus lib. 1. c. ult. antiquitatum Galliæ ciſalpinæ, lib. IV. memorabil. cap. 27. verum auctoris nomen eſt *Odobonus* ſive *Ode* quidam (*b*) Medicus. Quæ præter illud carmen illuſtris Henricus Ranzovius, Hamburgi 1596. 8. ſub Macri nomine edidit hoc titulo: *H. Ranzovii editio librorum Macri de virtutibus herbarum, de quibuſdam animalium partibus ac terræ ſpeciebus itemque medicamentis totius corporis humani ex Bibliotheca ſua Bredenſi* (Bredenburg) *depromtorum*; partim *Sereni Sammonici* carmen *de medicamontis totius corporis humani*, (confer Scheinerum ad Theodori diætam pag. 74.) partim *Strabi Galli Hortulum* referunt. Videnda de hoc Pſeudo-Macro Thomæ Bartholini diſſertatio de Medicis Poetis. * De *Æmilio Macro* (*c*) confer Broeckuſium ad Tibull. pag. 275.

Medici mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum p. ccc. 7. Illud nomen ſervile apud Romanos, ut docet Menagius in amœnitatibus juris pag. 193. ſeq. * Jo. Rhodius ad Scribonium pag. 11. *Trotula titulo qua Medicorum manibus teritur, eadem credulitate cap. LXIII. Aldina opera Magiſtri Geraldi pulverem adjecere, quem ſtydus, Julia ætate multo poſteriorem demonſtrat*. Inter Gynæciorum ſcriptores prodiit Baſil. 1586. 4. MS. exſtat Norimbergæ apud Nobiliſſ. Virum Godfridum Thomaſium. Inſcriptio vetus: P. DECIMUS P. L. EROS MERULA MEDICUS CLINICUS CHIRURGUS &c. vide Gvil. Beveregii Arithmeticam pag. 208. & Joh. Caſp. Eiſenſchmidium de ponderibus & menſuris pag. 131.

(a) Vide Tiraquellum de nobilitate p. 293. Cornarium præf. ad Pſeudo Macrum, Colomeſ. c. 6. κειμηλίων litterariorum: Jac. Thomaſium ad Plinii Epiſt. III: 5. Tho. Crenium VII. animadverſ. p. 112.

(b) Alius eſt Odo ſive Otho Cremonenſis, qui verſus centum quindecim de electione meliorum ſimplicium ac ſpecierum medicinalium ſcripſit rhythmo leonino. Liber Francofurti excuſus eſt A. 1533. Colomeſ. notis ad Gyraldum de poetis p. 218.

(c) Ovidius IV. Triſtium 10.

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior ævo.
Quæque nocet ſerpens, quæ juvat herba, Macer.

Ad eundem II. 10. è Ponto:

Tu canis æterno quicquid reſtabat Homero
Ne careant ſumma Troica bella manu.

275. & Reinesii ad Daumium Epistolas pag. 21. 22. 25. MS. habuit idem Reinesius, servatque alium Codicem Norimbergæ, laudatus Thomasius. Libellum qui sub Macri ambulat nomine habeo cum commentariis *Guilelmi Gueroaldi* & rudibus herbarum iconibus excusum sub sæculi decimi sexti ut videtur initia in 8. Volumen clauditur his verbis: *Habetis juvenes studiosissimi, Macri floridi de viribus herbarum opusculum ab omni mendo castigatissimum una cum interpretatiunculis luce meridiana longe clarissimis.* Prodiit etiam Francof. 1540. 8. sub titulo *Macer de re Medica* &c. Minime vero omittendum quod Hortulus *Strabi Galli* ante aliquot secula scriptus cum scholiis latinis & Germanicis exstat in Bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis, addita nonnulla habens de speciebus resinæ, de ventis, ordine ventorum, tonitribus & fulminibus. Licet vero auctores ephemeridum literariarum Germanice editarum Lipsiæ A. 1710. p. 1017. affirmant Codicem illum Caroli M. temporibus scriptum esse, tamen haud dubie junior est, cum Walafridus Strabus Cœnobii S. Galli Decanus Hortulum suum ab Abbatem Grimaldum diu post Carolum Magnum sub Carolo Calvo scripserit.

8. *Ejusdem farinæ* est quod sub *Evacis* Arabum Regis nomine fertur *carmen de gemmis*, Lubecæ 1575. 8. edente Henrico Ranzovio cum præf. Henrici Molleri Hamburgensis & Lips. 1585. 4. cum Epigrammatibus ejusdem Ranzovii aliorumque de aula. Neque enim illud auctorem habet *Evacem*, quem Græce ad Neronem de effectibus simplicium scripsisse refert Plinius lib. 25. cap. 2. Sed *Marbodeum* (*a*) quendam, qui forte aliquid ejus argumenti ab Evace (*b*) græce scriptum habuit & latinis versibus expressit. Sane Pictorius Villingensis, à quo uti ab Alardo Amstelodamo quoque notis illustrati sunt, non dubitavit eos sub *Marbodei Galli Cenomanensis* nomine edere, Friburgi 1531. Colon. 1539. 8. In aliis codicibus *Marbodeus* quidem sed *Cambro Britannus* dicitur teste Reinesio p. 76. defensionis Variarum lectionum. Idem ait ejus cognomen fuisse *Evanx*, unde factum, ut Evacis se finxerit interpretem. Janus Cornarius auctor est, in quibusdam exemplaribus dici *Merboldum Episcopum*. Si idem itaque est cum Marbodeo Gallo præsule Rhedonensi,

(a) In Isidori glossis vocabulo *vascillum*, pro *Macrobii* nomine reponendum *Marbodei*.

(b) Sic enim liber incipit:

Evax Rex Arabum legitur scripsisse Neroni
Qui post Augustum regnavit in urbe secundus,
Quot species lapidum, quæ nomina, quive colores,
Quæ sit iis regio, vel quanta potentia cuique,
Hoc opus excipiens dignum componere duxi.

nensi, de quo Vossius pag. 72. de Poetis latinis, vixit temporibus Henrici III. Imp. medio sæculo post Christum natum undecimo. Vide etiam If. Pontani notas ad Macrobium, editionis secundæ, & Barthium ad Claudianum p 704. 1035. * Libello quem sub *Evacis* nomine ferunt, præmittitur Epistola duplex ad Tiberium Neronem. Prior incipit: *Salutem dicit Tiberio Evax. Desideranti tibi scribi à me mysteria omnium lapidum* &c. altera in hanc sententiam: *Evax Tiberio Imp. S. Magnifica tua dona accepi per centurionem Lucinium Frontonem nomine* &c. Librum sive Carmen ipsum de gemmis sub *Marbodei* nomine, præmissa illa duplici Epistola, adjunctaque appendice versuum de gemmis quibusdam eo usque ineditorum, & variis lect. in ora libri notatis edidit V. C. Jac. Gronovius ad calcem Dactyliothecæ Abrahami Gorlæi, Lugd. Bat. 1695 4. Novissime Antonius Beaugendre Monachus Benedictinus jam octogenarius inter Hildeberti Cenomanensis & Marbodi Redonensis Episcopi Opera Paris. 1708. f. carmen illud de gemmis vulgavit cum veteri Gallica Metaphrasi ætatis non multo quam qua fuit Marbodeus junioris, cujus hoc est initium:

Evax fut un multe riches Reis
Lu regne tint des Arabais &c.

Obiit Marbodeus A. C. 1123. ætatis 88. Confer Vossium de Hist. lat. pag. 373. & Ephemerides Paris. A. 1708. mense Junio pag. 551. Perperam tamen in his, licet ex Bellogendrei sententia traditur Marbodeum carminibus suis rhythmi causa voces interdum nihil plane significantes inseruisse. Nam in exemplo quod affertur pag. 553.

Nox abit, atque diu jam lux orientis iliu
Sparserat auroram ....

Patet *iliu* positam esse pro ἡλίου, perinde ut Hartungus in versione Apollonii Rhodii plus simplici vice *Eelium* posuit pro sole, quod in græco legerat ἥλιος, & apud Honorium lib. 1. de imagine Mundi cap. 84. cœlum dicitur *casa iliu*, domus solis. Et *Elenos* pro Ἕλληνες positum notat Goldastus pag. 173. ad Eginhartum de vita Caroli Magni. Sic interpres latinus Opusculorum à Sirmondo editorum pag. 201. *cum suum scilicet Oranus* (οὐρανὸς) *fuderit solem*. Plura ejusmodi Stephanus Stephanius notis ad Saxonem Grammaticum p. 38.

9. De Apulejo, & Antonio Musa supra dixi lib. 2.

10. *Gariopontus* scriptor Christianus sæculo XII. post natum Christum, ex Galeno, Theodoro Prisciano aliisque utcunque constipavit *passionarium* sive remediorum ad totius corporis morbos

bos *libros V. libros II. de febribus, & de earum symptomatis unum,* Basil. 1531. 4. Vide Reinesium lib. 3. cap. 12. Var. lect. ubi etiam *duos libros Dynamidiarum* sive experimentorum sub Galeni nomine vulgatos Garioponti esse ostendit. * *Gariopontus* Petro Damiano lib. V. Epist pag. 439. *Guarimpotus*. Ejus editiones tres Lugd 1526. 4. & Basil. 1531. 4. 1536. 8. mire inter se discordare notat Clariss. Daumius.

11. *Matthaeus Sylvaticus* Mantuanus, saeculo post Christum natum XIV. ingens opus *pandectarum Medicinae* lexici instar latinis, Graecis, Arabicis verbis explanandis ex variis auctoribus alphabetica serie digessit. Excusum Venetiis 1498. fol. & deinde saepius, sed verba, Arabica praesertim, ita depravata exhibens, ut vel peritissimis ejus linguae raro liceat, qui res sit hariolari. Confer de hoc opere Cangium in Prolegomenis ad glossarium mediae latinitatis. * *Matth. Sylvatici* aetatem (*a*) cognosces ex eo quod in *bruchus* testatur se locustarum vim vidisse Salerni anno Dominicae incarnationis 1297. Prodiere primum ejus pandectae Bonon. 1474. fol. quae editio mihi ad manus est haec scribenti. Michael vero Maittaire pag. 106. Annalium typographiae memorat editionem Neapolitanam A. 1474. Prodiit etiam Venet. 1478. fol. per Martinum Saracenum, & eodem anno Lugduni per Martinum Huss & Johannem Fiber, & Venet. 1480. fol. emendante Matthaeo Moreto Brigiano. Non contemnendum usum praebere interdum docet Clariss. Almeloveenius pag. 654. ad Coelium Aurelianum.

12. Simile opus ante Sylvaticum composuerat *Simon Januensis*, quod inscribitur *Clavis sanitatis*, Venet. 1510. fol. auctor vixit Romae in Nicolai IV. Pontificis aula circa A. 1273.

13. *Schola Salernitana*, sive versus leonini de conservanda valetudine, circa annum Christi 1099. (*b*) auctore *Joanne de Mediolano* scripti & illius Scholae nomine missi ad Robertum Guilelmi Noti Normanniae ducis filium, Regni Angliae haeredem, jam reducem è bello sacro, cum is Salernitanam Academiam illo tempore celebratissimam, (Vide Coringium de Antiquitatt. Academicis diss. 3. & Renati Morelli prolegomena ad hoc carmen c. 2.) de vulnere quod inter obsidionem Hierosolymitanam in brachio dextro acceptum in fistulam degneraverat, consuluisset. Jo. Georgius Shenkius in Bibliotheca Medica ait olim

(a) In Catalogo Bibliothecae D. Schraderi Superintendentis Dresdensis parte 2. n. 603. notatur Sylvaticus claruisse tempore Roberti Siciliae Regis cui pandectas suos inscripserit A. *1636.* Lege *1336.*

(b) A. Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 1807. 12. 13. notat scriptum esse hoc carmen A. C. 1066. ad Eduardum Angliae Regem.

auctius hoc carmen exstitisse versuum nempe 1239. cum nunc tantum in editis plerumque sint versus 373. etsi in quibusdam Codicibus 664. in aliis 1096. reperiuntur. In Clarissimi Wagenseilii Exercitationibus Varii argumenti pag. 77. mentio occurrit libri *Hebraici* ejusdem argumenti, & cujus auctor plurima præcepta ex Schola Salernitana est mutuatus. Scholam Medicinalem *Persicam* Salernitanæ conformem penes se exstare MStam testatus est vir Orientalium literarum dum viveret callentissimus Andreas Acoluthus Theologus Uratislaviensis in specimine Alcorani quadrilinguis pag. 14. Etiam libri quinque carmine latino Hexametro de universa Medicina compositi ante annos 300. vel 400. nescio quo auctore MSS. memorantur à Labbeo p. 66. Bibl. nov. MSS. Incipit opus:

Principio rerum cum conditor Orbis adiret
Humani generis primos plasmare parentes.

Desinit in hunc versum:

Omnibus ergo vale dicens in pace recede.

Editionem præstantissimam Scholæ Salernitanæ debemus Renato Morello, qui cum Arnaldi Villanovani, Jacobi Crellii, Jo. Curionis, Costansonii & sui ipsius insignibus commentariis edidit Parisiis 1625. 8. Hic p. 379. observat nonnullos versus è Macro desumsisse Salernitanos, cujus exemplum & scribendi characterem imitatos fuisse in hoc opere elaborando suspicatur. Nomine tenus in versibus illis allegari videas Asclepium, Hippocratem, Plinium & Galenum. * De *Schola Salernitana* videnda etiam Zach. Sylvii præfatio cap. 3. qui cum Villanovani exegesi edidit Roterd. 1649. 12. recusam Hagæ Comitis 1683. 12. & Ratisbonæ 1711. 12. Salernum scholam Medicorum Edomæorum memorat Benjamin Tudelensis in itinerario p. 26. Gaufredus in poetria nova, vers. 1009.

In morbis sanat Medici virtute Salernum
Ægros, in causis Bononia legibus armat
Nudos: Parisius dispensat in artibus illos
Panes unde cibat robustos: Aurelianis
Educat in cunis auctorum lacte tenellos.

Prodiit etiam Schola Salernitana cum exegesi Arnoldi Villanovani Lugd. 1577. 12. & per Joannem Curionem Berckensem Francof. 1605. 12. addita latine Dioclis Epistola ad Antigonum & libro de salubri diæta quem Hippocrati tribuunt, aliisque Fernelii, Camerarii & aliorum recentium scriptis, & Anastasii Epigrammate ad Amatum de victu post incisam venam. Vincentii Petronii literarium duellum inter Salernitanos & Neapolitanos

litanos Medicos lucem vidit Venetiis 1647. 4. De libello Hebraico quem memorat Wagenseilius ejusdem cum schola Salernitana argumenti. Confer Rev. Wolfii nostri Bibliothecam Hebraicam Tom. 1. pag. 456. Jo. Jacobi Scharandæi, Solodorensis Philosophi & Medici librum de ratione conservandæ sanitatis ex editione Amst. 1649. recusum Helmst. 1706. 8. cum V.C. Hermanni ab Hardt officiis Judæorum antelucanis. Exstat etiam *Regimen Sanitatis* Anglorum Regi ex *Parisiensi* Gymnasio missum, & cum præceptis Scholæ Salernitanæ in plerisque congruens. Prodiit addita Germanica Metaphrasi Brunsvic. 1509. Incipit:

Anglorum Regi conscripsit Schola solemnis,
Ad regimen vitæ præsens hoc Medicinale;

De auctore consules theatrum Anonymorum Vincentii Placcii num. 1015 Cum alia Germanica Metaphrasi Lipsiæ 1552. 8.

12. *Joannes Ægidius* Atheniensis ex Medico Monachus Corbejensis vel Corboliensis Ord.S.Benedicti, sæculo, post natum Christum duodecimo (*a*). Vide Barthium ad Britonem p 755. Reinesium Var. Lect. p.688. Daumium Epist ad Reines. p.276. Gyraldum dialogo V. de Poetis &c. Exstant ejus opuscula duo metrica versu hexametro, unum *de* (*b*) *urinis*, alterum *de pulsibus*, cum commentariis Gentilis de Fulgineo, Venet. 1494. Lugd. 1505. Basil. 1529. 8. In antiquis membranis variæ aliorum glossæ in hos libellos reperiuntur, quorum magna fuit superioribus sæculis auctoritas. Vide B. Joachimi Felleri Catalogum MStorum Bibl. Paulinæ Lipsiensis pag. 255. 256. 261. 262. 263. 264. 270. 278. 280. 281. Scripsit etiam hic Ægidius *de Antidotis*, quod in quibusdam Bibliothecis MStum occurrit, aliaque plura, quæ perierunt. E prologo *poematis* ejus *de compositione Medicamentorum* quatuor hexametros affert Gabriel Naudæus Quæstione Jatrophilosophica 3. p. 94. * *Johannem Ægidium* Jo. Lelandus pag. 251. de scriptoribus Britannicis refert ex Anglia patria contulisse se Lutetiam Parisiorum, & regnante Henrico III. Anglorum Rege scripsisse *de Re Medica*, & *de prognosticis*, tum *Homilias*, & *morales Theologiæ interpretationes* aliaque. Idem Ægidius fortasse dictus fuit Atheniensis, quod Athenis per aliquod tempus versatus esset studiorum caussa, perinde ut alii quidam Angli illa ætate, de quibus Lelandus pag. 266.

13. *Valesci de Taranta* Monspeliensis, qui Sæculo XIV. exe-

(a) In pandectis Brandenburg. male traditur vixisse circa A. C. 700.
(b) In Hofmanni Lexico Universali T. 1. p. 41. perperam excusum est *de venenis*.

unte & sub initium proximi floruit (Archiater, ut ferunt, Regis Gallorum Caroli VI.) *Philonium Pharmaceuticum & Chirurgicum* de medendis omnibus internis & externis humani corporis affectibus, prodiit primum Venetiis Anno 1521. novissime recensente præstantissimo Jenensium Æsculapio Georgio Wolffgangio Wedelio Francof. 1680. 4. * *Valescum de Taranta* diligenti studio recensuit Joannes Hartmannus Beyerus in præfat. editionis suæ Francof. 1599. 4. cujus hæc sunt verba: *Guido Desiderius annis abhinc fere quinquaginta labore utili, magis latine loquentem Valescum emisit. Quoniam vero multis locis auctoris mentem assecutus non est, plurima etiam necessaria prætermisit, ne de ponderum gravissimis erroribus dicam, equidem ab amicis rogatus editionem Desiderii cum germanis Valesci exemplis diligenter contuli, nævos sustuli, notasque signis inclusas obiter adspersi*. En titulum editionis minus integræ Desiderianæ: *Epitome operis perquam utilis morbis curandis Valesci de Taranta, in septem congesta libros, adjecta Epitome Chirurgiæ ejusdem Valesci, studio Guidonis Desiderii, Delphinatis*. Lugd. 1560. 8.

CAPUT XIII.

De Scriptis quibusdam suppositis à Curtio Inghiramo, Alfonso Cicarello, Hieron. Romano de la Higuera, Antonio Lupiano de Zapata, Christophoro Butkenio &c.

I. QUemadmodum inter numos, sic inter scripta quoque, sacra, profana, antiqua & recentia occurrunt subinde adulterina quædam & commatis subdititii, quæ à veris ac genuinis discerni operæ pretium est. Cum vero numos falsos procudere sola fere doceat avaritia, è contrario ut libri pseudepigraphi magnis & Venerandæ Antiquitatis nominibus supponantur, alios eadem (a) habendi libido, alios ambitio, alios denique præposterum quoddam genus voluptatis aut malitiæ ducit & sollicitat. Nihil facilius fuerit quam singula hæc non illustribus duntaxat sed plurimis quoque omnis generis comprobare exemplis: At sufficiet nobis hoc loco paucorum quorundam latinorum monumentorum mentionem facere, quæ ex falsariis nuperorum scriptorum manibus in lucem emissa vel ab iis jacta-

ta,

(a) Vide Rech. Bentlei IV, C. diss. de Epistolis Phalaridis pag. 8.

ta, summam antiquitatem & antiquissimorum auctorum nomina præ se auctoritatemque ferunt.

II. Varias ejusmodi imposturas passim supra loco suo obiter perstrinximus, sed singillatim jam commemorandi quinque vel sex insignes præ cæteris fraudum architecti, Curthius Inghiramus, Alfonsus Cicarellus, Joannes Annius Viterbiensis, Romanus de la Higuera, Antonius Lupianus de Zapata Catalaunus & Christophorus ButKenius.

III. *CURTIUS INGHIRAMUS* editor & fortasse Auctor *Antiquitatum Hetruscarum* sive fragmentorum, quæ Scornelli prope Vulterram sive Volaterram reperisse se affirmavit & luculentissimo habitu vulgavit Florentiæ 1636. fol. recusa Francof. 1637. fol. In his vetusti Historici laudantur Lidous Felsinius, Lampridius Senensis, Antius Gredonius, Ennius Dandolius, Elbius Vulterranus, Mutius Moriconius, Lucius Volumnius, Amuccius Volusius, Alcus Filaccus, Policrates, Licinius Arretinus, Aulus Quintilius, Mecenas Cæcina, Elbius Maccius, Aruntius Petronius, Cranius Massus, Titus Aulicus, Allus Moriconius, Aulus Flaccus, Lucius Arcianius, Lucius Velius, Ancus Cæcina, Alcus Dorius, Inus Pavius, Herculanus Maurus, Prosper Archius & qui auctor hujus operis & Syllanis ac Ciceronis temporibus (*a*) floruisse fingitur *Prosper Fesulanus* Augur. Sed mera hæc nominum figmenta vel portenta sunt, nugæque canoræ inservituræ ad majorem antiquitatem auctoritatemque Volaterranæ genti apud credulum vulgus comparandam; neque tamen ad occultandam fraudem suam satis ingeniosus fuit Inghiramus, cum ad illam deprehendendam nulla non pagina libri, ne dicam versus sufficiat, ut ex vero scripsit Mericus Casaubonus libro de usu ac consuetudine, & præfat. ad Græco latinam suam Marci Antonini editionem. Vide etiam Joannis Ovveni Theologumena p. 157. Facile profecto fuit viris doctissimis Leoni Allatio & Henrico Ernstio imposturam hanc manifestam facere. Et Allatius quidem, cujus animadversiones eruditæ ad Antiquitatum Hetruscarum fragmenta prodiere Parisiis 1640. 4. & Romæ 1648. 4. copiose insuper ostendit falli eos, qui Guilelmum Postellum vel Thomam Phædrum (*b*) pro auctore habuerunt, cum sit ipse qui illa edidit & pro tam antiquis venditavit Inghiramus. Vide p. 168. seqq. Henrici Ernstii observationes ad eadem fragmenta nomine ejus suppresso prodierunt Amstelodami 1639. 12. Sane Ern-

(a) Scripsisse pleraque fingitur Prosper iste anno post Catilinam extinctum U.C.692.

(b) De ho Phædro consule Lexicon Historico Crit. clarissimi Bælii, edit. 2.

Ernstius (*a*) illas postea inter scripta sua recensere non dubitavit, & in libello ipso auctor plus simplici vice innuit se Danum, Ernstio etiam tribuit Labbeus in antiquariæ supellectilis mantissa, ut falli videatur Joannes Rhodius, qui in catalogo auctorum suppositorum p. 29. eundem tribuit Paganino Gaudentio. Rhodium tamen sequuntur viri clarissimi Morhofius, p. 79. Polyhistoris, & Jo. Mollerus in Hypomnematis ad Albertum Bartholinum de Danorum scriptis pag. 240. * De commentitiis illis *Antiquitatibus Hetruscis* confer etiam Rich. Simonis Bibliothecam Criticam Tom. 2. cap. 5. pag. 100. seq. Burch. Gothelf Struvii diss. de doctis impostoribus §. 43. & Dan. Papebrochium Tom. 7. Act. Sanctor. Maji pag. 285. qui similis farinæ commentis scatere notat *Historiam Svevorum* cum vita nescio cujus *Johannis Cala*, ut Beati editam Neapoli A. 1660. ideoque severissimo judicio reprobatam. Thomas Phædrus sive Thomas Fedra Inghiramus Bibliothecæ Vaticanæ custos, Annii Viterbiensis æqualis a quibusdam pro auctore Antiquitatum Hetruscarum habitus est, ab aliis Curtius Inghiramus, qui certe illarum a se editarum defensionem alacriter suscepit in libro paginarum 1080. qui inscribitur: *Discorso di Curzio Inghirami sopra le opposizioni fatte a l' Antichità Toscana*, a Firenze 1645. 4. In hoc volumine post duodecim dissertationes Inghirami sequitur Epistola jam ante A. 1641. separatim Florentiæ edita contra Allatii animadversiones, in qua legas Curtium Inghiramum cum fragmenta illa defossa reperiret, admodum juvenem fuisse, ut illa vix ac ne vix quidem legere atque intelligere, nedum supponere potuisset. Allatius ad illam Epistolam sub titulo *spenti Academici sepolti* respondit adscito nomine *Bennonis DurKunddurKi Slavi*.

IV. *ALFOSUS CICARELLUS* celebris Sæculo XVI. falsarius, totus quasi ex fraude & mendacio factus, qui per plures annos variis ementitis MStis, Antiquitatibus, Actis, libris, iisque ad omne argumentum confictis universæ propemodum Italiæ imposuit, donec jussu Gregorii XIII. deprehensus, in carcerem conjectus, supplicioque gravissimo affectus pœnas fallaciosarum præstigiarum dedit uberrimas & severissimas. Prolixe de hoc Cicarello idem Allatius libro laudato p. 74. seq. cujus verba repetit B. Spizelius in infelice literato p. 426. seqq. ut Guilelmum Saldenum de libris pag. 150. 169. seq. aliosque omittam. De

(*a*) Ridet etiam idem Ernstius Bernardini Baldi divinationem in tabulam æneam quæ Eugubii in Umbria reperta ferebatur lingua veteri Hetrusca. Augustæ Vindel. 1613. 4.

tam. De simili impostore *Raguenello* vide si placet Lud. Morerii Lexicon in *Raguenean*.

V. *JOHANNES ANNIUS* Viterbiensis medio Sæculo XV. clarus, Monachus Ordinis S. Dominici, plurimos fefellit fucatis quæ edidit scriptis & monumentis sub nominibus auctorum summæ antiquitatis, qualia sunt ut Græcos jam mittam Berosum, Manethonem, Xenophontem, Myrsilum Lesbium, Archilochum, Metasthenem (*a*) & Philonem, *M. Catonis duodeviginti fragmenta ex libris Originum*. *C. Sempronius de divisione & Chorographia Italiæ*. *Grimoaldi Volturnæ sive Hetruriæ præfecti, excerpta decreti Rege Desiderio ad eum scripti*. *Q. Fabius Pictor de aureo sæculo, de origine urbis Romæ, ejusque descriptione*. *Marci Aretii* Viri Patricii Syracusani de situ Siciliæ, & Dialogus in quo Hispania describitur. Utor editione Lugdunensi Anno 1555. 12. cum Annii commentariis, sive libris XVII. Antiquitatum, præter quam plures extant. Prima est Romana Anno 1498. fol. (*b*) apud Eucharium Silber, repetita eod. anno Venetiis apud Bernardinum Venetum fol. hinc Parif. 1512. 1515. fol. Antvverpiæ 1545. 1552. 8. Witebergæ 1612. 8. Sed in editione Veneta, Basileensi, Commeliniana, Onufriana & Dionysii Godofredi, Anniani commentarii desiderantur. *Italice quoque scriptores illi commentitii Anniani vulgati sunt a *Francisco Sansovino*, in gratiam Nobilium Florentinorum: *l' Antichità di Beroso Chaldeo e d' altri scrittori tradotte dichiarate e illustrate da Francisco Sansovino*, Venet. 1583. 4. Confer Rich. Simonis Bibliothecam Criticam Tom. 2. cap. 4. & de aliis editionibus Bibl. historicam clariss. Joannis Hubneri nostri Centur. I. p. 231. seq. Pro genuinis habuere præter eos, quorum Vossius pag. 609. de historicis latinis meminit, Bernardinus Baldus in divinatione ad tabulam Eugubinam, (*c*) Guilelmus Postellus libro de Hetruriæ Origine, qui ex Armenia allata & a

Georgio

(a) Metasthenem vocat Annius, cujus verum nomen Megasthenes. De Annio ipso qui χρυσολυρολέγων Apollo dicitur Scaligero libro VI. de emendat. temporum adi eundem Bælium in Lexico, sub nomine *Nannii*.

(b) Fallitur Clariss. Nourrius quando in Apparatu ad Bibl. Patrum pag. 256. edit. in fol. scribit Historiam Berosi prodiisse in vulgus A. 1543. Dehinc *Johannem Annium* A. 1612. Parisiis novam adornasse illius editionem. Similiter notandum est, quod ego perperam olim negavi, editioni Romanæ A. 1498. fol. jam additos esse Jo. Annii commentarios.

(c) *Tabula* subdititia *Eugubina* occurrit in thesauro Inscriptionum Gruteri pag. CXLIII. ubi annotatum est Bernardini Baldi divinationem, qua illi lumen affundere eamque interpretari voluit, à viris doctis haberi pro *vanis* ariolationibus. Ita enim legendum, non ut in Amstelod. Gruteri editione excusum, *variis*. Vide etiam de illa tabula, Epistolas Reinesii ad Rupertum pag. 438. 458.

Georgio quodam vice muneris Annio oblata narrat, Albertus Cranzius, Carolus Sigonius, Didymus Rapaligerus, Livianus in libro qui inscribitur: Gothi illustrati, o vero istoria dei Gothi antichi. Veronæ 1678. fol. & multi alii in his Dionysius Godofredus, quem eo nomine *ἐχρήσας* postulat Christoph. Adam. Rupertus in Epistolis G. Richteri p. 795. seq. Genuina quædam antiquorum auctorum fragmenta habuisse Annium, sed iis varia addita esse vel ab Annio ipso vel ab alio ante eum, Reinesii opinio est Epistola ad Clauserum præmissa iis quas ad Joh. Vorstium scripsit. Quæ vero a viro illo doctissimo afferuntur, nihil impediunt quo minus ex iisdem auctoribus ex quibus antiqua illa fragmenta esse Reinesius ostendere conatur, eadem Annius ingeniose confinxerit, & quo minus fraus patesceret, nomina paulisper detorserit. Ante Reinesium idem propemodum de Annianis mercibus visum fuit Davidi Chytræo & aliis quorum meminit B. Morhofius p. 50. lib. 1. Polyhist. Adde Barthium ad Gallum Confessorem p. 62. seq. & Andream Borrichium in appendice ad Christoph. Cellarii curas posteriores p. 106. Alii Annium saltem a fraude immunem fuisse contendunt, etsi de monumentis ipsis quæ publicavit an genuina sint valde dubitent, ut Tho. Mazza in Apologia (*a*) pro Annio Italice edita Veronæ 1673. 4. & Franciscus Macedo aliique de quibus Bælii Lexicon in *Nannius*, nota c. *Doli expertem malo existimare, cum religiosum institutum prædicatorum sit professus*, inquit Th. Raynaudus de bonis & malis libris p. 164. At idem deinde Dominicanis infestior & sub nomine Petri a Valle clausa latens in libro de immunitate Cyriacorum a censuris, non dubitat Annium imposturæ manifestariæ arguere.

Receptior certe inter eruditos sententia est, universa illa merum esse Annii sive alterius ingenii commentum, de qua re viri clarissimi Vossius in Historicis, Martinus Hankius de Romanar. rerum scriptoribus, Conradus Sam. Schurtzfleischius Epistola DLXXVI. & Vincentius Placcius ad Joh. Rhodii catalogum videri possunt. Inprimis celebrata est Casparis Varrerii de Beroso Anniano censura, (*b*) latine auctior edita Romæ, cum

(a) Ad illam Mazzæ Apologiam exstant castigationes *Francisci Sparaverii* JCti Romani, Castigationes adversus Francisci à S. Augustino Macedo vindicatæ & assertæ, tum in Mazzam invectiva Veronæ 1676. 4. Contra has enim castigationes etiamtum ineditas calamum strinxerat *Franciscus à S. Augustino Macedo* Ordinis Minorum Lusitanus, scripseratque responsionem ad notas nobilis Critici &c.

(b) Casparis Varrerii censura librorum Annianorum primum Lusitanice vidit lucem 1587. hoc titulo: *Censuras sobre quarto libros intitulados em Marco Portio Caton de*

cum prius Lusitanice ab auctore scripta esset. Deinde e Lusitanico latine etiam vertit Andreas Schottus, qua accurate ostensum est ea quæ pro Berosianis ab Annio venditata sunt neque Græce primitus sed latine scripta esse, neque ob nexum quæ singula inter se habent, pro fragmentis haberi posse. Idem Varrerius similem censuram in Catonis fragmenta pollicitus est, Virosque doctissimos secum facientes laudat M. Antonium Sabellicum, Raphaelem Volaterranum, Jacobum Fabrum Stapulensem & Beatum Rhenanum, qui de reliquis a Monacho illo Viterbiensi sub antiquissimorum auctorum nomine editis idem judicium tulerunt. Eorum numero facillimum esset Bilibaldum Pirkaimerum (a) Epistola ad Electorem Saxoniæ Fridericum Sapientem data Anno 1514. Melchiorem Canum lib. XI. locor. Theolog. cap. 6. Is. Casaubonum ad procemium Laertii (b) aliosque infinitos adjicere nisi in hoc pœne consentire viderentur omnes. Quod vero Annius potius ipse quam alius ante eum fraudis tantæ architectus a plerisque habeatur, mirum non est, cum aliunde etiam constet de ingenio ejus composito ad literarias ejusmodi imposturas excogitandas credulisque obtrudendas. Decantatissimum sane est quod ex Latini Latinii fide de Annio retulit Vir doctiss. Antonius Augustinus dialogo X. de numismatis, quo plures ejusmodi fraudes in numis & inscriptionibus antiquis per varios commissas detegit: *Mihi Latinus Latinius Viterbiensis vir doctus bonæque fidei de Johanne Annio Viterbiense Monacho narrare jucunde solebat, lapidi insculpendas* (c) *curasse litteras*,

ron de originibus, em Beroso Chaldeo, em Manethon Egyptio, & em Q. Fabio Pictor Romano. Deinde auctior latine prodiit Romæ A. 1565. 4. atque inde recusa Commelinianis typis in 8. variisque locis alibi, etiam in Bibliotheca Hispanica Andreæ Schotti, & Tom. 2. Bibl. magnæ Patrum edit. Lugd. 1677. pag. 529. & edit. Coloniens. 1622. Tomo 15. ubi etiam libelli ipsi ab Annio suppositi, quos Lugdunenses omisere. Eadem Anniana commenta adipernari se testatus fuit Varrerius in libro Conimbricæ A. 1561. 4. vulgato, cui titulus: *Chorographia de alguns lugares que stam em hum camino que fez Gaspar Barreiros ò anno de MDXXXVI. comenzado na cidade de Badajoz em Castell atè de Milam em Italia.*

(a) Vide Tentzelii Bibliothec. Curios. T. 1. p. 499.

(b) Viris eruditis qui scriptores illos omnino tanquam Anniani ingenii commenta explodunt adde Jo. Ludovicum Vivem libro V. de tradendis disciplinis, Onufrium Panvinium in antiquitatibus Veronensibus, Jo. Vergaram Canonicum Toletanum doctissimum, cui suffragari se ait Melchior Canus lib. XI. loc. Theol. cap. 6. Jo. Marianam lib. 1. Annal. Hispan. c. 7. Goropium Becanum in Originibus pag. 552. seq. Octavium Ferrarium libro de Origine Romanorum, recusa Tom. 1. thesauri Græviani: Joannem Baptistam Agucchi in Epistola excusa Bononiæ A. 1633. Rich. Simonem Tomo 2. Bibl. Criticæ cap. 4. Gail. Dan. Mollerum diss. de Jo. Annio, Altdorf. 1692. de Q. Fabio Pictore 1686. & Nic. Antonium in Bibl. Hispana, Bælii Lexicon in *Nannius*, &c.

(c) Jac. Sponius lib. 1. Itinerarii p. 13. edit. Germanicæ. Alii tamen universum hoc confictum esse arbitrantur, ut Bælio annotatum.

litteras, quem vineæ infodi jusserat non procul a Viterbio. Cumque fodienda esset vinea, ad lapidem usque ut fodiendo pervenirent jussit, narrans in libris se reperisse, templum ibi orbis terrarum antiquissimum latere. Terra jam effossa, primus qui lapidem invenit vinitor accurrit, paulatim detegi sarcophagum imperat. Hic stupens lapidis antiquitatem & literas a se confictas admiratus, ad Urbis senatores lætus confugit, & civitatis bonori fore persuadet, in amplissimo publice spectari loco. Viterbii enim urbis originem contineri, quæ bis mille annis Romana esset urbe a Romulo condita longo antiquior, utpote ab Iside & Osiride conditæ. Fabulas bic suas, quibus abundabat, venditavit, factumque ut ille jusserat. Geminus fucus *Parisii de Grassis*, Epitaphium mulæ comminiscentis, de quo meminit Jo. Mabillonius T. 1. Itineris Italici pag. 176. Addam hæc præclari viri Jacobi Sponii ex ejus itinere in Italiam & Orientem, quod Gallice Amst. 1679. 12. prodiit, Tom. 1. pag. 45. ubi postquam effigiem Annii in curia Viterbensi a se spectatam narrasset, subjungit: *Les Scavans ne doutent pas qu' il ne soit l' Autheur des Livres mis au jour sous les noms supofez d' Antiquitez Babyloniques de Berose & de Chroniques de Manethon. Il faisoit de plus graver des Inscriptions sur des marbres en Grec & en Latin avec des caracteres tresdifficiles, & les faisoit enterrer. Et comme elles venoient a ètre dècouvertes quelques annèes aprés, & les Scavans se tourmentant l' esprit pour les expliquer, il l' emportoit sur eux, & se faisoit estimer par cette addresse plus que tous les autres. J' en vids de cette espece qu' on a enchasses dans le mur de la Maison de Ville à l' entrèe d' une des chambres. L' une est une revocation de Didier Roy de Lombardie, des Decrets d' Astolphe, que Gruterus a prise pour antique. L' autre est Greque, & parle d' un certain Temple de Cybele auprès de Viterbe. La Ville n' a pas manquè pour l' bonneur du pays d' y mettre un Eloge & une explication, avec le titre de pierre tres-antique; cependant a mon avis, l' une & l' autre sont des productions de l' esprit de ce bon Religieux. Ce qui rend meme la fourbe trop grossiere, c' est que les deux pierres qui devroient etre de deux siecles bien eloignès l' un de l' autre, sont d' une meme sorte, d' une meme conservation, & d' un caractere semblable, fort menu & d' une maniere qui ne se trouve pas ailleurs.* Huic judicio malim subscribere quam Annii novissimo hyperaspistæ, cujus operis Italice editi titulum integrum adponam. *I Goti illustrati, o vero istoria de de Goti antichi, con varie digressioni in materie parimente antiche e singolari,* di Didimo Ropagliero Liviano, *insertovi l' apologia per Frate* Giovanni Annio Viterbese, *nella quale si libera dalle imposture*

imposture di molti, d' havere supposti gli autori da lui publicati., & d' havere à gloria maggiore della sua Patria disotterrate finte lapide con false inscrizzioni. In Verona 1687. fol. Nec dissimile est quod de *Henrico* (a) *Cajado* narrat Varrerius atqûe ex ejus censura de Beroso hoc loco non gravabor subjicere: *Florebat Ulyssipone, illa tempestate, qua inclytus Portugalliæ Rex Emanuel Indiam subegit; in poetica laude Henricus Cajadus, homo Lusitanus Angeli Politiani quondam auditor & discipulus, cujus est Epigrammatum libellus. Is latinis carminibus commentus fuerat Sybillinam vaticinationem in columnis marmoreis incisam, quæ per ambages significabat, Indos sub imperium & ditionem Lusitanorum esse venturos, eoque lapides data opera detruncatos, ut aliqua inessent antiquitatis vestigia, obrui præcepit in extremitate promontorii Artabri prope Syntram opidum. Ubi vere defossa marmora aliquod vitium fecisse ex humore terreno judicavit, ad certam diem simulata delectationis causa, invitat amicos in villam suam, quæ proxima erat loco ubi obrutum latebat vaticinium. Cum igitur accubuissent omnes, ecce villicus nunciat Hermico mercenarias ejus operas dum in fundo fossionibus incumberent, incidisse in lapides, in quibus inscripta essent litteræ indices magni cujusdam thesauri eodem loco defossi, sic enim rustici opinabantur. Nec mora, omnes simul, alacritate ingenti, relictis epulis accurrunt, defossas intuentur columnas, confestimque extrabi jubent. In quibus incisa hujusmodi erant carmina* (b) *Sibyllina:*

Sibyllæ Vaticinium, occidiis decretum.
Volventur saxa literis & ordine rectis.
Cum videas Occidens Orientis opes.
Ganges Indus Tagus erit mirabile visu,
Merces commutabit suas uterque sibi.
SOLI ÆTERNO AC LUNÆ Decretum.

Tum vero omnes pro se quisque legere, admirari, versus illos fatidicos venerari, manu tangere, exosculari. Quid multa? continuo Ulyssiponem ad Regem jam antea Sibyllini commenti conscium perferuntur, qui mirabundo similis optimatibus ostendere, illi describendum curare, in scriniisque veluti sacrum quoddam reponere. Cum vero res percrebuisset, atque in ore & sermone omnium esset, ad pe-

(a) Pro *Henrico Cajad*, apud Jo. Eusebium Nierembergium libro III. capite 3. de origine S. Scripturæ dicitur *Hermus Charadus* Lusitanus.

(b) Ejusdem fidei videtur Sibyllæ Tiburtinæ testimonium quod in Helvetia in Tauri montis visceribus aquarum & nivium rapida vi detectis A. 1520. repertum esse dicitur, & profertur à Tychone Brahæo in judicio Astrologico de stella nona A. 1572. visa, atque inde à D. Jo. Wilhelmo Petersenio in nube testium de regno Christi lib. 3. p. 50.

ad peregrinos mercatores qui Ulyſſpone negotiabantur delata eſt. Ii continuo Vaticinium in Galliam & Germaniam ad viros principes mittunt. Illi vero ſtatim ac diligenter cum hac præfatione quadam cujuſdam Valentini Moravi typis excudendum tradunt : Valentinus Moravus D. Hieronymo Monetario Nuribergenſi. Anno „à nativitate Domini M. D. V. nona vero die Auguſti, re„gnante Emanuele Rege excellentiſſimo Portugalliæ, regni „autem ejus ſui anno XIII. in ultimis ſuæ ulterioris Hiſpaniæ „finibus, verſus ſolis occaſum, in calce Lunæ promontorii, „quod Rocham de Syntra vulgus appellat, ſecus maris Ocea„nì littus tres ſub terra ex inſperato compertæ fuerunt ex ſa„xo columnæ quadrata forma, priſcis temporibus, characteri„bus Romanis una tantum quadra inciſis, quarum baſis re„cta, ordine immutato, paululum in caput erigebatur. Caput „vero proprium ex induſtria (ut apparebat) defixum ſuſpexi„mus, evulſiſque ferro & arte defoſſis lapidibus, quibus præ„fatæ mirandæ columnæ ſubtus alligabantur, tandem in ea„rum una jam directe converſa, has figuras liquido annotavi„mus. Nam aliarum literas in lucidum explicare, non ſatis „nobis fuit integrum, quia temporum vetuſtate ac maris im„bribus & afflatu erant pœne conſumtæ. *Hæc ille. Ita Sibyllina fabula vires acquirit eundo, ac tandem per totum terrarum orbem divulgata fides ei ubique & auctoritas adiungitur, bodieque typis excuſa circumfertur in fronte Codicis, cui titulus eſt: Inſcriptiones Antiquæ.*

VI. De *Hieronymo Romano de la Higuera*, qui ad Hiſpanorum ſuorum antiquitatem efferendam Chronica ſub Dextri, Maximi, Luitprandi, Helecæ & Juliani Toletani nominibus confixit, videndus Joſephus Saenz de Aguirre Tom. 2. Concil. Hiſpan. p. 54. ſeq. & Nic. Antonius Biblioth. veteri Hiſpana & Bollandus præfat. ad tom. 1. Act. SS. Febr. p. 17. ſeq. Iidem conſulendi de ſimilis architecto fraudis *Antonio Lupiano de Zapata*, qui Chronicon ſub nomine Hauberti Hiſpalenſis commentatus eſt, perinde ut eodem Nic. Antonio notante *Jo. Tamajus* carmen de adventu Jacobi Apoſtoli in Hiſpaniam ſub Auli Itali nomine, ſæculo duodecimo clari, effinxit. *Chriſtophorum* quoque *ButKenium* inſignem impoſtorem diplomata comminiſcentem notat Petrus Scriverius in Epiſtolis ab Antonio Matthæo T. 1. Analect. editis. Omitto alios de quibus Clariſſ. Bruchard Gothelf Struvius in diſſ. de doctis impoſtoribus.

CAPUT XIV.

Notitia celebrium ante nostram ætatem typographorum, ex Cl. Almelooveenio de Stephanorum vitis, & Bailleti libro qui inscribitur: *Jugemens des principaux Imprimeurs*, A. Chevillierii libro de origine typographiæ Parisiensis, & Burchardi Gothelf Struvii introdu-ctione ad Hist. litterar. capite XI: collecta, Alphabeticoque ordine digesta.

Jo. Amerbachius, Basileæ circa A. 1500.
Thomas Anselmus Badensis. Hagenoæ.
Arnoldus Pannarz Germanus, qui cum Conrado Svveinsheim & Ulrico Han primus typographiam in urbem Romam attulit.
Jodocus Badius Ascensius, Parisiis, (obiit 1535.) Tres Badi filiæ nupserunt tribus typographis celebribus, Mich. Vascosano, Rob. Stephano & Joanni de Roigny.
Andreas Asulanus Aldi socer, Venetiis.
Conradus Badius, Genevæ.
* Libri impressi *Augustæ Vindel. ad insigne pinus.*
Dominicus Basanus Venetus, Romæ sub Sixto V.
Joannes Bebelius, Basileæ.
Balthasar Bellerus, Duaci.
Jo. Bellerus, Antvverpiæ, (obiit 1595.)
Jo. Bemler Augustæ Vindel. circa A. 1466.
Ioannes Benenatus, Parisiis viduam à Guil. Morello A. 1564. relictam duxit, & A. 1588. obiit.
Lud. Billænius, Parisiis, (obiit 1681.)
* *Guilelmus Blaevv*, Amstelodami, (obiit 1628.)
* *Daniel Bombergius* Antvverpiensis, Venetiis ab A. 1511. in excudendis libris Hebraicis singularem operam præstitit. De typographiis Judæorum consules Bartoloccium T. 1. Bibl. Hebraicæ p. 432. seq. & A. Chevillierum de origine typographiæ Paris. p. 264. seq. & Wolfium longe diligentiorem tom. 2. Bibl. Hebr. p. 941. seq. 956.
Nicolaus Brylingius, Basileæ.
Garvvinus Calenus, Coloniæ.
Io. Camusatus, Paris typographus Academiæ Gall.
Wolphius Cephaleus. Argentorati.

Maternus Cholinus, Coloniæ.
Iac. Chouet, Genevæ.
* *Simon Colineus*, Rob. Stephani ſenioris Vitricus. Pariſiis ab an. 1520. ad 1546.
* *Hieronymus Commelinus* Gallus, Heidelbergæ, (obiit 1597.) Ejusdem ſunt libri editi ex officina *Sanct-Andreana*.
Chriſtoph. Corvinus, Herbornæ.
Laurentius Ioannes Coſterus inter primos typographos, Harlemi. Vide de eo Bullartii Academiam ſcientiar. T. 2. p. 252. ſeq.
* *Sebaſtian. Cramoiſy*, Pariſiis, typographus Regius.
Gabriel Cramoiſy Sebaſt. Mabre Cramoiſy &c. ibid.
Andreas Cratander, *Baſileæ*.
Jo. Criſpinus, Genevæ.
Conradus DencKmuth, Ulmæ circa A. 1475.
Ludovicus Ditius Spirenſis primus Roſtochii typographiam exercuit; poſt eum in Nic. Mareſchalci Thurii ædibus *Guntherus Winter*.
Stephanus Doletus, Lugduni, (combuſtus Pariſ. 1545.)
Bonaventura Elzevirius.)
Abraham Elzevirius,) Amſtelodami & Lugd. Bat.
Lud. Elzevirius:)
* *Daniel Elzevirius*, obiit A. 1680.
Endteri, Noribergæ.
Nicolaus Epiſcopius, Jo. Frobenii gener, Baſileæ, (obiit 1564. filium cognominem morte in flore ætatis occupante.)
Conradus Finer, Eslingæ circa A 1475.
Frelonius, Lugduni.
Andreas Friſius, Amſtelodami, (obiit 1681.)
* *Io. Frobenius*, Baſileæ, (obiit 1527.)
Hieron. Frobenius, Joannis F. ibidem, (obiit Anno 1563.)
Ambroſius & *Aurelius Frobenius*, Joannis filii.
Chriſtophorus Froſchoverus, Tiguri.
Io. Fauſt civis Moguntinus inter primos artis typographiæ inventores cum genero *Petro Scheffero* de Gerensheim & *Io Guttenbergero* Argentinenſi, miniſtro ſuo, de quibus Melchior Adamus in Fauſti vita.
Hubertus Golzius, Brugis. (obiit 1583.)
Sebaſtianus Gryphius Germanus, Lugduni, (obiit 1556.) Catalogos librorum a Seb. Gryphio, Aldo Manutio, Chrſtiano Wechelo, Joanne Hervagio & Joanne Gymnico excuſorum Geſnerus Pandectis ſuis inſeruit p. 107. b. 117. 165. 181. & 237. In ejus laudem hoc Jani Vulteji (*a*) Epigrama.

Inter

(a) Menag. anti Baillet Tom. 1. p. 57.

Inter tot, norunt libros qui cudere, tres sunt
Insignes: languent cætera turba fame.
Castigat Stephanus, sculpit Colineus: utrumque
Gryphius edocta mente manuque facit.

Antonius Gryphius, ibid.

Joannes Gryphius, Venetiis circa A. 1557.

Bernbardus Gualterus, Coloniæ.

Io. Guttenberg primus vel inter primos typographiæ auctores Moguntiæ, de eo vide Is. Bullartii Academiam scienciar. T. 2. pag. 242. seq.

Io Gymnicus, Coloniæ.

Daniel HacKius, Lugd. Bat.

Franciscus HacKius, Lugd. Bat.

Hamso Hamman cognomento *Herzog*, qui cum *Octaviano Scoto* typographiam primus ad Venetos attulit.

Petrus Henningus, Coloniæ.

Io. Hervagius, Basileæ.

Antonius Hierat. Coloniæ.

Gotfridus Hittorpius, Coloniæ.

*Ab *Iacobo Huguetano* qui vitas Patrum excudit A. 1515. floruere Huguetani apud Lugdunenses, & sub sæculi superioris decimi septimi exitum Amstelodami.

Nic. Ienson sive *Iansonius* Gallus, Venetiis circa An. 1477.

Jo. Jansonius, Amstelodami.

Iodocus Iansonius, ibid.

Mich. Isingrinius, Basileæ obiit 1557.

* *Philippus Iunta*. Florentiæ.

* *Bernhardus Iunta*, Venetiis.

Martinus Iuvenis, Parisiis.

Nicolaus Kesler Basil. circa A. 1490.

Iob. Kincbius. Coloniæ.

Antonius Koburger, Norimbergæ circa A. 1490.

* *Lascarim* typographum Florentiæ, laudat Codrus Urcerus cum *Aldo* qui ab A. 1494. Venetiis, & *Io. Antonio Platonide* qui Bononiæ circa idem tempus hanc artem exercuit.

Io. Maire. Lugduni Bat.

* *Aldus Pius Manutius* Romanus. Venetiis. (obiit A. 1516.) Ejus Symbolum Delphinus anchoram amplectens explicatur ab Erasmo in adagio *festina lente*.

Paulus Manutius Aldi F. Venetiis (obiit 1574.) Romam vocatus à Pio IV. De hoc Paulo confer Bullartii Academiam scientiar. T. 2. p. 260. seq. & de Aldo Chevillierium

p. 243. seq. de origine typographiæ Parif.

Aldus Manutius Pauli F. Venetiis & denique Romæ. (obiit 1597.) Sub Sixto IV. Romam fe contulit, typographiæ Vaticanæ fub Clemente VIII. Rector.

Theodoricus Martini Alofti in Flandria ab An. 1474. & Antvverpiæ ab A. 1509. & Lovanii ab A. 1516.

Henricus Memius, Parifiis.

Simon de Milanges. Burdegalæ.

Guil. Morellus. Parifiis. (obiit 1564.) typographus Regius & Gr. L. Profeffor.

Ioh. & Claudius Morellus. Guilelmi fratres; ibidem.

* *Federicus Morellus* Vafcofani gener, pater Friderici Profefforis Regii. ibidem Typographus Regius. * *Federicus Morellus* avus natus A. 1523. Vafcofani gener A. 1548. & typographus Regius ab A. 1571. ad 1581. defunctus A. 1583. At *Federicus Morellus* filius Profeffor & typographus Regius ab A. 1581. ad 1630. Hujus frater Claudius A. 1620 defunctus tres filios habuit, *Fredericum*, *Carolum*, *Ægidium*.

Ægidius Morellus ibid.

* *Ioh. Moretus*, Plantini gener. Antvverpię & Lugd. Bat. (obiit 1610.)

Baltafar Moretus Ioannis F. ibidem. (obiit 1641.) De eo Bullartius T. 2. Academiæ fcientiar. p. 263.

Arnoldus Mylius Luxenburgenfis, Antvverpiæ primum, poft Coloniæ verfatus, obiit A. 1600. Vide Val. Andreæ Bibl. Belgicam p. 163.

Hermanus Mylius, Coloniæ.

Sebaftianus Nivellus. Parifiis.

Nutius. Antvverpiæ.

* *Joanes Oporinus*. Bafileæ. (obiit 1568.) Profeffor Gr. L. De ejus vita extat oratio Jo. Henrici Heinzelii Auguftani, five potius Andreæ Jocifci, Silefii, una cum Catalogo librorum ab Oporino excuforum. Argentorat. ap. Theodofium Richelium 1569. 8. Recufa eft in vitis felectis è Bibliotheca V. C. Chriftiani Gryphii editis Uratislaviæ 1711. 8. p. 601. feq. * De *Joanne Oporino* adeunda etiam Martini Crufii Germano-Græcia pag. 114. Oratio Jo. Henrici Heinzelii de ejus vita nuper recufa eft in vitis felectis ex Chriftiani Gryphii Bibliotheca editis Uratislav. 1711. 8. In illa quędam vix alibi obvia leguntur de celebri Theophrafto Paracelfo, cui per aliquod tempus Oporinus miniftravit.

Zcah. Pafræd five Pafrœd, Colonienfis, Daventrię circa A.C. 1477.

Richarias Palthenius, Francofurti.

** Mamer-*

* *Mamertus Patissonius*, Rob. Stephani filii socius, cujus postea typographiam accepit. Parisiis obiit 1601.

Philippus Patissonius, Mamerti filius.

Petrus Perna, Basileæ.

Henricus Petri, Joannis A. 1511. denati filius, Basileæ, obiit 1579. relicto filio Sebastiano.

Adamus Petri, ibid.

* *Christophorus Plantinus*, Turonensis. Antvverpiæ & Lugduni Batavorum. (obiit 1589.) De eo Bullartus T. 2. Academiæ scientiar. pag. 257. seq. * In *Christophori Plantini* typographia Thuanus in vita sua testatur vidisse se non obstantibus belli tumultibus assidue fatigari prela septemdecim. Ei A. 1588. defuncto hoc positum est a Jano Dousa filio Epitaphium.

Doctorum si jacturam, Plantine, virorum
Respicimus, fateor, vixeris ipse parum.
Si meritum, studiumve, exantlatosque labores
Pro Musis toties, vixeris ipse satis.
Sive tot ærumnæ, aut cæcæ ludibria Divæ
Occurrunt, nimium vixeris ipse dies.
At si spectamus famæ monumenta perennis,
Hæc vitam spondent jam tibi perpetuam.

Ornatissimum typographorum appellat Abraham Ortelius qui ipsi & Arnoldo Mylio Synonyma sua Geographica A. 1578. 4. & A. 1587. soli thesaurum Geographicum (licet post Plantini fata demum a genero Joanne Moreto A. 1596. fol. editum) dedicavit. Thesauro in laudem Plantini hoc tetrastichon præmittitur.

Qui Plantine bonas hoc tempore jusserat artes
Crescere, te jussit prælo parare Deus.
Omnia χρηστά, inquit, doctorum scripta manebunt,
Hæc pius excudat dummodo Christophorus.

Tho. Platterus, Basileæ.

Petrus Quentel. Coloniæ circa A. 1490.

* *Franciscus Raphelengius*, Plantini gener, Lugduni Bat. (obiit 1597.)

Lud. Regius, Basileæ.

Rutgerus Rescius. Lovanii. (obiit 1545.)

Alexis RodeKius. Cracoviæ & Racoviæ.

Guil. Rovillius. Lugduni.

Sixtus Rusiger Argentoratensis, qui primus libros impressit Neapoli.

* Libri impressis in *Theatro Sheldoniano* Oxonii.

Jacobus Sanlucius , Parisiis . Vide Vignolii Marvillii miscell. Historico litterar. parte 1. p. 81. seq.

Clemens Schleichius floruit Francofurti. *Richelius* & *Matthæus Schurerius* Argentorati. *Job. Secerius* , Hagenoæ.

Lazarus de Soardis , Venetiis circa A. 1500.

Henricus Stephanus. Parisiis. (obiit 1519.)

* *Robertus Stephanus* Henrici F. Badii Ascensii gener. ibid. typographus Regius, correctore speciminum typographicorum usus Ranconneto viro doctissimo , ὁ Στέφανος πάντων χαλκογράφων στέφανος. Beza in Epitaph. * Obiit A. C. 1556. ætatis 56. In eum filiumque *Henricum* ita Paulus Melissus.

Suaserat Herculeos Stephanum pensare labores
Phœbus, Apollineo non renuente choro.
Lis oritur Grajas inter, Musasque Latinas,
Natus utrum palma dignior, anne parens.
His Pallas: tantum debetis utrique Camœnæ,
Quam multum nato Græcia, Roma patri.

Carolus & Franciscus Stephani , Roberti fatres, ex quibus Carolus typographus Regius ibidem.

* *Henricus Stephanus* Roberti F. Parisiis & Genevæ. (obiit 1590) Hic typographorum doctissimus, non æque felicissimus, Wecheliis Francofurtum vendidit partem suorum characterum .

Robertus Stephanus Henrici frater a patre Roberto hereditate exclusus quod Pontificiæ religioni nuncium mittere nollet Parisiis. (obiit 1588.) typographus Regius.

Paulus Stephanus Henrici F. Genevæ.

Franciscus Stephanus Roberti F. Parisiis. (ab A. 1589. ad 1628.)

Antonius Stephanus Pauli F. ibidem typographus Regius . De hisce Stephanis post Clariss. Almeloveenii librum Amst. 1683. 8. editum diligentissime egit Michael Maittaire in Stephanorum Historia, vitas ipsorum librosque ab illis editos & excusos complectente. Lond. 1709. 4.

Sternii , Luneburgii.

Jacobus Stoer. Genevæ.

Gothofredus Thory. Parisiis sub Ludovico XII.

Jo. Ludovicus Tiletanus. ibidem.

Laur. Torrentinus , Florentiæ circa A. 1548.

Joh. Tornesius. Lugduni.

Antonius & Samuel Tornæsii. ibid. & Genevæ.

* *Adrianus Turnebus* . Parisiis . (obiit 1565.) Typographus Regius & Græcę L. Professor. * *Adrianus Turnebus* (Tournebeuf) typographus Regius ab A. 1552. ad 1555.

* *Michael*

* *Michael Vascosanus* Jodoci Badii gener, Rob. Stephani & Jo. Roignii affinis floruit Parisiis ab A. 1532. ad 1576.
Eustachius Vignon. Genevæ.
Vindelinus ante Aldum Venetiis circa A. 1471. ac deinceps.
Antonius Vitreus Parisiis. typographus Regius.
Adrian Vlacq. Hagæ Comitis.
* *Ernestus Vægelinus*. Lipsiæ. * De *Ernesto Vægelino*, qui Lipsiæ in patria libros & emendate & eleganter excudit, vide Joachimi Camerarii Epistolas libro secundo Epist. 6 pag. 116. seq.
Christianus Wechelius, Gallus. Parisiis adhuc A. 1548.
* *Andreas Wechelius*. Christiani filius Parisiis, & denique post A. 1573 Francofurti, quo concesserat propter nuptias Parisinas.
Wecheliani hæredes, *Jo. Wechelus* Andreæ filius, generique *Claudius Marnius* & *Jo. Aubrius*. Francofurti & Hanoviæ.
Jo. de Westphalia Alosti in Flandria A. 1474.
Wiederbold. Genevæ.
Antonius Winter, Basileæ.
Jo. Zainer, Ulmæ circa A. 1475.

* *Symbola iconica* Typographorum præter Bailetum Tom. 2. judiciorum Gallicæ editorum, nuper nonnulla notavit M. Georgius Andreas Vinholdus. Vide librum editum Germanice qui inscribitur *Neus eroffnetes* Museum pag. 525. seq. A clarissimo viro *Michaele Maittaire* tria jam habemus scripta pulcherrima, & plura ab eo etiam exspectamus, quibus notitia non modo typographorum, sed etiam litteraria historia temporum a renata typographia usque insigniter illustratur. Tria illa scripta edita sunt: 1) *Stephanorum* historia, vitas ipsorum ac libros post Clarissimi Almeloveenii (*a*) industriam longe plenius complectens Lond. 1709. 4. quo in libro etiam de *Mamerto Patissonio* pag. 520. seq. de Stephanis autem undecim traditur, Henricis tribus, Robertis totidem, Franciscis duobus, tum Carolo, Paulo & Antonio, Paulique sororibus Florentia & Dionysia pag. 538. 2) Historia typographorum aliquot Parisiensium, vitas eorum & libros similiter persequens Lond. 1718. 8. *Simonis* puta *Colinæi*, *Michaelis Vascosani*, *Guilelmi Morelli*, *Adriani Turnebi*, *Federici Morelli*, *Ioannis Benenati*, *Federici* secundi, *Claudii* utriusque & *Ægidii Morellorum*. 3) Annales typographici ab artis inventæ origine ad annum usque 1500. Hagæ Com. 1719. 4. quo in libro multis modis vincit industriam eorum qui in annotandis antiquioribus illis librorum editionibus studium & operam ante eum posuerunt, ut D. Jo. Saubertus,

(a) Almeloveenii liber de Stephanorum vitis prodierat Amst. 1683. 8.

(*a*) B. Antonius Reiserus noster (*b*), Philippus Labbeus (*c*), Suffridus ab Oosterwyck (*d*), Jo. de la Caille (*e*), Andreas Chevillierus (*f*) & præcipue Cornelius à Beughem (*g*). Libenter intellexi etiam clarissimum Virum *Io Gottlieb Krause* aliquot jam annos in annalibus typographicis colligendis concinnandisque versatum, ut ipse testatur in Novis literariis Lipsiensibus A. 1719. pag. 128. ita enim comparatum est hoc studium, ut ad ejus perfectionem, plurium opera & industria requiratur. Huic operi nuper prælusit apparatu ad vitam *Pauli Manutii*, cujus partem priorem in lucem dedit Lipsiæ 1719. 4.

Non prætereundum quod in pandectis meritissimi de re litteraria Viri *Conradi Gesneri* vulgatis Tiguri A. 1548. fol. obvii sunt Catalogi (utinam pleniores) librorum impressorum à celebribus quibusdam typographis, ut *Bombergio* pag. 41. b. ab *Aldo Manutio* pag. 107. b. à *Seb. Gryphio* pag. 117. à *Christiano Wechelo* pag. 165. à *Io. Hervagio* pag. 181. *à Ioanne Gymnico* p. 237. & *à Ioanne Frobenio* pag. 375. Similem catalogum librorum ab *Ioanne Oporino* excusorum, qui exstat ad calcem Orationis de ejus vita, scriptæ à Jo. Henrico Heinzelio & Argentorat. 1566. 8. editæ, nuper recuderunt ad calcem illius Orationis, insertæ Vitis selectis illustrium virorum ex Bibliotheca Gryphiana junctim editis Uratislaviæ 1711. 8. pag. 637. seq. Similes Catalogi separatim vulgati ad manus mihi sunt librorum excusorum à *Io. Commelino* (vulgatus A. 1599.) à *Sebastiano Cramoisy* &c. Catalogus librorum impressorum in officina *Congregationis de propaganda Fide* Romæ A. 1667. editus, exstat in D. Matthiæ Zimmermani Montibus pietatis pag. 527. seq.

Adscribam Catalogum antiquissimum ejusmodi qui exstat librorum excusorum à duobus Germanis, qui Romæ primi typographicam artem cum laude exercuere, *Conrado Swveinheim* & *Arnoldo Pannartz*, ex quo & numerum exemplarium, consuetorum primis illis temporibus tunc excudi, & querelam indi-

(a) In historia Bibliothecæ Norimbergensis, edita An. 1643. 12.

[b] In Catalogo MSS. Bibl. Augustanæ A. 1675. 4.

(c) In Bibliotheca nova MStorum Paris. 1653. 4.

(d) De hoc vide Gisb. Voetium Tom. 2. politic. Ecclesiast. pag. 1130.

(e) Jean de la Caille, libraire, *Histoire de l' imprimerie & de la librairie*. Paris 1689. 4.

(f) Andre Chevillier, Docteur & Bibliothequaire de la Maison & Societè de Sorbonne, *Origine de l' imprimerie de Paris*. Paris. 1694. 4.

(g) In incunabulis typographiæ sive catalogo alphabetico librorum ante A 1500. excusorum. Amst. 1688. 12.

indignam de egestate cum qua primis illis utilissimæ artis cultoribus in urbe nobilissima conflictandum fuit, & editiones antiquissimas præstantissimorum scriptorum intelligere poteris: En igitur catalogum illum petitum ex Epistola, quam Joannes Andreas, Aleriensis Episcopus præmisit quinto tomo Bibliorum cum glossis Nicolai de Lyra, in editione Romana 1472. fol. & à Clariss. Maittairio excerptum pag. 48. Annalium typographicorum.

JO. ANDREAS Ad XYSTUM IV.

---- Ut digneris misericorditer occurrere, servuli tuæ Sanctitatis *Conradus Svveincheim* & *Arnoldus Pannartz*, Impressores nostri ac utilissimæ hujus fictoriæ Artis primi in *Italia* opifices implorant. ---- Vox impressorum sub tanto chartarum fasce laborantium &, nisi tua liberalitas opituletur, deficientium ista est. ---- Nos de *Germanis* primi tanti commodi Artem in *Romanam* Curiam tuam multo sudore & impensa, decessoris tui tempestate deveximus. Nos Opifices Librarios cæteros, ut idem auderent, nostro exemplo incitavimus. ---- Indicem si perlegeris impressorum à nobis Operum, miraberis ---- vel chartas huic Librorum copiæ potuisse vel linamenta sufficere ---- Impressi sunt nostro studio Libri, qui in subjectis suo ordine tibi recensebuntur.

(*a*) Donati pro puerulis, ut inde principium dicendi sumamus, unde imprimendi initium sumpsimus, numero trecenti.	CCC.
(*b*) Lactantii Institutionum volumina Octingencta viginti quinque.	DCCC. XXV.
(*c*) Epistolarum familiarium Ciceronis volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(*d*) Epistolarum ad Atticum volumina ducenta Septuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*e*) Speculi humanæ vitæ volumina trecenta.	CCC.

Divi Augu-

(a) De DONATI anno nil certi habeo; sed ex ipsius Epistolæ verbis videtur ejus editio reliquis omnibus præivisse. Artis scilicet suæ specimen & rudimentum voluerunt esse Grammaticam: cujus *fundamenta*, teste QVINTILIANO (*Institut.* Lib. 1. cap. 5.) rerum illarum judice experientissimo ideoque optimo, *nisi fideliter jeceris, quicquid superstruxeris, corruet*. Satis perspicuum est hic designari DONATI Grammaticam, quoniam DONATOS illos *pro puerulis* impressos affirmant. Vix equidem puto hic intelligi DONATI Commentarios in TERENTIUM, qui anno 1472. prodierunt. Ne id sentiam, obstant verba hæc, *unde imprimendi initium sumpsimus*.

(b) An. 1468. (c) 1469. (d) 1470. (e) 1468.

(*a*) Divi Auguſtini de civitate Dei volumina Octingenta viginti quinque.	DCCC. XXV.
(*b*) Divi Hieronymi Epiſtolarum & Libellorum volumina mille & centum.	M. C.
(*c*) M. Tull. Ciceronis de Oratore cum cæteris, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(*d*) M. Tull. Ciceronis operum omnium in philoſophia, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(*e*) L. Apuleji Platonici cum Alcinoo, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*f*) A. Gelii noctium Atticarum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*g*) C. Cæſaris Commentariorum Gallici & civilium bellorum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*h*) Defenſionis Divi Platonis, volumina trecenta.	CCC.
(*i*) P. Virgil. Maronis operum omnium, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(k) T. Livii Patavini cum epitomate omnium decadum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*l*) Strabonis Geographici, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*m*) M. Ann. Lucani, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*n*) C. Plynii Veronenſis de naturali hiſtoria, volumina trecenta.	CCC.
(*o*) C. Svetonii Tranquilli de duodecim Cæſaribus, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.
(*p*) Div. Leonis Papæ Sermonum, volumina ducenta ſeptuaginta quinque.	CC. LXXV.

M. Fabii

(a) 1468. Hunc annum non dubito vidiſſe ſuo in exemplo Clariſſ. Maittairium. Ego autem his oculi vidi exemplum ejuſdem editionis quod præferebat Annum 1470. & in auctione B. Conſulis noſtri D. Bernhardi Matſeldi hoc A. 1722. vænibat marcis centum Lubecenſibus: Nimirum ut hodie etiam ſolet fieri, ejuſdem editionis exemplis typographi aliis annum quo abſolvitur editio, aliis ſequentem proximum vel tertium etiam inſcribunt, ut ſemper recentiſſimus liber emtoribus appareat.

(b) 1468. (c) abſque anni nota. (d) 1471.
(e) 1469. (f) 1469. (g) 1469. (h) abſque anni nota.
(i) nondum vidi. (k) abſque anni nota.
(l) nondum vidi. (m) 1469.
(n) 1470. (o) 1470. (p) 1470.

(a) M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum, volumina ducenta septuaginta quinq;.	CC. LXXV.
(b) Continui sive Catenæ aureæ D. Thomæ Aquinatis, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(c) Div. Cypriani Epistolarum volumina ducenta septuaginta quinque.	CC. LXXV.
(d) Bibliæ cum opusculo Aristeæ, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(e) Silii Italici cum C. Calphurnio & Hesiodo, volumina ducenta septuaginta quinque.	CC. LXXV.
(f) Orationum M. Tullii Ciceronis cum invectivis in Antonium, Verrem, Catilinam & cęteros, volumina ducenta septuaginta quinque.	CC. LXXV.
(g) P. Ovidii Nasonis Metamorphoseos & Elegiarum omnium, volumina quingenta quinquaginta.	D. L.
(h) Nicolai de Lyra, volumina mille & centum.	M. C.

Horum omnium voluminum summa --- efficit codices duodecies mille quadringentos septuaginta quinque; acervum quidem ingentem, & nobis Impressoribus tuis, qua parte restat, intolerabilem --- ingens sumptus ad victum necessarius cessantibus emptoribus ferri amplius à nobis nequit, & ementes non esse nullum est gravius testimonium, quam quod domus nostra satis magna plena est quinternionum, inanis rerum necessariarum --- parati sumus pro Clementiæ tuæ arbitrio de nostra merce i. e. de impressis quinternionibus nostris tibi tot tradere, quot volueris, & quibus volueris. --- Tua incredibilis mansuetudo subveniat nobis de aliquo officio, unde possimus nos & nostros alere. Impensa est facta in solius *Nicolai de Lyra* à nobis voluminibus tanta, ut amplius nihil nobis supersit ad vivendum. Si venderemus opera nostra, non solum à pietate tua nihil peteremus, sed ultro in præsentium temporum articulo, in quo te plurimum egere non nescimus, ipsi nostra offerremus; faciemusque, quotiens tuo adjumento fortuna nobiscum usa esse videbitur fronte sereniore. Interea, Pater Sancte, adjuvent nos miserationes tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. --- XX. Marcii. M. CCCC. LXXII. Pontificatus tui Clementissimi anno primo.

Suppl.

(a) 1470. (b) nondum vidi. (c) 1471. (d) 1471.
(e) 1471. (f) 1471.
(g) 1471. (h) 1471. 1472.

Supplementum Lacunæ Scholiorum Eustathii ad versum Dionysii Periegeseos 889. & sequentes.

Quoniam Periegeseos Dionysii Afri mentio supra pag. 95. facta est, nescio an jucunde laturi sint harum litterarum Studiosi, si hoc etsi forte parum conveniente loco, ne inter schedas meas pereat, inseram supplementum ingentis lacunæ, quæ in universis Scholiorum Eustathii editionibus occurrit ad versum (a) Dionysii 889. & proximos 26. Depromtum autem est ex codice Bibl. Claromontanæ MS., cujus ἀπόγραφον benevole mecum communicavit amicus doctissimus & humanissimus Sebastianus Gotfridus (b) Starkius, Orientalium hodie linguarum in Regia Academia GryphisWaldensi Professor, cui præter alia debemus Græco-Latinam editionem libri fabularis in Oriente decantatissimi, qui inscribitur *Kelila Vua Dimne* sive *Stephanites & Ichnelates*. Illud porro supplementum (c) non paucis locis à me emendatum, præmissis Poetæ, cujus verba illustrat, versibus, hujusmodi est.

889. Οἶσθα γὰρ ἐν πρώτοισιν ἐμεῦ εἰπόντος ἀκούσας
890. Πᾶσαν ἕως Ἰνδῶν Ἀσίην ὄρος ἄνδιχα τέμνειν.
891. Κεῖνο τοι ἐνπλευρῇσι βορειότερον τελέοιτο,
892. Νεῖλος δ' ἑσπέριον πλευρὸν πέλοι, αὐτὰρ ἐῴων
893. Ἰνδικὸς ὠκεανός, νότιον δ' ἁλὸς οἶδμ' ἐρυθρῆς
894. Φράζεο δ' ὡς ἀπὸ πέζαν ἐπ' αὐγὰς ἵξομαι ἤδη

Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis
Per totam mediis mons ingens tenditur actu
Quod fines Asiæ nigros producit ad Indos.
Hoc esto laterum Boreum tibi, Nilus ad oras
Hesperies finit, sed Tethys solis ab ortu
Indica concludit, rubrum mare terminat austrum:
Aspice nunc igitur dum finem versibus ortus.

895.

889. (1) Ὅτι τὸ ἐν ἀρχῇ λόγου, καὶ πρὸ ὀλίγου δὲ ἐν πρώτοις λέγει. Φησὶ γοῦν. οἶσθα ὁμῶς ἐν πρώτοις ἀκούσας. 892. Ὅτι πλευρὰς εἶπεν θηλυκῶς, καὶ πλευρὸν οὐδετέρως, λέγει καὶ (v. 535.) πέζαν τὴν αὐτὴν πλευράν, ἀπορῶν ἑτέρου κυρίου ὀνόματος. Τὴν δ' αὐτὴν καὶ κρηπῖδα ἔφη ἐν τοῖς πρὸ τούτων. (v. 332.) Ἐστὶ δὲ πλευρὰ γραμμὴ ἐν σχήματι ἐγώνιος.

(a) Pag. 168. edit. Guil. Hilli Lond. 1688. 8.

(b) Seb. Gottfridus Starkius obiit A. 1714. Vide Rev. Dan. Ernesti Jablonskii præfat. ab Biblia Hebræa, Starkio curante minima forma & charactere minimo sine punctis excusa illo anno Berolini.

(c) Hoc supplementum ex prima editione hujus meæ Bibliothecæ depromsit, locaque & ipse nonnulla castigavit in egregia sua Dionysii editione V. C. Eduardus Thvvaites Oxon. 1697. 8. nec non Jo. Hudsonus in tom. 4. Geograph. Min. Oxon. 1712. 8.

(1) Ante locum Eustathii hæc quoque inserenda reperiisse se ajunt auctores Ephe-

895. Ἀρξάμενος Συρίηθεν, ὅθεν λίπον. ἀλλ' ἄν ἔμοιγε
896. Μῦθος ἅτε ψευσθέντος ἀνὴρ ἐπιμωμήσαιτο.
897. Ἀλλ' ἤτοι Συρίη μὲν ὑπὲρ ἁλὸς ἐγγύθεν ἕρπει
898. Ες νότον, ἀντολίηντε, πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα,
899. Ἥν κοίλην ἐνέπουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
900. Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶνες ἔχουσιν,
901. Ἑσπερίου κασίοιο καὶ ἠοῦς λιβάνοιο.
902. Καὶ τὴν μὲν πολλοίτε καὶ ὄλβιοι ἄνδρες ἔχουσιν
903. οὐχ ἅμα ναιετάοντες ὁμώνυμοι, ἀλλὰ διαμφίς
904. Οἱ μὲν ἐπ' ἠπείρου, τοίπερ Σύριοι καλέονται,

Pervenio, retegens tibi veris omnia rebus .
Incipiens Syriæ terris qua parte reliqui
Quæ pelagus ſupra ſub ſolem vergit ad auſtros
Urbibus & multis habitatur nomine priſco,
Quæ cava vulgatur, quam Cœlen nomine Græco
Dixerunt veteres, media eſt quæ collibus altis
Aſt humilem Libanus claudit protentus in ortum
Occaſumque petens Caſius, multiſque virorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis.
Namque alii mediis habitant telluris in arvis:

905.

phemeridum literariarum, quæ Lipſiæ ſunt editæ Germanice A. 1710.

Καὶ προκατιὼν φησὶ γαῖαν ἑκάστην, ἤτοι χώραν. οὕτω δὲ ποιεῖ καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ· οὐδέ τις ἐφαίνετο γαῖα. αὐτὴ μέντοι ἡ γῆ τὸ στοιχεῖον οὐ πληθύνεται διὰ τὸ μοναδικόν. Ὅτι ἐπιστρέφων τὸν ἀκροατὴν εἰς προσοχὴν λέγει, ὁ δὲ λόγος ἔσω σοι ἐν φρεσὶν, μήδ' ἀνέμοις φέροιτο καὶ ὅ ἴσον ἀνεμώλιος εἴη, καὶ ὑπὸ ἀρτύμως γένοιτο ἡ τῶν ποιηθέντων ἔργων χάρις. Εἶτα ἐπάγει καὶ ὧδε τὸ χρήσιμον τοῦ προσέχειν τῇ περιηγήσει, τοῦ ἔχειν δηλαδὴ τὸν ἀκροατὴν ἐπιστημόνως καὶ ἄλλοις ἀγορεύειν ποταμοὺς πόλεάς τε θέσιν καὶ γαῖαν ἑκάστην. Ἐφ' οἷς ἑαυτὸν συνιστῶν κατὰ ἰδέαν λαμπρότητος ὡς εὐπεριηγήμενόν φησιν, ὅτι οὐκ ἄν τις ἔμοιγε ὡς ψευδομένῳ ἐπιμωμήσεται.

899. Ὅτι τὴν κοίλην Συρίαν ἐπώνυμον οὕτω καλεῖσθαι φησὶ, τουτέστι κοίλην φερωνύμως λέγεσθαι, διότι αὐτὴν μέσην καὶ χθαμαλὴν κειμένην ἔχουσιν ὄρη δύο, τό, τε ἑσπέριον Κάσιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον, καὶ ὁ Ἠῷος Λίβανος, ὑφ' ὧν περιέχεται. οὕτω καὶ Ὅμηρος (Iliad. β. 581.) τὴν Λακεδαίμονα κοίλην λέγει, διὰ τὸ περικλεῖσθαι κυκλόθεν ὄρεσιν. Ὁ μέντοι Γεωγράφος (Strabo lib. 16.) οὕτω φησί. Λίβανος καὶ ἀντιλίβανος ὄρη δύο ὡς ἂν παράλληλα ποιοῦντα τὴν κοίλην καλουμένην Συρίαν τελευτῶντα ἐγγὺς τῶν Ἀραβικῶν ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς χώρας εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα, μικρὸν ὕπερθεν τῆς θαλάσσης ἀρχόμενα Λίβανος μὲν τῆς κατὰ Τρίπολιν, ἀντιλίβανος δὲ τῆς κατὰ Σιδῶνα. Καὶ ὁ μὲν Γεωγράφος ταῦτα. Ὁ δὲ Διονύσιος τὴν κοίλην Συρίαν καὶ πολύπολιν λέγει, καὶ πολλοὺς καὶ ὀλβίους ἄνδρας ἔχουσαν. Καὶ χρῆται ἐπαναλήψει, ἐπ' αὐτῆς εἰπών. ἐς νότον ἕρπει, ἐς νότον ἀντολίηντε -- Ὁ δὲ Γεωγράφος (Strabo ibid.) λέγει καὶ ὅτι πᾶσα ἡ ὑπὲρ Σελευκίδα καὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀραβίαν ἀνίσχουσα χώρα κοίλη Συρία λέγεται, ἰδίως δὲ ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Συρία δὲ ἀπὸ Σύρου κέκληται. φασὶ γὰρ ὅτι Λιβύης υἱὸς Ἀγήνωρ, οὗ καὶ Τοῦ Φοῖνιξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ, ἀφ' ὧν καὶ αἱ χῶραι, καὶ Κάδμος ὅπερ ἡ Καδμεία ἐπώνυμος.

904. Ὅτι τῆς κοίλης Συρίας οἱ μὲν ἐπ' Ἠπείρου ἤγουν οἱ Ἠπειρωτικοὶ τοῦτο Σύριοι, τουτέστι Σύροι καλοῦνται, οἱ δὲ περὶ θάλασσαν Σύροι ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὅμως καὶ φοινικέσι

ἀσι

Οἱ δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες ἐπωνυμίην φοίνικες,
Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ ἐρυθραῖοι γεγάασιν
Οἱ πρῶτοι (a) νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο,
Καὶ βαθὺν οὐρανίων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο.
Οἵ τ' Ἰόπην καὶ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίουσι
Καὶ Τύρον Ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ' αἶαν ἐραννὴν
Βύβλον τ' ἀγχίαλον, καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν,

(a) Tibull. *Prima ratem ventis credere docta Tyrus.*

ασι τὴν ἐπωνυμίαν, γένος ἐρυθραῖον. Λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος (Polymnia c. 89.) τούτους ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς καλουμένης θαλάσσης ὑπερβάντας οἰκεῖν τῆς Συρίας τὰ περὶ θαλάσσης καὶ τοῦτο τὸ χωρίον μέχρις Αἰγύπτου Παλαιστίνην καλεῖσθαι. Ὅθεν καὶ δοκοῦσιν, ὡς ὁ Διονύσιος παραδηλοῖ, ἐπωνύμως ἤτοι φερωνύμως οὕτω λέγεσθαι, ὡς ταυτὸ ὂν φοίνικάς τε καὶ ἐρυθραίους εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ φοινικοῦν χρῶμα καὶ ἐρυθρόν. Καὶ μὴν ἄλλοι φοίνικας αὐτοὺς καλεῖσθαι φασὶν ἀπὸ φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος, ὡς εἴρηται ἤδη. Λέγεται δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς φοινίκη πᾶσα ἡ ἀπ' Ὀρθωσίας μέχρι πηλουσίου παραλία στενὴ καὶ ἀλιτενής. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ κοίλη Συρία πρὸς διαστολὴν ἑτέρας λέγεται, διότι καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς (v. 971.) ὁ Διονύσιος ἐρεῖ ὅτι κοίλην Συρίαν διαδέχεται ἡ ἑτέρα Συρία ἑλκομένη μέχρι Σινώπης, οὓς ὡς προγέγραπται τοὺς Ἀσσυρίους εἶναί φησι. Ὅρα δὲ, ὅτι ὥσπερ τοὺς τῆς φρυγίας κατοίκους οὐ μόνον φρύγας ἀλλὰ καὶ φρυγίους ἄνδρας φαμὲν, ὅθεν καὶ ἄστυ φρύγιον, καὶ τοὺς ἐν Λυδίᾳ Λυδοὺς καὶ Λυδίους, καὶ τοὺς ἐν Ἀραβίᾳ Ἄραβάς τε καὶ Ἀραβίους, οὕτω καὶ τοὺς τῆς Συρίας Σύρους τε καὶ Συρίους λέγομεν. Τὸ δὲ Σύρος ἔστι καὶ θηλικὸν εἰς ρα. Λέγεται γὰρ ἡ Σύρα γλῶσσα.

907. Ὅτι φοίνικες πρῶτοι νηυσὶν ἐπειράσαντο θαλάσσης καθά φησι καὶ Ὅμηρος (Odyss. ο. 414.) ναυτικωτάτους αὐτοὺς ἱστορῶν. Πρῶτοι δὲ τῆς κατὰ θάλασσαν ἐμπορείας ἐμνήσαντο, καὶ βαθὺν οὐρανίων ἀστέρων πόρον ἐφράσαντο, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τὸν οὐρανὸν πόλοις, ὃ ἐστι κύκλοις ἔτεμον, τοῦτο γὰρ Αἰγυπτίων εὕρημα, ὡς προείρηται, (ad v. 232.) δι' ἀστρονομίας, ἀλλ' ὅτι τοῖς ἠστροθετημένοις ἤδη καὶ παρὰ Αἰγυπτίων ἠστρολογημένοις προσέχον δι' ἐμπορείαν οἱ φοίνικες. Ναυτικώτατοι δὲ φοινίκων Σιδώνιοι. Ὁ δὲ Γεωγράφος (Strabo lib. 17.) οὕτω καὶ περὶ τούτων φησίν. ὥσπερ Αἰγυπτίων εὕρημα ἡ Γεωμετρία ἐκ τῆς χωρογραφίας ἣν ὁ Νεῖλος ἐργάζεται συγχέων τοὺς τῆς γῆς ὅρους ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν, οὕτως ἐκ φοινίκων εἰς ἕλληνας ἡ Ἀστρονομία ἥκειν πεπίστευται καὶ ἡ Ἀριθμητική. φιλόσοφοι γὰρ περὶ Ἀστρολογίαν καὶ Ἀριθμητικὴν οἱ Σιδώνιοι ὡς ἐμπορικοὶ καὶ ναύκληροι ἀπὸ λογιστικῆς καὶ νυκτιπλοΐας ἀρξάμενοι, τουτέστι λογαριάζοντες μὲν τοὺς φόρτους, ἄστροις δὲ σημαινόμενοι τὸν ἐν νυκτὶ πλοῦν, ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἔχον, εἰς Ἀριθμητικὴν καὶ Ἀστρονομίαν. Ἀρριανὸς δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον (lib. IV.) φησιν ὅτι φοίνικες μὲν πρὸς τὴν ὀλίγην ἄρκτον μελετῶσι τὰς πορείας, οἱ δὲ ἄλλοι ἄνθρωποι πρὸς τὴν μείζω. Λέγει δὲ ἐκεῖνος ὀλίγην μὲν τὴν Κυνόσουραν, μεγάλην δὲ τὴν ἑλίκην, ἀφ' ἧς καὶ οἱ Ἀχαιοὶ ἑλίκωπες, ὡς οἴονταί τινες. Ἡρόδοτος δὲ στοχάζεται καὶ τὰ γράμματα μὴ ὄντα πρὸς τοῖς ἕλλησιν, ἐκεῖθεν παραδοθῆναι ὑπὸ τῶν μετὰ Κάδμου εἰς τὴν ἑλλάδα ἐλθόντων φοινίκων, καὶ φοινίκια καλεῖσθαι.

910. Ὅτι πόλις φοινίκης Ἰόπη, κληθεῖσα οὕτω ἢ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, ἢ ἀπὸ τῆς Ἰόπης θυγατρὸς μὲν Αἰόλου, γυναικὸς δὲ Κηφέως, ἀφ' οὗ καὶ Κηφῆνες οἱ Αἰγύπτιοι. Ὅτι Γάζα μὲν φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης, ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Ἄζα, ἢ ἀπὸ Ἄζονος υἱοῦ Ἡρακλέους, ἢ ὅτι ζεὺς κτίσας αὐτὴν κατέλιπεν αὐτόθι τὴν ἑαυτοῦ ἄζαν, καλοῦσι δὲ οὕτως οἱ πέρσαι τὰ χρήματα. Ὅτι ἐλαεῖς πόλις φοινίκης οὕτω λέγεται διὰ τὸ ἐλαιοφόρον εἶναι.

911. Ὅτι νῆσος ποτὲ μὲν ἡ Τύρος, ἡ νῦν ἐστι χερσόνησος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Τύρου τοῦ φοίνικος ἢ ἀπὸ γυναικὸς Τύρου, ἧς καὶ Ἀγήνορος ἡ Εὐρώπη, ἧς ἡ χώρα ἐπώνυμος. Συνῆπται δὲ ἡ τύρος χώματι πρὸς τὴν Ἤπειρον, ὃ κατεσκεύασε πολιορκῶν Ἀλέξανδρος, ὅτε καὶ ἐνύπνιον Σάτυρος ὁραθεὶς ἐχρησίασεν τῷ βασιλεῖ κατ' ὄνειρα λοξότητα ὅτι σὰ τύρος.

Hos Syrios proprie perhibent; sed littora juxta
Phœnices vivunt veteri cognomine dicti,
Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos
*Chaldeo * nimium decoratam sanguine gentem*
Arcanasque Dei celebratam legibus unam.
Quod pelagus primi tentantes navibus altis
Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem,
Et primi stellis numeros nomenque dedere,
Atque oculis mirum voces sentire figuris.
Hi muros Jopes Gazamque & Elaida complent,
Antiquamque Tyrum Beruti & mœnia gratæ,
Vicinamque mari Byblin, Sidonaque pulchram,

Quam

(*) Hos duos versus Metaphrastes Christianus addidit

Τύρος, τουτέστι σὺν Δωρικῶς, καὶ ὑπὲρ τὴν σὴν ἐξουσίαν ἔσαι ἡ Τύρος. Τιμῶσι δὲ τὸν Ἡρακλέα ὑπερβαλλόντως οἱ τύριοι καὶ εἰσὶ πολύτεχνοι. Ἔστι δέ, φασι, καὶ πορφύρα καλλίστη ἡ τυρία. Ὁ δὲ Γεωγράφος (Strabo lib. 16.) φησὶ καὶ ὅτι μεγίστη ἐστὶ μετὰ Σιδῶνα ἡ τύρος, καὶ ὅτι ἀρχαιοτάτη, καὶ δύο λιμένας ἔχει, καὶ ὅτι σεισμοί ποτε γενόμενοι μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ ἄρδην αὐτὴν ἀφανίσαι. Καὶ ὅτι ἀτυχήσασα ὑπὸ τῇ τοῦ Ἀλεξάνδρου πολιορκίᾳ, ὅμως ὕστερον καὶ αὐτὴν ἀνέλαβε διὰ τῆς ναυτιλίας καθ' ἣν ὑπερτεροῦσι πάντων οἱ φοίνικες. Ἔστι δὲ καὶ περὶ τὸν περσικὸν (κόλπον) νῆσος Τύρος ὥσπερ καὶ Ἄραδος. Λέγεται δὲ ὅτι ἱερὸν Ἡρακλέους ἐν Τύρῳ ἦν πλουσίως κατεσκευασμένον, καὶ στῆλαι δύο κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, (Euterpe cap. 184.) ἡ μὲν χρυσοῦ ἀπέφθου, ἡ δὲ σμαράγδου λίθου λάμποντος τὰς νύκτας.

912. Ὅτι περὶ φοινίκην πόλεις μετ' ἐπιθέτων ἐκφράζει ὁ Διον. εὐπόρως ἔχων τοῦ ὀνομάζειν. λέγει γὰρ Τύρον Ὠγυγίην, Βηρυτὸν ἐρατεινήν, Βύβλον ἀγχίαλον, Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν, Τρίπολιν λιπαρήν. Περὶ μὲν οὖν τῆς Τύρου εἴρηται τὸ ἀρκοῦν. Ἡ δὲ Σιδὼν παρ' ἣν χαρίεντα λέγει ποταμὸν ῥέειν τὸν Βοστρηνόν, πολυτέχνους ἔχει πολίτας καὶ καλλοτέχνους. Ὅτι δὲ τοιοῦτοί εἰσιν οἱ Σιδόνιοι, δηλοῦσι καὶ οἱ παρὰ τῷ ποιητῇ (Iliad. ζ. v. 289.) παμποίκιλοι πέπλοι Σιδονίων ἔργα γυναικῶν, καὶ ὁ τοῦ Εὐνέω γοῦν κρατήρ, ὃς κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν. (Iliad. ψ. 742.) τούτους δὲ Σιδονίους ἀποίκους εἶναι τινές φασι Σιδονίων τῶν ἐν περσικῷ κόλπῳ. Οἱ δὲ παλαιοὶ ἀντιλογίας ἱστορίαν αἰτιῶνται ἐνταῦθα. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς καθ' ἡμᾶς φοινικάς τε καὶ Σιδονίους ἀποίκους φασὶ τῶν πρὸς τῷ Ὠκεανῷ Σιδονίων τε καὶ φοινίκων, προστιθέντες καὶ διὰ τί φοίνικες λέγονται. Διότι, φασί, καὶ ἡ θάλασσα ἐρυθρά, ὡς ταυτὸ ὂν φοινικᾶ τε εἰπεῖν καὶ ἐρυθραῖον. Οἱ δὲ ἀνάπαλιν ἀποίκους ἐκείνους τούτων τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστοροῦσιν. Περὶ δὲ τῆς Σιδῶνος ταύτης τῆς περὶ τὴν Συριακὴν φοινίκην φέρεται ἱστορία. Ὅτι θυγάτηρ Ἴους ἡ Λιβύη, ταύτης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Ἀγήνωρ, Βῆλος καὶ Ἐνυάλιος. Βήλου δὲ Σίδη καὶ Αἴγυπτος καὶ Δαναός. Ὧν τῆς Σίδης μὲν παρώνυμος ἡ Σιδών, τοῦ Αἰγύπτου δὲ ἡ χώρα ὁμώνυμος. ἐκ Δαναοῦ δὲ οἱ Ἕλληνες Δαναοί. Προείρηται δὲ που καὶ ὅτι ὁ Διονύσιος Ὁμήρῳ ἀκολουθῶν τῆς Σιδῶνος τὴν μὲν ἄρχουσαν ἐκτείνει, τὸ δὲ Ο' τῶν πλαγίων συστέλλει, κἂν οἱ ὕστερον αὐτὸ διαφοροῦντες ἐκτείνουσι. Ὅτι δὲ καὶ σοφοὶ τὰ εἰς ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικὴν εἰσιν οἱ Σιδώνιοι, ὡς ἐμπορικοὶ καὶ ναυκληρικοί, ἀνωτέρω (ad v. 907.) εἴρηται. Λέγεται δὲ ψάμμος ὑαλίτις εἶναι τοῖς Σιδωνίοις ἐπιτήδεια εἰς χύσιν. Ἡ δὲ Βηρυτὸς κτίσμα ἐστὶ Κρόνου ἐκ μικρᾶς μεγάλη γενομένη καὶ ἰσχυρά, διὸ καὶ οὕτως ἐκλήθη. Βηρὺτ γὰρ τὴν ἰσχὺν οἱ φοίνικες λέγουσιν. Οἱ δὲ φασι διὰ τὸ εὔυδρον οὕτω κληθῆναι αὐτήν. Βὴρ γὰρ παρά τισι ἐκεῖ καλεῖται τὸ φρέαρ. Φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Τυράννου Τυφῶνος κατασπασθεῖσαν ἀναληφθῆναι ὑπὸ Ῥωμαίων, ἤτοι ἀνασῆναι καὶ καινισθῆναι. Ὀξύνεται δὲ Βηρυτὸς ὡς παρασύλλαβον, κατὰ καὶ τὸ Κωκυτὸς καὶ Τωρυτός. Μακρὸν ἔχει τὸ ῡ παρὰ Διονυσίῳ. Ἡ δὲ Βύβλος κτίσμα καὶ αὐτὴ Κρόνου, Ἀδώνιδος ἱερά, Κινύρου βασι-

λειον

913. Ναιομένην χαρίεντος ἐφ' ὕδασι Βηρυτοῖο
914. Καὶ Τρίπολιν λιπαρὴν Ὀρθωσίδα τε, Μάραθόν τε,
915. Λαοδίκην θ' ἣ κεῖται ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης
916. Καὶ Ποσιδήϊα ἔργα, καὶ ἱερὰ τέμπεα Δάφνης
917. Ἤχιπερ Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια.

λειον ἀρχαιότατον, ἀπὸ Βύβλου τινὸς στρατηγοῦ, ἢ ἀπὸ Βύβλου γυναικὸς οὕτω κληθεῖσα, ἢ διὰ τὸ πάπυρος ἀρχαίας βύβλου κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν κεφαλὴν * ἀστιβέα ἐν αὐτῇ γίνεσθαι, ἢ καὶ διότι Ἶσις τὸν Ὄσιριν κλαίουσα ἐκεῖ, τὸ τῆς κεφαλῆς ἀπέθετο διάδημα ἐκ βύβλου ὂν Αἰγυπτίας, φυτὸν δὲ ἡ βύβλος, κατὰ τοὺς παλαιούς, φυόμενον ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι, ῥάβδος ψιλή, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, ἐπ' ἄκρῳ χαίτην ἔχουσα, φυομένη πολλὴ καὶ ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα, ἧς κρείττων, φασίν, ἡ λεγομένη ἱερατική. Τῆς δὲ βύβλου τὸ κάτω ὅσον ἐπὶ πῆχυν τρώγεται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, (Euterpe c. 92.) πνιγὲν μάλιστα ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ. Ζητητέον δὲ μήποτε ἀπὸ τῆς τοιαύτης βύβλου ὡς πεφυκυίας ὑφαίνεσθαι, ἢ πλέκεσθαι, ἢ ἄλλως πῶς συντίθεσθαι, καὶ αἱ τῶν γραμμάτων φύλακες τοιαῦται ποτὲ κατασκευάζεσθαι, καὶ ἡ κλῆσις παραμένει καὶ εἰς ἡμᾶς, ἐναγκαλέντος τοῦ υ εἰς τὸ συγγενὲς δίχρονον. Ἐγίνετο δὲ καὶ πέδιλα ἐκ τοῦ φυτοῦ τῆς βύβλου. Οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι ἱερεῖς βύβλινα λέγονταί ποτε φορεῖν ὑποδήματα. Καὶ πλοίων δὲ ναυπηγουμένων αἱ ἁρμονίαι βύβλῳ περιελύοντο, καὶ ἱστία δὲ πλοίοις ἐγίνοντο βύβλινα, καὶ τὴν ἐν Ἀβύδῳ δὲ τοῦ Ξέρξου γέφυραν, ὡς Ἡρόδοτος (Polymnia cap. 34.) φησι, Φοίνικες μὲν λευκολίνῳ ἐγεφύρουν, Αἰγύπτιοι δὲ βύβλῳ. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν ταῖς περὶ Ἀττικῶν λέξεων ὑπογραφαῖς σαφέστερον τὴν τοῦ φυτοῦ φύσιν τῆς βύβλου, ἔνθα περὶ φιλύρας φησὶν ὅτι φυτὸν ἡ φιλύρα φλοιὸν ἔχον βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ καὶ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ βύβλου.

(a) Steph. in Βύβλος, φυλακήν.

914. Ἡ δὲ Τρίπολις, ἥτινι συνεχὲς κεῖσθαι ἱστόρηται τὸ Θεοῦ λεγόμενον πρόσωπον, οὕτω καλεῖσθαι διὰ τὸ ἔχειν ἀποικίαν ἐκ τῶν πόλεων Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Ἀράδου, περὶ ὧν εἴρηται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Τριπόλεις διάφοροι. Ὅτι πόλις Φοινίκων καὶ ἡ Ὀρθωσὶς καὶ ἡ Μάραθος. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν Ὀρθωσίδα Ὀρθωσίαν οὕτως ἄλλοι φασίν, καὶ ἴσως τῷ τοιούτῳ τύπῳ ὁ Διονύσιος, ὥσπερ (v. 344.) τὸν πορθμὸν εἶπε πορθμίδα καὶ τὰς Ἀμαζόνας Ἀμαζονίδας (v. 655.) καὶ τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα (v. 258.) καὶ τοὺς τῶν ὀρῶν κνημοὺς κνημίδας (v. 714.) καὶ τὴν Κασπίαν Κασπίδα (v. 748.) οὕτως καὶ τὴν Ὀρθωσίαν Ὀρθωσίδα φησί. Μάραθος δὲ οὐ μόνον ἡ περὶ Φοινίκην αὕτη πόλις, περὶ ἣν καὶ ποταμὸς ῥέει Μαραθίας λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ Εὐρωπαία ἑτέρα ἐν τῇ τῶν Ἀκαρνάνων γῇ, ἐξ ἧς ὁ Μυστικὸς Διόδωρος.

915. Ὅτι ἡ Λαοδίκεια ἡ τῆς Φοινίκης ἀπὸ Λαοδίκης ὠνόμασται ἀδελφῆς Ἀντιόχου, ὡς μικρὸν κατωτέρω (ad v. 918.) ῥηθήσεται. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λαοδίκεια Λυδίας, ἣν Ἀντίοχος ἔκτισε παῖς Ἀντιόχου τῆς Στρατονίκης, χρησμοῦ δοθέντος ἐν ὀνείροις τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τοῦτο. Τὴν δὲ ἐν Φοινίκῃ Λαοδίκειαν λευκὴν αὐτήν φασι ποτὲ κληθῆναι καὶ Ῥαμαθᾶν, διότι ποιμήν τις βληθεὶς κεραυνῷ ἀνεβόα Ῥαμανθᾶς, ἀφ' ὕψους ὁ Θεός, Ῥάμαν γὰρ ἐγχώριον τὸ ὕψος, ἀθὰν δὲ ὁ Θεός. Διάφοροι Λαοδίκειαι, ὧν ἐνδοξοτάτη, αὕτη ἡ Συριακή. Διαφορεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη, καὶ γὰρ τετρασύλλαβον Λαοδίκη λέγεται, καὶ κατὰ παραγωγὴν Λαοδίκεια, ὡς Ἀπάμη, Ἀπάμεια, Εὐρώπη Εὐρώπεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

916. Ὅτι ὥσπερ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ (ζ. v. 266.) τὸ ἐν Φαίαξι Ποσίδιον διὰ τοῦ ι ἔχει τὴν τετάρτην ἀπὸ τοῦ τέλους, ἤγουν τὴν σι συλλαβήν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα παρὰ τῷ Διονυσίῳ λέγοντι περιφραστικῶς ὅτι Ποσιδήϊα ἔργα ἤγουν Ποσιδήϊόν ἐστι περὶ τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἱερὰ τέμπεα, ὅ ἐστι περὶ τὰ τῆς Δάφνης ἀλσώδη δάση καὶ καλλίλαφα, περὶ ἧς μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. Ποσειδίον λέγεται τετρασύλλαβον κατὰ τὸ ἁπλοῦν τὸ τοῦ Ποσειδῶνος τέμενος, τὴν μὲν ἀρχὴν ἔχον διὰ διφθόγγου τῷ λόγῳ τῆς παροχῆς, τὴν δὲ παραλήγουσαν διὰ τοῦ ι, τῇ ἀπελεύσει τοῦ ε τῆς διφθόγγου ἑνὸς στοιχείου, ᾧ λόγῳ καὶ Ὀππιανὸς (Halieut. IV. v. 73.) τὸ ἀλγεινόεις ἐπιχρώνεις τὴν δίφθογγον εἰς μονόφθογγον, διὰ τοῦ ι γράφει ὡς προερρέθη (ad v. 803.) τὴν παραλήγουσαν. Διαλυθὲν δὲ ἐκ τετρασυλλάβου τὸ τοιοῦτο ἁπλοῦν Ποσίδειον

εἰς

Quam juxta liquido Bostrenus gurgite currit.
Et pinguem Tripolin, nec non Orthosida, sacram
Laodicem pariter, positam prope littus amœnum,
Et Posidi turres, & Daphnes optima tempe;
Hic etiam Antiochus nomen dedit Antiocheæ.

Latini versus quos è regione posuimus, non ex Avieni, sed ex alia veteri ejusdem periegeseos Metaphrasi petiti sunt, quæ *Rhemnio Fannio* à quibusdam tributa, rectius in plerisque editionibus præfert nomen *Prisciani* sub Zenonis & Anastasii Imperio clari, cujus etiam versus duodecim hexametros de sideribus sive Epitomen Phænomenon edidit P. Pithœus inter poematia vetera p. 487. servatos in Bedæ operibus T. 1. p. 434. Ut vero Avieni etiam interpretationem possis cum altera illa & Græcis Periegetæ contendere, ecce tibi versus, quibus eadem Dionysii exprimere voluit Avienus:

Tuque tene primo quod carmine Musa locuta
Totam Asiam celsi præcingi vertice Tauri
Extima in Indorum. Montis tamen accipe molem
Per latus id duci, quo dat Cynosura pruinas
Solis ab occasu vastum decurrere Nilum,
Indicum ab Eois mare fervere, rursus ab austro
Fluctibus immodicis rubri salis æquora volvi. (a)
Ora Syrum curvi procumbens litoris acta
In notum & Eoi confinia tenditur Euri.
Hæc Cœle est Grajo sub nomine, namque duobus
Ut conclusa jugis vallis vice multa cavatur.
Ab Zephyro Casius mons imminet, axe diei

εἰς πεντασυλλαβίαν γέγονεν. Ἐν οἷς καὶ ὁ λιμὸς ἐκ τοῦ λέλειμμαι, καὶ ἡ ἰδέα ἐκ τοῦ εἴδω, καὶ αἱ χιράδες ἐκ τῶν χειρῶν ῥαγάδες, καὶ τὰ χίμετλα τὰ ἐν τῷ χειμῶνι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενα ἀπὸ κάυματος. Ὅτι κατὰ τὴν ἱστορίαν ὑπέρκειται τῆς Ἀντιοχείας Μ στάδια ἡ Δάφνη, κατοικία μὲν μετρία, ἄλσος δὲ μέγα ἔχουσα συνηρεφὲς, οὗ κύκλος ὀγδοήκοντα σταδίων διαῤῥεόμενον πηγαίοις ὕδασι. Ἔνθα ἐπανηγύριζον οἱ ἐγχώριοι, ὅπου καὶ τέμενος ἄσυλον. Ἀῤῥιανὸς δὲ περὶ τούτων οὕτω γράφει. Ἐν Δάφνῃ τῇ πρὸς Ἀντιοχείαν ἄλσος τι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὴ ἐκείνη ἡ Δάφνη Λάδωνος, ἡ φεύγουσα τὸν ἐραστὴν Ἀπόλλωνα, ηὔξατο τὸν ὑπὸ γῆν ἀφανισμὸν, καὶ ἔτυχε τῶν εὐχῶν. Ἄλλοι δὲ περὶ αὐτῆς οὕτω φασί. Δάφνη ἐπ' Ἀντιοχείᾳ. Ἡ ποτὲ πόλις Ἡρακλεία, εἰς ἣν πολλοὺς κυπαρίττους ἐφύτευσε Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, ἧς ἐγγὺς τὸ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου βουλευτήριον. Ταύτην σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ Τραιανοῦ, ὥστε τοὺς Ἀντιοχεῖς ἐγγράψαι, οἱ ΖΗΣΑΝΤΕΣ ΑΝΕΣΤΗΣΑΜΕΝ ΘΕΩ ΣΩΤΗΡΙ. Σημείωσαι δὲ ὅτι αὕτη μὲν ἡ Δάφνη ἑνικῶς λέγεται πρὸς τῷ Πηλουσιακῷ καὶ τοῦ Νείλου στόματι χωρίοντι & reliqua, quæ deinceps in editis sequuntur. * De Byblinis calceis sacerdotum Ægyptiorum quorum meminit Eustathius conferre licebit Philostratum VI. 6. de vita Apollonii. De terræ motu Antiocheno sub Trajano, cujus in verbis Eustathii mentio vide Jo. Malalæ Chron. p. 359.

(a) In hac Metaphrasi præteriti versus 894. 895. 896.

Consurgentis item Libanus premit arduus arva. (a)
Pars procul à pelago terras colit, inque recessu
Gens agitat: falso quicquid pulsatur ab æstu
Phœnicum regio est; hi rubro à gurgite quondam
Mutavere domos, primique per æquora vecti
Lustravere salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli. Populis Phœnicibus ergo
Urbs Jope, sterilisque dehinc habitatur Elais,
Gazaque proceris adsurgens undique muris.
Hic Tyrus est opulens, Berytos & optima, Byblos,
Sidoniique lares, ubi labens agmine amœno
Cespitis inrigui Bostrenus jugera fundit.
Nec minus his Tripolis pingui sola porrigit agro
Orthosisque dehinc attollitur, hic Marathus stat,
Littoris extremo caput altis turribus effert
Laodice, & glauci prælambitur æquoris unda.
Hic nemorosa virent Daphnæ loca (b), *celsa Cupressus*
Erigitur, ramis innectit laurus odora,
Crine Dionæo myrtus diffunditur, alta
Consurgunt pinus, & cœlum sibila pulsant
Robora, mollicomis tellus insternitur herbis.

Apparet Avienum altius surgere Prisciano, & minus in hoc quam in illo genii esse Poetici. Priscianus vero non tantum sibi indulgere ausus simplici Metaphrasi adstrictius inhæret Dionysii verbis, etsi ipse quoque interdum quædam interpolat, cujus rei ad v: 906. illustre exemplum licuit observare. Sic non semel è Solino quædam inseruisse Priscianum notavit Andreas Papius, cui castigatissimam illius Metaphraseos editionem debemus, repetitam ad calcem Dionysii periegeseos editæ Oxonii (c) A. 1697. 8. Avienus vero seipsum sæpius quam auctorem suum secutus est ut ait Barthius XLVI. 16. Advers. Interdum quoque magis integro quam nos Dionysii codice usus videtur, cujus rei exemplum lectori dabit Holstenius ad Stephanum Byz. in Ἔμισα. * Ad locum Avieni de templo Helogabali Emeseno conferendus Salmasius ad Vopiscum Tom. 2. pag. 478. Nec alienum est à versimilitudine quod Avienus illa de suo addidit, neutiquam ex integriore Dionysii Codice accepit.

AU-

(a) Hic iterum videtur desiderari versus 902. & proximi duo vix obiter expressi sunt.

(b) In versibus qui porro sequuntur ingenio indulget Avienus plurima addens quæ in Græco non habentur, & vicissim omittens versum p. 917.

(c) Confer, si placet, quæ de hac & aliis Dionysii editionibus dixi libro IV. Bibliothecæ Græcæ c. 2. De Arato autem, quem & ipsum Metaphrasi latina Avienus donavit, dictum à me est libro III. ejusdem operis c. 18.

AVRELII CORNELII CELSI Rehetoris vetustissimi & clarissimi, de arte dicendi Libellus, primum in lucem editus, curante Sixto a POPMA, Phrysio.

Coloniæ excudebat Joannes Rotæus A. 1569. 8.

TITI a POPMA, Phrysii, in commendationem Compendii Rhetorici

CORNELII CELSI, ad Lectorem hexasticon:

Rhetoris, o Lector, Celsi præcepta diserti
Accipe, quæ nimium delituere diu.
Quæ fuerant multis sparsim diffusa libellis,
Arctat hic, & clara cum brevitate docet
Omnia sunt Sixti fratris patefacta labore:
Cui grates gratos solvere jure decet.

Illustrissimo Principi CAROLO, Duci Juliacensi, Clivensi, Montensi, Comiti Marchiæ & in Ravenspurgo, &c:

SIXTUS a POPMA, Phrysius S. D.

B*Ene mereri de literis eos semper existimavi; Princeps Illustrissime, qui diligenti multaque cura in hoc incumbunt, ut veterum excellentissimorumque hominum scripta e tenebris ac squalore in lucem atque apertum proferantur. Nam horum industria efficitur, ut neque insignes illi atque immortalitate dignissimi scriptores omni honore laudeque fraudentur: Neque pulcerrimarum artium scientia, quarum adjumento ad vitam recte beateque instituendam indigemus, desideretur. Quod cum mecum accuratius expenderem, majori diligentia in hoc studium incubui, impellente etiam ad id antiquitatis desiderio, quo factum, ut, cum avide id genus scriptorum exquirerem, forte in* Cornelii Celsi *de arte dicendi libellum inciderim, longe omnium, meo judicio, præstantissimum, utpote qui prolixos veterum & alios, quos ipse de ratione dicendi conscripsit libros, mira brevitate prævertens, eleganti compendio perstrinxit. Quam ob rem consideranti mihi, cui potissimum hanc exiguam operam, & has qualescunque studiorum nostrorum primitias consecrarem, non potui committere, Princeps Illustrissime, quin T. C. nuncuparem; partim quod & dignitatem opusculo, & legendi aviditatem Lectoribus adjiciet, & formidinem detractoribus, si qui forte erunt, incutiet: partim quod eloquentia Principi viro ad publicarum rerum administrationem necessaria*

ſaria ſit. Nam bæc eſt illa præclara virtus, cujus beneficio conſiliis Reſpublicæ reguntur, legibus emendantur, mores hominum atque animi quaſi in poteſtate capti tenentur. Hujus ope de controverſis diſceptamus, de ignoratis inquirimus, ſontes damnamus, bonos ornamus atque extollimus. Hac Camillus, hac Cæſar ſummi Imperatores, in conſiliis rerum maximarum, & totius adminiſtratione Reipublicæ verſati, immortalem gloriam meruerunt, ut nunc mortui eloquentiæ viribus vivant. Hac Cineas plures urbes ſubegit, quam Pyrrbus armis capere potuit. Verum quid de bac magnificentius dici potuit, quam quod Euripides quondam cecinit,

πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

Quare, ſi hac ætate, Princeps Clementiſſime, Illuſtriſſimi Tui Parentis & majorum exemplo eloquentiæ ſubſidia tibi comparaveris, dubitandum non eſt, quin expedite ſententias in dicaſterio dices, conſulentibus reſponſa dabis, Tuos denique ſubditos ad bene atque fortiter agendum, cum pacis tum belli temporibus adhortaberis. Accipe igitur hilari fronte, Princeps Illuſtriſſime, hunc auctorem noſtra diligentia non ſolum è tenebris in lucem prolatum, ſed & ſcholiis noſtris ſucciſivis horis congeſtis illuſtratum. Quæ ſi & T. C. & literarum cupidæ juventuti probari ſenſero, ad majora hac æquanimitate excitabor. Bene ac feliciter valeat Illuſtriſſima C. T. data Ubiorum Coloniæ, Anno Domini 1569. 7. Calend. April.

AVRELII CORNELII CELSI
de arte dicendi libellus.

I. Forſitan me uſurpatorem ardui operis atque irriti laboris, Deſideri, fateare, quod hunc libellum ad te miſerim de arte dicendi ſcriptum. Cum poſſis advertere, nihil me Rhetorum præceptis adjunxiſſe, ſed quas in ipſis ſparſim legeram, in quaſdam ſermonis anguſtias coarctaſſe. Denique ſi hæc quiſquam digna æſtimet quæ in manus ſumat, reperit ea me a veteribus perſtrinxiſſe, quibus quotidie ad forenſem campum adoleſcentia imbuta proluditur. Quorum ſi nota vis eſt, ſylveſcentium videlicet præceptorum, videri poſſum plura his ademiſſe quam addidiſſe. Namque veteres ita nobis dicendi præcepta reliquerunt, ut etiam ſui nominis memoriam propagarent.

II. Igitur non ullius famæ cupidus, ſed immenſi laboris moleſtiam conſiderans, certos tibi ad compendium gymnaſii forenſis locos tranſmittere conſtitui, quos ad memoriam reparandam facili lectione percurres. Adverti præterea oportet, quid cæteri

ſentiant

ſentiant obeſſe dicentibus Rhetoricæ artis nimiam diſciplinam. Memento tamen nihil ante tibi eſſe compendia relegenda, quam ingenium tuum multa de Tulliana arte ſubegeris.

III. Oratoris artibus nemo inſtrui poteſt, niſi cui ingenium & frequens ſtudium eſt. Primum animi ſit oportet quædam naturalis ad videndas ediſcendasque res potentia. Tum vox, latus, decor, valetudo, frugalitas, laboris patientia. Neceſſaria deinde orationum frequens lectio eſt, quæ nos exemplo conformet. Neque harum modo, ſed & hiſtoriarum & carminum, ex quibus compoſitio dicendi non in totum trahenda eſt. Nam per lectiones ſapientium præcepta noſcuntur, ſine quibus nihil ſubtile, neque magnificum cogitari poteſt: juris vero civilis neque amittendum ſtudium eſt, nec penitus appetendum. Nam nec rudis eſſe debet orator, &, ſi ſe multum juris ſcientiæ dederit, plurimum de cultu orationis & impetu amittet.

IV. Hinc & veteres oratores legendi ſunt, & præſentes audiendi. Super hoc frequenter ſcribendum, agendum & declamandum eſt. His enim rebus auditorum fiducia ſimul cum facundia comparatur. In ceteris fere ſtudiis verum quæritur, finis autem oratoriæ virtutis eſt veriſimilia dixiſſe, vel tantum contendiſſe, quantum res paſſa ſit, ad victoriam.

V. Proxime quærendum eſt, quo genere orationis uti debeat orator, Atticorumne nobis ſequenda ſit actio, qui breves, adſtrictique & acres ſunt, pure interim res ipſas aculeosque verſantes, quique affectum ex occulto petunt: an imitanda nobis ſit Aſianorum licentia, qui vagi ac fuſi rapere potius affectibus quam diſputationibus perſuadere didicerunt. Sit tamen Romanus orator Attico copioſior, Aſiatico preſſior.

VI. Ego vero ipſum oratorem eligere arbitror, & probare genus orationis, quo magis capi ſuum judicem ſenſerit: Aliter apud eum, quem latior delectat oratio, aliter apud eum, quem adſtrictior: aliter apud ſuperiorem, aliter apud vacuum, aliter apud diſtractum: nec ſic in privatis cauſis, ubi ſemper judices feſtinant, quemadmodum in publicis: nec ſic in accuſationibus ut in patrociniis. Maxima itaque ars erit ſemper circumſpicere quid perſonæ, quid loco, quid tempori conveniat.

VII. Quidam a maximis criminibus ad leviſſima gradum faciunt, aut a leviſſimis ad maxima: nos primum æſtimamus actorum quaſi membra quædam facere debere, ut ſeparet, quæ ad libidinem, quæ ad avaritiam, quæ ad crudelitatem, aliudve quod ad noxæ genus pertinet, ut ſi non genera criminum, tempo-

tempora tamen discernat primo, ut puta quæ ante militiam gesta sunt, quæ in militia, quæ post militiam. Aut sejungat ea, quæ ad privatas causas, deinde ea, quæ ad publicas pertinebunt, aliudve simile. Ut Cicero, qui crimina Verris & in tempora & in genera divisit: nam primus liber continet, quæ ante Siciliensem præturam commissa sunt: quatuor insequentes ea, quæ in prætura: tum in his ipsis secundus ad privatorum furta pertinet, tertius frumentariam rationem, quartus sacrilegia, quintus Majestatis crimina comprehendit. Deinde ipsa unius generi crimina in primis magna ponito; Quæ minima sunt, in medio conserantur. Quæ maxima, ultimis partibus reservabuntur: ut de gravi crimine, quod a Cicerone in ultimam partem dilatum est. Ita judicis animus & occupabitur, & validissima maxime memoriæ mandat. Hinc est quod Cicero pro Scauro reprehendit confusam adversarii criminationem. Ait enim, & quomodo congesta fuit accusatio, magis acervo quodam criminum, non distinctione aliqua generum, & varietate.

VIII. De principiis nihil putavi dicendum, quandoquidem ad ea quæ arte servanda sunt, natura duce sæpius pervenitur.

IX. Narrationis certum est tres esse virtutes, ut dilucida sit, ut brevis, ut verisimilis. Dilucida sit, si apud nescientem narras, in qua intueberis initium, medium, & finem, ita ut ipsa narratio ordinem suum habeat. Facile enim percipitur, ubi quod sequitur, ex priore pendet. Interdum aliqua suo loco memoriæ nostræ non occurrisse fingemus. Brevis sit, si circumcisis quibusdam superfluis, sola quæ necessaria sunt posueris: quæcunque enim tibi mediocriter prosunt, argumentis & disputationibus perservabis. Verisimilis, ideo ut credatur: ut corporis robustissimi fuisse eum, a quo duos aut tres occisos videri volueris, adjicere etiam occasionem, quæ perficiendæ rei fuerit, ut dicas, dormientes oppressit. Personas vero nomininibus quibus notissimæ sunt, nuncupabis: si hoc parum est, etiam aliquas notas adjicies, ut Scipio Africanus, & similia.

X. Nunquam narrationem nisi perfectam reliqueris: ubi judicem minus intellexisse perspexeris, nunquam ei tarditatem ingenii objeceris, sed ad te culpam retorque, quod parum dixeris. Ubi longior narratio est, quo sit dilucida magis, admonere debes judicem quid exposueris, vel quid expositurus sis, ut: dicam de adversario, dixi de me. Neque alienum est, ubi longior fuerit expositio vel narratio, extrema ita finire ut admoneas quæcunque dixeris. Verba autem narrationis

ex media

ex media consuetudine esse debent, simplex sermo, & sibi vicina compositio. In expositione plus mora nocet. Nec loquentis personam inseras narrationi. Minuit præterea offensam longioris narrationis, si te prætermittere aliqua simulaveris. In aliquibus post quæstionem ponenda narratio est, in aliquibus in ultimo. Nam per naturam causarum narratio variatur. Nec semper debet orator veterum se præceptis addicere, sed scire debet incidere novam materiam, quæ novi aliquid postulet. Narrari pro eo non expedit, qui omnia, quæ ab accusatore dicuntur, negat, nec se ibi fuisse. Talis causa Syllæ fuit, negantis sibi quidquam cum Catilina convenisse contra Rempublicam. Tales fere sunt ambitus caussæ & repetundarum, in quibus unum est rei patrocinium, nullas se dedisse vel accepisse pecunias.

XI. Supervacua narratio est, ubi nota res, de qua ambigitur, ut nihil sit stultius quam si apud scientes narres. Alterum genus est, in quo utique æque supervacua narratio est, ubi quæstio proposita priore loco recte atque commode ab oratore exposita fuerit. Nec aliquam narrationem a Cicerone omissam putemus, nisi pro natura caussarum. Edebat enim non solum patrocinia caussarum, sed & exempla dicendi. Evenit ut ante sit respondendum, quam sit ponenda narratio, ut pro Milone: incidit caussæ genus quod summam habet quæstionis, & magna ex parte tractandum sit, & sic sit ponenda narratio, ut provocare non velis, ut pro Habito (*a*). * In narrationibus aut exponimus, aut probamus argumentatione. Narratio est insinuatio totius caussæ, quemadmodum facta est. Expositio vero quæ non de caussa nascitur, ut, est honesto genere natus, splendide magis gessit. Non potest videri narratio sed expositio alicujus rei, quæ caussam adjuvat: nec dat quæstioni materiam, sed pro argumento ponitur, vel inter argumenta.

XII. Litigatores quidem instituunt argumentis patronos. Artis patronorum est ut hæc disponant, ordinent, augeant, ut his affectus intermisceant. In primis videto, quæ ex his sunt valentia, vel quæ infirmiora argumenta. Nam quæ erunt valentia, longiori oratione non prosequemur, ne aut dubitare de his videamur, aut plura dicendo ponamus, aut aliquid, adversum quod putari possit. Namque in argumentis infirmioribus oratorius versatur labor. Qualia sunt, occidisti hominem, cruentam enim vestem habuisti: hæc veririsimilia sunt, non utique vera, quæ variis attollenda sunt rationibus, quæ tractatu fiunt potentia.

(a) Avito

XIII. Præterea in poteſtate habere debet orator ut ne cauſam maximam breviter peroret, & parvulam diu extendat. Sed cum breviter dicendum erit, argumenta tantum ponat ſine ullis illorum ornamentis. Cum autem diu dicere volet, omne argumentum ornatius exequetur. Cum plura erunt argumenta, a validis incipies, in validiora deſines, medium imbecillioribus replebis: Ut puta, validum argumentum, eſt inimicus: mediocre, ebrius: validiſſimum eſt, in rixa hominem occidit. Si unum argumentum validum eſt, & unum frivolum, a valido incipies, frivolum perſequeris, rurſum validum repetes. Argumentatio illa melior & fidelior videri poteſt, quæ obſcuratur. Cum aliquibus partibus cauſa laborat, utilius ordinem quæſtionum confundimus, quas ex toto tractare non expedit. Scias nunquam confitenda eſſe quæ nocent, interdum non neganda. Quod Cicero pro Milone ſecutus videri poteſt. Nam interfectum ab eo Clodium neque negavit, neque faſſus eſt. Non negavit, quia ſic confeſſus eſt tanquam accidiſſet: faſſus non eſt, quia inſcio illo dixit a ſervis occiſum, cum hi Dominum peremptum arbitrarentur.

XIV. Præterea utilius exiſtimo diſputationem in ſpeciem paucarum rerum & firmarum convertere, eaſque adſtruere & exaggerare, potiuſque eſt res plures ad unam cogere, quam unam in plures dividere. In omni materia quærendum puto, quid ſit quod maxime nos foveat aut urgeat. Illuc enim vires ſuas conferre debet orator, ut quod maximum, novum, premat, frangat. Sed ut omne cauſæ genus quoddam contra recipere valentiſſimum, ſic pro nobis cauſa aliquid valentius habere debet.

XV. Reſponſurus autem adverſario primum id, quod ille poſuerat, verbis infirmioribus pronuntiato. Quæ vero incredibilia viſa fuerint aut imbecilla, ita inviſa ponentur, ſicut ab adverſario dicta ſunt. Ut eſt illud: Boſtarem igitur quemdam Norenſem fugientem e Sardinia Scauri adventum. Et infra additur etiam augendi criminis cauſa, prius illum ſepultum quam huic cœnam eſſe ſublatam. Evenit ut propoſitionem adverſarii verbis noſtris ultra fidem extollentes, incredibilem faciamus, item propoſitioni adverſarii, ſi natura ſua incredibilis fuerit, cum quodam impetu animi ac ridiculi admiratione reſpondebimus, ut eſt illud: LXX. millia paſſuum biduo curſa ſunt, & reſpondet, o rem incredibilem, o cupiditatem inconſideratam, o nuncium volucrem. Et infra: Romam trans alpes biduo veniunt, o hominem fortunatum, qui ejuſmodi nuncios, ſeu potius pegaſos habeat.

XVI.

XVI. Proposito eo, quod adversarius dixerit, respondebimus duobus modis, aut non esse id, aut ideo nos vinci debere. Propositis quibus responsuri sumus, quærendum nobis erit an inter se comparata, repugnantia sint, ut suis armis corruant. Ut Cicero de Antonio: Avunculum suum sceleratum esse fatebatur, pœna affectum querebatur. Item pro Cœlio: Cur aut tam familiaris fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres. Similiter pro Gallio, ubi accusator in se pecunias objecit: ibi enim, dum singula inter se comparat, alterum altero Tullius diluit. Item validissimum erit docere, quod adversarius dixerit, etiam pro nobis esse: ut pro Milone Cicero quod lex promulgata de quæstione fuisset, quam pro se esse contendit. Argumentis vero omnibus adversarii respondere non est necessarium, finem enim non habebit oratio, & satis erit propositioni repugnasse, his sane argumentis respondendum erit, quibus erunt judices commoti. Sin vero adversarium suis argumentis confutare nequiveris, aliis rationibus, quod posuerit, convellito. De vitiis argumentorum, quæ adversarii male posuerint, plene a Tullio insinuatum est.

XVII. Status sunt tres, ubi quod a te factum objicitur, negas, conjectura est: ubi quod a te factum fateris, & negas eam vim nominis habere, quod adversarius criminatur, finis est: At si neque de facto, neque de nomine ambigitur, sed jure factum ostendis, qualitas nominatur.

XVIII. In conjecturalibus causis, hinc argumenta sumuntur. A personis, causis facultatibus, verisimilibus, signis. Signum causam antecedit, aut in eadem est, aut sequitur. Item proferuntur auditiones, suspiciones, spolia, quæstiones, indices, fama vel opiniones, & multa similia, quæ rerum varietas subministrat.

XIX. Persona, ut Cicero pro Cluentio: Cum esset, inquit, egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidus, & in omnem malitiam & fraudem versare mentem suam cœpit. A causa: satisne igitur cernitis, quibus ille mercibus, quibus emolumentis, quibus injuriis incitatus, &c. A facultatibus, ut Tullius: Servos agrestes & barbaros, quibus sylvas publicas depopulatus erat, ex Apennino deduxerat, &c. A verisimili: quid? quod caput est audaciæ, Judices, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem, & reliqua. A signis, quæ causam antecedunt, instrumentum item & similia. Simul sunt in pugna, clamor & similia. Sequuntur, ut in veneficio livor

& tumor;

& tumor; in cæde vulnus & ſanguis. Auditione, ut Tullius: Vos ex Marco Favonio audiſtis Clodium dixiſſe, & auditis vivo Clodio periturum Milonem. Poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat. Cum ille non dubitarit aperire quid cogitaverit, vos poteſtis dubitare quid fecerit? Suſpiciones, ut pro Scauro: quæ quid ſi ſuſpicio valuit etiam ob hanc cauſam, quod cum agerent Parentalia Norenſes &c. Spolia, ut eſt illud: Ille Deos, Deorum ſpoliis ornare voluit. Hic ornamenta Minervæ Virginis in meretriciam domum tranſtulit &c. Quæſtiones, ut eſt: Cum igitur de furto quæreretur, & de eo furto, quod ille ſine controverſia fecerat, cum ille de eo, quod non quærebatur, verbum nullum feciſſet. Indices, ut eſt illud: Venit index ad Dineam matrem neque obſcurus neque incertus. Fama vel opinio, ut Cicero: Opinio fuit duplex, una non abhorrens ab ſtatu naturaque rerum.

XX. Argumentorum omnium enumerationem advertito ſtudioſam videri, quandoquidem in his plus ingenii vis dominetur, atque ars ipſa a natura profecta dicatur. Nec quiſquam æſtimet argumentis numerum præfinitum, ſiquidem tanta eſſe poſſunt, quanta orator intento acriter ingenio reperire valuerit. Non tamen omne genus cauſarum omnia argumenta habet. Nam quid opus eſt illic de cauſa diſputare, ubi non apparet: aut de perſona adverſarii aliquid dicere, cum integra ſit.

XXI. In finitivo ſtatu quæritur, an ſit imminuta Majeſtas, puta. Nam primus locus accuſatoris eſt, cum de vi nominis quæritur, ut ſit generalis ejus brevis & aperta, & ex opinione hominum ducta definitio, hoc modo: Majeſtatem minuere eſt de dignitate, aut poteſtate P. R. aliquid derogare: Quæ definitio ut vera probetur, multis argumentis, aut rebus, aut exemplis ſimilibus confirmabitur. Poſt, ſpeciatim factum ejus qui accuſabitur, deſcribendo ſubjunge, ut id quod reum feciſſe arguis, ſimile ſit ad id, quod ſupra definiveris. Ergo generalis definitio erit, Majeſtatem minuere eſt, ut ſupra.. Species criminis erit oſtendere quid adverſarius ſpecialiter fecerit, vel dixerit, ut probetur Majeſtas imminuta, poſt, loco communi confirmare. Æque facti atrocitas cum indignatione augetur.

XXII. Defenſoris autem locus eſt, adverſarii definitionem prius infirmare, ſi falſa, ex opinione hominum, aut inutilis monſtrabitur. Poſt, ſuam definitionem veram ponere, quæ multa argumentatione & exemplis confirmabitur. Deinde ſuſcepti factum, ab ipſa definitione diſſimile eſſe oſtendere..

IN-

INDEX

Veterum Scriptorum, Monumentorumque Latinorum.

Litera b. apposita paginas voluminis secundi denotat: numerus solus, paginas voluminis prioris.

Ada-

Aquilinus

Bruti

cor in-

Ela-

Eude-

storum

For-

JOR-

Lælius

Ligu-

Odo-

Pam-

philo-

poly-

Rex

sicano-

Xan-

F I N I S.